This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08189174 3

(Zottoli)
* OY

CURSUS

LITTERATURÆ SINICÆ

CURSUS

LITTERATURÆ SINICÆ

NEO-MISSIONARIIS ACCOMMODATUS

AUCTORE P. ANGELO ZOTTOLI S. J.

E MISSIONE NANKINENSI.

VOLUMEN SECUNDUM PRO INFERIORE CLASSE

STUDIUM CLASSICORUM.

CHANG-HAI

EX TYPOGRAPHIA MISSIONIS CATHOLICÆ

IN ORPHANOTROPHIO TOU-SÈ-VÈ (TOU-CHAN-WAN).

MDCCCLXXIX.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
100697
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.
1898.

PROŒMIUM.

Solent Sinæ nonnullos libellos, dum adhuc tenerescit ætas, perlegere, et sic studio proludere classicorum. Eamdem hic sequor methodum, tum quia tam obvias lucubrationes praestat internoscere, tum quia ad sinicae lectionis numeros faciunt apprime : et ideo tres communiores elegi, qui trium, quatuor et quinque litterarum phrasibus coalescunt. At si lectioni favent, ab his explicationem ordiri non conducit : plura enim continent, quæ tyroni difficultatem facessunt. Si hanc ergo times, poteris prævia illa opuscula vix e limine salutare, provectior postmodum ad ipsa reversurus. Atque hac de causa vocum syntagma, quod continenter nostrae subest versioni, iterum a classicis instituet cursum, nulla habita vocabulorum, quæ præcesserint, ratione, ut nihil impediat quominus classicorum statim aggrediaris studium. Et hoc illud etiam habebit commodi, quod classicorum dictiones continenti prospectu pervias habebis, quae communioris certe sunt usus, et si probe calleas, suppetit jam quo scriptionem tentes; si classicos scilicet quorum studium, Mentsii potissimum, scriptioni non parum prodest, serio perlegendos assumas. Ceterum utriusque syntagmatis longe differt ratio : primum enim peculiare est, et ad praevios libellos magis accomodatum; alterum vero, licet nonnisi sexto volumine complendum, universalius, proindeque varias veluti phases, quas vocabula in communiore saltem litteratura inducunt, pressius persequitur.

Qua in re tutum mihi præstitui ducem, accentuum numerorumque indicem (詩韻), qui manibus passim litteratorum teritur : et ne mendis fallerer, quibus excusæ apud Sinas formæ scatere solent, eum ad recentes e Pei wen yun fou 佩文韻府 excerptos tractatus exegi ; ut jam mendis,

si quæ irrepserint, impositum certe fuisse modum, animo præsumam. Norunt sane omnes quanti sit in sinensi litteratura diversa vocabulorum juxta diversos tonos significatio. Id porro haud certe ex Ou fang yuen yn repetemus, cujus nullus est litteratis usus, sed potius ex K'ang hi tse tien et Pei wen yun fou, cui Che yun cohæret, cum principem obtineant inter vocabularia locum. At licet summa utrique constet auctoritas, cum tamen nonnunquam haud inter se conveniant, illud potius videretur, ut primum, quod Academiæ vocabularium merito dixeris, si de sensu, alterum vero, quod Regiæ Parnassi seu Sinicæ Prosodiæ jure comparabis, si de tonis agitur, præferatur. Hanc sequar igitur regulam : en autem legendi syntagma modus : diversæ scriptionis characteres compingo, vel alterum ad calcem adjungo : eosdem sensus commate, diversos binis punctis intercipio : characteres mutantes tonum unice repeto, ut tonus indicetur, et tunc sonum *suppono*, si diversus sit : quod si unus pro altero charactere usurpetur, hunc adjungo et ei sonum *præpono*.

Jam quod ad versionem spectat, quem sequar interpretem, non est ambigendum. Doctoris enim Tchou hi, quem litteraturæ principem tota natio salutat, sunt præ omnium manibus commentaria, eaque laureæ candidati sub præsenti dynastia omnino sequi tenentur : et ut magis ipsa clarescant, plura commentarii commentaria vulgo in scholis usurpantur, Kiang tchang 講 章 ideo appellata, quæ doctoris sententiam evolvunt illustrantque. Hunc, et sic explanatum, ego sequor interpretem, et ne ipsum coryphæi rationalistæ nomen tibi umbram facessat, duplicem in eo hominem distinguas velim; philosophum detestor, amo philologum : illius ergo erroribus, si qua interspirent, expurgatos vellem libros, qui juventuti nostræ discendi committuntur; hujus vero commentaria mere philologa, pro summa viri auctoritate et peritia, facile ceteris antepono. At si exinde verborum vim phrasisque sententiam depromo, a litteralis versionis methodo eo minus, quo obscurior textus, visum est discedere. Equidem scio, hujusmodi methodum posse aliquando officere perspicuitati, cum scilicet phrasis constat structura, quid vero sibi velit auctor haud aeque deprehendatur. At hic fuit labor

noster, ut utrique commodo subservire, utrumque incommodum amoliri niteremur; nullumque sat excitatum ingenium fore existimo, cui, modo cursum ab ipso aditu serio iniverit, continentique attentione singulas percurrat metas, impervia supersit alicujus textus sententia. Ceterum, vel si aliquando id praeter intentionem nostram alicui obveniret, tunc etiam id unice foret concludendum, subjectam notam, quae ipsi ad rem succurreret, desiderari : at illud usque stet nobis, methodum hanc de verbo transferendi, uni difficilem translatori, studenti esse quam quae maxime peraccomodam.

Nunc si petas, cur studium classicorum non potius a facilioribus, ut forte tertius vel quartus esset, inchoetur, validam rationem non habeo apponendam : sed cum de hoc variet usus, ordinem, quo dispositi sunt, servavi. Ceterum, quod brevius et paullo fastidiosius est, id jejuno aggredi ore, fortasse haud prorsus disconducit.

At in antecessum praeviæ notæ sunt legendæ. Sunt enim plures notiones, quibus antiquorum scripta ita passim asperguntur, ut nisi exploratas eas habeas, pluries pes offendat necesse sit. Ut igitur longioribus notis hîc illic ingeminandis parcerem, resque in unum prospectum coactae majore lumine suffundantur, quae magis necessaria scitu sunt, in ipso operis fronte redegi. Quae ita calleas oportet, ut saltem pro re nata pronus sit tibi ad ea recursus. Sed quæ historiam naturalem attinent, cum plura hîc nutent incerta, ad tertium volumen, ubi major de his incidit sermo, rejicientur; et si major interim alicubi affulgeat claritas, mihi religioni non ducam immutanda mutare, probata scilicet auctoritate fisus.

Jam habes omnes hujus voluminis partes : præcedunt duodecim notae generales, subsequuntur tres elementarii libelli, hosque excipiunt quatuor classici, textu, prout a magistris in scholis tradi solet, comparato, qui potissimum erunt hujus anni pensum. Restat, ut alacri animo inceptum cursum prosequamur.

NOTÆ PRÆVIÆ

Quæ hîc, ut toti operi facem præferant, describenda videntur, ad duodecim capita reducuntur. Sunt vero 1.° Synopsis historica. — 2.° Series dynastiarum. — 3.° Elenchus regulorum. — 4.° Cosmogonia Sinica. — 5.° Varia sacrificia. — 6.° Forma agriculturæ. — 7.° Usus divinationis. — 8.° Curia imperialis. — 9.° Musica antiquorum. — 10.° Pondera et mensuræ. — 11.° Varius vestitus. — 12.° Varia instrumenta. Haec ergo totidem notis praelibare juvabit. Scio equidem aliqua in iis forte contineri, quae haud levis momenti quaestiones attingunt. At mens mihi non est eas dirimere: tantum quae textui librorum intelligendo sunt, prout a Sinensibus explanatoribus traduntur, trado. Et si inter ea aliquid innuo, quod, conclusionibus inde deductis, utilem fortasse dissertationibus praeberet materiam, ego vero nec illas deducam, nec istas instituam, nec aliud quidpiam, quod cursum remorari posset, inducam; sed perspicaci studentium ingenio haec omnia relinquam, in id unice intentus, ut quae ingenuae litteraturae subserviunt, serio ejus arcana penetrare volenti aperiam. Illud potius nunc te volo, quae in supputatione factorum apud auctores comperitur diversitas, specie potius quam veritate aliquando consistere. Cum enim pluries dynastiae et regna sensim occiderint, et plurium regum ortus cum occasu confusus, et aliquorum imperium distractum, interruptum, resumptum varie fuerit, pronum omnino erat, ut varias regnorum vices extremosque veluti pereuntium spiritus, alii aliter supputarent; et hic serius ille ocius proclamaret extincta, unus intermedias induceret umbras, alter eliminaret. Ceterum, quos probatissimos jactant fontes, ab his nostros deduxisse rivulos, nequit non efficere ut indigenis, inter quos noster agitur cursus, deducta probentur.

NOTA I^a SYNOPSIS HISTORICA

Qui annales Sinarum conscripserunt, omnes fere a Fou hi 伏羲 exordiuntur. Huic draco e fluvio emergens apparuisse dicitur, mappam exhibens (Ho tou 河圖, ut in tabula 5^a); juxta quam octo primum lineolas 八卦, moxque 64 figuras 象 ille composuit, quibus liber Mutationum constat. Hinc litterarum, quarum loco nodi usurpabantur, fundamenta jecit, et a dracone suis ministris nomen indidit. Successit Chen nong 神農, seu Yen ti 炎帝; invenit aratrum et docuit agros colere, medicum egit et herbariolum conflavit. Secutus est Hoang ti 黃帝, sub quo majestas invaluit imperii: debellavit rebellem Tche yeou 蚩尤; musicam, arma, currus et navigia invenit, dum regina Lei tsou 嫘祖 docebat bombyces alere et sericum texere. Phoenix et unicornis apparuisse dicuntur: cyclum sexagenarium perfecit, qui hinc coepit supputari, ita ut primus cyclus, juxta tabulam chronologicam imperatore Kien long redactam (K'in ting wan nien chou 欽定萬年書), quadragesimo ante illius mortem anno (ante Christum 2637) suum ineat cursum. Tres isti sinicae gentis conditores nomine audiunt trium Augustorum (san hoang 三皇).

Successit filius Chao hao 少昊, sub quo phoenix iterum visus est: per varia volucrum genera distinxit novem gradus praefectorum civilium, per belluarum vero symbola, sex ordines praefectorum militarium. Post 84 annos sequutus ejus nepos Tchoan hiu 顓頊, pius et religiosus, auctor kalendarii; et hunc, post 78 annos, ipsius nepos Ti k'ou 帝嚳, alias Kao sin 高辛. Qui, quatuor ductis uxoribus, Kiang yuen 姜嫄, King tou 慶都, Kien ti 簡狄, et T'chang i 常儀, a quarta primum filium habuit, nomine Tche 摯. Decursa aetate, prima genuit Ki 棄 seu Heou tsi 后稷, famosum tertiae dynastiae progenitorem; secunda genuit Yao 堯, tertia vero Sié 契, a quo secunda dynastia duxit exordium. Pax diuturna; fratres eorumque filios creavit dynastas. Regnavit annos 70, habuitque successorem filium Tche 摯, qui, post novem annos, exlex a regulis expulsus, locum cessit fratri Yao 堯, alias T'ang 唐 et T'ao 陶. Tres isti cum duobus sequentibus, vocantur quinque Dominatores (ou ti 五帝).

Yao, Sinensium imperatorum maxime celebris una et legislator, gubernacula suscepit anno ante Christum 2357, et per annos 100 feliciter tenuit solus quidem annis 72, cum Choen 舜 collega annis 28. Tantam virtutis famam reliquit,

ut pietate coelo, sapientia spiritibus, majestate soli compararetur. Princeps sane fuit singularibus dotibus instructus, humili tecto, simplici vestitu, frugali et sine condimento usus cibo : vasa fictilia, stramineum cubile : totus in eo ut coelo serviret et egentioribus deserviret, illa dicere solitus : fames populi mei mea est, peccatum populi mei meum item est : senibus e regia annona aperuit hospitium, et quinquaginta postremis annis adeo pacifice rexit, ut rectio, quod sinenses imprimis laudant, non sentiretur. Hinc illi defuncto justa per triennium a populo veluti patri et matri persoluta. Aulam habuit in urbe P'ing yang 平陽 e provincia 山西. Jussit magnum Yu praefectum operum 共工, fratrem Sié ministrum institutionis 司徒, fratremque Ki agriculturae praesidem 司農 : primo attribuit Hia 夏 ditionem, nunc P'ing yang fou in 山西; secundo ditionem Chang 商, nunc Koei té fou in Ho nan; tertio ditionem T'ai 邰, nunc Si ngan fou in 陝西 : hi tres sunt trium dynastiarum patres. Anno règiminis sui 72, motus fama obsequentis Choen, ei duas filias nuptui dedit, et ex agro vocavit in imperii collegam; quod cum filius suus male haberet (Tan tchou 丹朱 vocabatur), respondit se malle uni male esse ut bene esset toti populo. Choen, alias Yu 虞, ejus successor, pari fuit virtute : matre puer orbatus, a patre Kou seou 瞽瞍, et a fratre Siang 象, quem noverca genuerat, multa perpessus, obsequentiam exhibuit singularem. Sphaeram septem planetarum construit e lapillo, pervulgatam Siuen ki 璇璣; imperium dividit in 12 regiones, totidem subjectas praefectis 牧; musicam novam instituit, famosam chao 韶, canit ipse, et voce et fidibus; sarcophagos e ligno jussit compingi; tesseras 瑞, dignitatis insigne, distribuit; sapientes undique conquirit; senes et invisebat et alebat; in tabula pro palatio exposita notari a quovis permittebat si quid a se peccaretur. Plurima barbarorum regna illi sese ultro subjecerunt. Phoenix per totum imperium volitans, novarumque stellarum apparitio ejus felicitatem portendisse dicuntur. Pie vixit 110 annis, 61 felicissime regnavit, rejectoque filio Chang kiun 商均, magnum Yu 禹 in successorem elegit. Operam illi navabant praefectus operum 共工, institutionis 司徒, agriculturae 司農, praepositus montibus stagnisque 虞 seu plantis et animalibus, praepositus ritibus 秩宗 seu sacrificiis et inferiis, praeses musices 典樂, et censor imperii 納言. Fuerunt illi a consiliis octo e stirpe Ti k'ou, totidemque e stirpe Tchoan hiu, inter quos postremos eminet celeberrimus Kao yao 皋陶, cujus posteri donati regno Yng lou 英六, illud per decem fere saecula administrarunt, donec a regulo T'chou fuit extinctum.

Sex conditores duosque legislatores secutae sunt imperiales dynastiae, usque ad praesentem tartaram viginti duae, novem majores, minores tredecim :

quorum primae tres, omnium celeberrimae, annos perdurarunt 1957. Primam, quae sub 17 imperatoribus stetit annis 458, fundavit magnus Yu, illius Tchoan hiu ex quinta generatione nepos, Anno sexti cycli 40, ingens diluvium novennale: ejus aquis educendis Yao praefecerat Koen 鯀; sed huic inertiae suae poenam capite luenti, mox ejus filius Yu substituitur, qui magnum fluvium in novem alveos dividens (vide tabulam 3am), sciteque aquas in mare deducens, 13 annos operi feliciter impendit, sceptrum pro meritis obtenturus. Postquam enim illum per 17 annos Choen in collegam adscivisset, nonagenarium sibi successorem designavit. Qui fugâ se proripiens in latebras sese abdidit: sed a dynastis detectus in solium invitus evectus est. Eminuit in eo admirabilis ingenii facultas. Aes campanum suspendi jussit in palatii atrio, ad cujus pulsum suos auditurus alacer pervolabat, ut aliquando unius prandii tempore decies, et e balneo iterum et tertio procurrerit. Vinum vetuit, inventore I ti 儀狄 castigato, quod ex vino res pessum iri praediceret. Inter vias in reum offendens illacrymatus est, sub suo gubernio homines a priore integritate descivisse. In 9 provincias rursus imperium divisit (1), annotans cuique ditioni quaenam ex 28 constellationibus respondeat, et 9 aenea vasa, magnae molis, mappis figurisque inscripta, velut 9 provinciarum monumenta, duxit : multa etiam de agricultura conscripsit. Vixit annis 100 usque ad annum A. C. 2208: solus regnavit annis 10, neglectoque filio Ki 啟, moriens successorem proposuit sapientissimum Pé i 伯益. Sed filium Ki, ut erat virtutum paternarum haeres, et paterni imperii haeredem dynastae populusque voluerunt, et exinde electio imperatorum in haereditariam successionem transiit. Ki prudenter et pie publicam rem digessit : at ejus filius T'ai k'ang 太康 ab avita virtute descivit; vino, licentiae, venationi deditus indecenter : populus querebatur, ministri admonebant, sed frutra. Tandem venatoriis excursionibus indulgenti reditus intercipitur: accurrunt ad nuntium quinque fratres, potissimum ut matrem, quae imperatorem subsecuta fuerat, incolumem reducerent: hinc quinque fratrum canticum in Annalium libro relatum. At imperator captus longe a regia custoditur, ejusque loco frater Tchong k'ang 仲康 ad solium evectus. Subsecuti duodecim imperatores, usque ad exosum Ti kié 帝桀, Li koei 履癸 etiam dictum; qui tyrannus et lascivus, magnis ceteroquin naturae dotibus instructus, iisque corporis viribus ut ferrum manibus frangeret, regnum cepit anno A. C. 1318, et post 52 annos amisit. Anno enim imperii sui

---

(1) *Vide tabulam 1am, quam cum tribus sequentibus ex imperiali editione* 歷代年表 *descripsimus.*

decimo nono crudelitate coepit divexare populum. In pellicis Mei hi 妹喜 gratiam turrim e jaspide construxit, et lacum vini effecit, in quo 3000 hominum lascivirent. Monitus monentes neci dabat, dicere solitus se habere imperium ut coelum solem, ac proinde tum demum se desiturum cum sol desineret. A T'ang 湯 regulo mittitur sapiens I yn 伊尹, ut imperatorem ad frugem reduceret; qui desperata correctione, quarto post anno rediit; T'ang ipse in carcerem mittitur, moxque resolvitur. Coelum illum ad resipiscentiam movere visum est, cum anno imperii quinquagesimo terra insolenter concussa, pars magna T'ai montis 太山 corruit et flumina exsiccata. Cum necdum saperet, eodem anno, T'cheng t'ang 成湯 ab 800 dynastis et populo incitatus, cogitur vel invitus arma capere. Tyrannus a suis desertus fugit extra fines in locum Nan t'chao 南巢 dictum, ubi triennio post mortuus, primae dynastiae dedit finem.

T'cheng t'ang, nepos Hoang ti ordine decimus septimus, imperium adit anno aetatis 87, et fundat dynastiam Chang 商, quae tenuit per annos 644 sub 28 imperatoribus. Aula in Po 亳 nunc in provincia Ho nan. Colore albo in insignibus utitur, quemadmodum nigro praecedens et purpureo sequens dynastia usa est. Mox fames septennalis. Pro populo se in victimam Deo offert, et oranti coelum annuit effusis imbribus; inde aurifodinas aperit, et laetitiae publicae musicam instituit. Centenarius moritur; tunc primogenitus T'ai ting 太丁 jam e vivis excesserat; postgeniti vero, Wai ping 外丙 vix duos, Tchong jen 仲壬 vix unum annum natus. Successit ergo primogeniti filius, T'ai kia 太甲, qui mox desidiae et oblectamentis coepit indulgere. Sed in aula tunc aderat celeberrimus Colaus I yn, quem regulus T'ang latitantem et in Yeou sin 有莘 campis agriculturae addictum, quinquies frustra invitatum, sibi a consiliis esse tandem obtinuerat, frustraque ad Kié convertendum missum, postmodum ad imperium evectus prima a sua dignitate donaverat. Is tantum malum oppressurus in semine, adolescentem in horto sepulchri patrii triennio toto detinuit, tantaque instituit prudentia, ut is alter factus, pii dein principis et morigeri per annos triginta speculum fuerit. Defuncto T'ai kia, successit Wo ting 沃丁, conditoris alter nepos, qui et Colai I yn consiliis utitur, eique centenaria vita functo parentavit apparatu regio, et merito sane, ut qui per annos tres summam olim tenuerat imperii, tanto majore cum fide, quod vicaria cum potestate : hujus filius I tche 伊陟, fuit et Wo ting et quatuor successorum imperatorum colaus. Septimus decimus hujus dynastiae imperator Pan keng 盤庚, qui summa pace regnavit annos viginti octo, dynastiam Chang voluit deinceps nominari Yn 殷. Huic successit frater Siao sin 小辛, sub quo coepit imperium in ruinam vergere, et dein

alter frater Siao i 小乙, veterno consenescens. Anno hujus imperatoris vigesimo sexto, ante Christum 1327, dynasta Kou kong tan fou 古公亶父, postea T'ai wang 太王 dictus, ex ditione Pin 豳, nunc Pin tcheou 邠州 in 陝西, euronotum versus tendens, migravit ad montem K'i 岐, et nomen indidit familiae Tcheou 周, post hanc imperaturae. Is uxorem duxerat T'ai kiang 太姜, habuitque tres filios, quorum majores natu, T'ai pé 泰伯 et Tchong yong 仲雍, cum scirent minorem fratrem Ki lié 季歷 a patre impensius deamari, spontanei exules australium barbarorum ditiones petierunt, tonsâque caesarie et corpore ad nobile celandum genus maculis deformato, fundarunt Nankini regnum, anno ante Christum circiter 1260. Defuncto Siao i, successit filius Ou ting 武丁 seu Kao tsong 高宗, princeps religiosus et pacis amans; huic per triennium in sepulchrali patris horto de reformando imperio meditanti, offertur in somniis species viri, quem coloribus expressum conquiri jubet, et inventum inter coementarios Colaum creat: Fou yué 傅說 nominabatur, qui prosperum regimen summopere promovit. Successit filius Tsou keng 祖庚, et huic frater Tsou kia 祖甲 perditis moribus princeps, sub quo nascitur ex Ki lié laudatissimus Wen wang 文王. Ki lié, postea Wang ki 王季 dictus, uxorem duxerat T'ai jen 太任 e regno T'si; copiis ab imperatore T'ai ting 太丁 et ab hujus filio Ti i 帝乙 praefectus, debellavit regulum regni Yen (seu Pekini), creatusque regulorum caput 侯伯, et post triennium defunctus haeredem reliquit filium Wen wang. Ti i habebat duos fratres, celebres Ki tse 箕子 et Pi kan 比干: tres vero filios, Wei tse ki 微子啟, Tchong yen 仲衍 et Tcheou 紂; at quae illos genuit mater, nonnisi tertium, regina jam renunciata, edidit. Hic ergo patri successit, tyrannus Tcheou, alias Cheou sin 受辛, naturae dotibus prae ceteris instructus, eoque corporis robore ut feras manibus discerperet; at libidini et ebrietati deditus, arroganter jactabat se totum orbem infra pedes habere: octavo imperii anno nactus pellicem Ta ki 妲己, omnia pro hujus libidine administrabat, eaque auctrice infamem Lou t'ai 鹿臺 turrim extruxit, tum crudelissimum supplicii genus, Pao lo 炮烙 dictum, instituit, aeneam columnam, qua sub ludibundis pellicis oculis etiam leviorum criminum rei incandescebant: quod dein suasu reguli Wen wang sustulit. Tres tunc erant primarii ministri 三公, Wen wang, Kieou heou 九侯 et Ngo heou 鄂侯: Kieou heou, ut pellicis insolentiam comprimeret, propriam filiam penes tyrannum induxit: mox in frusta dissecta patri redditur: Wen wang rem indignatus, a T'chong heou hou 崇侯虎 accusatur, in vincula conjicitur, et triennio in Yeou li 羑里 detentus, libro Mutationum operatur. E carcere eductus, tam

mire suam rempublicam digessit, ut venientibus Yu 虞 atque Joei 芮 dynastis summam injecerit admirationem : Liu chang 呂 尚, e Yao imperatoris ministro prognatum, tyrannique aulam fugientem nactus, ministrum sibi adjunxit : is est famosus T'ai kong wang 太 公 望, cujus filiam I kiang 邑 姜 duxit tertiae dynastiae fundator. Cum Wen wang regulorum esset caput, dynastas aliquot obsequentiam detrectantes, fortiter subjecit, expeditione a Mi siu 密 須 inchoata. Pace restituta, aulam transtulit ad Fong 豐 civitatem, nunc Hou hien 鄠 縣 in 陝 西, prope ejusdem nominis fluvium, ibique, anno ante mortem, extruxit celebratam turrim Ling t'ai 靈 臺 triginta pedes altam. Ducta tot laudibus inclyta T'ai se 太 姒, habuit inde decem filios : 1. Pé i k'ao 伯 邑 考 matura morte praereptum, 2. Ou wang *seu* Fa 武 王, 發, 3. Chou sien 叔 鮮, 4. Tcheou kong *seu* Tan 周 公, 旦, 5. Chou tou 叔 度, 6. Chou tchen to 叔 振 鐸, 7. Chou ou 叔 武, 8. Chou t'chou 叔 處, 9. K'ang chou fong 康 叔 封, 10. Ki tsai 季 載. Interim in tyranni aula optimates monitores e medio tolluntur. Wei tse 微 子 ejus frater, cum frustra saepius monuisset, abductis sacrificii vasis, discessit ab aula : Ki tse 箕 子 ejus patruus, in carcerem detrusus, amentiam callide simulavit (1) : Pi kan 比 干 alter patruus, dum in conclavi commoneret nepotem, e vestigio trucidatus fuit, et adhuc spiranti cor extractum. Anno A. C. 1135, per quinque dies terraemotus : quo anno Wen wang, 97 annos natus, moritur, princeps tantae virtutis et famae, ut 44 regna eidem sese ultro subjecerint, tantaeque pietatis ut insepulta ossa ignoti hominis regali veste involuta continuo jusserit tumulari, senes autem viduas ac pauperes paterna cura tueretur; et tamen coeli iram, qua prodigiosis motibus terra concutiebatur, suis unius peccatis lethaliter aegrotans adscribebat. Principatum novem annis egregie gubernatum, qui jam de tribus duas imperii partes obtinebat, reliquit famoso Ou wang e decem filiis secundo, qui facilitate praestabat ingenii. Hic, ut filium obtinuit (誦), undique ad arma sollicitatus, cum 700 hominum millibus debellat tyrannum Tcheou, qui ad turrim confugiens se cum omni supellectili regia incendit, et cum eo secunda dynastia extinguitur. Tyranni filius, Ou keng 武 庚, vinculis sibi injectis, victori se stitit; exceptus humanissime, et

---

(1) 微 *principatus in* 山 西, *nunc districtus* 潞 城 *in praefectura* 潞 安; *et* 箕 *principatus in* 山 西, *nunc distr.* 榆 社 *in praefectura* 遼 州. *Frater imperatoris major, sed ex matre adhuc subnuba ortus, erat primi vicecomes; patruus vero secundi vicecomes.*

Honanensi Yn ditione donatus, ipsi ad cautelam associatis Chou sien et Chou tou, imperantis victoris fratribus.

Ou wang condit tertiam Tcheou dynastiam, omnium florentissimam, quae stetit 873 annis sub 35 imperatoribus. Aula in Hao 鎬, prope Si ngan fou in provincia 陝西. Inito imperio, more veteri sacrificat supremo Dominatori, patrem, avum, proavum titulo imperatoris exornat : primam anni lunam a hiemali solstitio constituit, purpureum colorem dynastiae proprium assignat, sex condit gymnasia, tria pro pueris donec ex ephebis excesserint, tria pro adultioribus : collapsas familias restaurat; septuaginta et amplius satrapias inter propinquos et bene meritos distribuit, futurorum bellorum semina. Ki tse, patruum debellati tyranni, Coreae dynastam creat absque onere clientelae; ditionem Tsiao 焦, sub Honanensi districtu 陝州, Chen nong prognatis attribuit ; Ki 薊, nunc 薊州 in Pétcheli, Hoang ti prognatis ; Tchou 祝, nunc 禹城縣 in Chan tong, Yao prognatis; T'chen 陳, nunc 陳州 in Ho nan, Choen prognatis; Ki 杞, nunc 杞縣 in Ho nan, Hia prognatis; Yn 殷, nunc 淇縣 in Ho nan, Chang superstiti : magistro suo Chang fou 尙父, scilicet 太公望, dedit Yng kieou 營丘, nunc 青州府 in Chan tong; fratri Tcheou kong, Kiu feou 曲阜, nunc Kiu feou hien, regni Lou metropolim; ministris Chao Duci Che 召公, 奭, et Pi Duci Kao 畢公, 高, alteri Yen 燕, nunc 順天府 in Tche li, alteri Pi 畢, nunc 長安縣: ceteris fratribus assignavit Koan 管, nunc 鄭州 in Ho nan; T'sai 蔡 sub 汝寧府 in Ho nan; T'sao 曹, nunc 定陶縣 in Chan tong; T'cheng 郕, nunc 汶上縣; Ho 霍, nunc 霍州 in Chan si; Wei 衛, nunc 衛輝府 in Ho nan; et Tan 聃, nunc 濮州 in Chan tong : unde Koan chou sien, T'sai chou tou, T'sao tchen to, T'cheng chou ou, Ho chou t'chou, Wei k'ang chou, et Tan ki tsai, passim appellantur. (Vide tabulam 2am). Creati universim 155 dynastae, quorum 52 ex eadem imperiali familia. Summa regiminis tribus primariis ministris delata; T'ai kong erat summus magister 太師, Chao kong summus adjutor 太傅, Tcheou kong summus tutor 太保. Secundo imperii, et 88 aetatis anno, Ou rex graviter aegrotavit : Tcheou kong 周公 vitam suam coelo devovet pro fratris salute, et exauditur. Rex vixit adhuc quinque annos, donec attigerit aetatem olim a patre, uti fertur, praedictam : cum enim aegrotanti patri incredibili sedulitate olim serviret, et per somnium sibi novem annorum decades concedi accepisset, tu quidem, inquit pater, novem decades numerabis, mihi centum aetatis anni parati sunt : sed age tres meis demantur, qui tuos augeant, fili mi : Wen wang 97 annos natus vivere desiit, Ou wang 93 aetatis anno, et in Pi 畢 tumulatus. Filium

T'cheng wang tredecim annos natum fratri commendavit. Qui, Chantonensi feudo filio suo Pé k'in 伯禽 delegato, summa cum fide tutorem agens, nepotemque miris documentis instituens, fratrum Koan chou, T'sai chou et Ho chou invidiam, uti assolet, excitavit: tempori sponte cedens, privatus petiit orientalem montem, et patrem imitatus librum Mutationum illustravit; oda tche hiao huc temporis refertur: post biennium, horrenda orta est coeli tempestas; juvenis imperator archivium consulit, aurea fascia obsignatum 金縢, quo imperatorum inter calamitates acta servabantur; eo Tcheou Dux formulam condiderat, qua suam vitam pro fratre devoverat; ut eam imperator offendit, innocentiam patrui agnoscit; revocat, occurrit, honores restituit, et coelo serenitas terrisque tranquillitas reddita est. Vix Tcheou Dux redierat, cum tres fratres et Ou keng in apertam rebellionem eruperunt. Ou keng morti tradito, Wei tse sufficitur, regnoque Song 宋 nunc 歸德府 donatur; Koan chou demoritur, T'sai chou perpetuo carceri mancipatur, Ho chou dignitate per triennium abrogatur. Legatio fit a Cochinchina, et Tcheou Dux magneticum indicem ad reditum dirigendum legatis donat. Moritur Tcheou Dux centenarius et regia sepultura honoratur. Moritur T'cheng wang post 37 regni annos; succedit filius K'ang wang, sub quo tanta pax et concordia, ut agriculturae curâ Chao 召 Duci commissa, e carceribus ad agros colendos emissi ex pacto omnes ad vincula redirent. Decimus imperator Li wang 厲王, feritate celebris: argenti avidus, audacem quemdam Yong i kong 榮夷公 domui suae praefecit (卿士): populus emungebatur totus, totusque est indignatus: Chao kong minister regem admonuit, qui in furias actus multos neci dedit: populus consternatus per triennium silens ire viam, demum expellere regem, ejusque filium ad mortem conquirere, ut exosa progenies deleretur. Chao kong proprium filium, loco regii, populari furori permittit: Li wang quotuordecim annos in regno T'si exulavit: tunc interregnum Kong ho 共和 dictum, quo duo ministri Tcheou kong 周公 et Chao kong 召公, antiquorum summatum nepotes, rem publicam capessiverunt. Hi, exulis accepta morte, ejus filium eo usque in Chao kong domo latitantem, imperio praefecerunt. Siuen wang 宣王 is est, qui statim contra occiduos borealesque tartaros arma movit, auctoque T'sin 秦 regno, quod olim Hiao wang 孝王 insigni suo equario Fei tse 非子 dono dederat, illud babarorum victori Tchoang kong 莊公 designavit: haec fuere quartae dynastiae incunabula. At postremis annis, Siuen wang dynastiam non parum convulneravit: perdidit autem prorsus ejus filius Yeou wang 幽王. Qui ministrum sibi elegit iniquum Yn che 尹氏, contra quem carminis odam Kia fou 家父 composuit, et pellicem Pao se 褒姒, quam Pao cives ei submiserant, tam perdite deperivit, ut legitimum haeredem I kieou 宜臼 ejusque matrem 申

后 jure suo deturbaverit. I kieou ad avunculum Chen 申 regulum confugit : a quo pater conquisivit, et negantem impetivit armis. Regulus obsistendi impotem se sciens, in auxilium tartaros advocavit : vicit, occidit aggressorem cum sua pellice, et I kieou sub nomine P'ing wang 平王 solio restituit. Tartaros jam recedere nolentes, tribus regulis suffultus mox is abegit ; sed eorum incursus timens, aulam transtulit ab Hao 鎬 in occidentali regione ad Lo 洛 civitatem in orientali provincia Ho nan. Hinc alienatio animorum : reguli incipiunt pro se quisque decertare ; ad obsequium praestandum venire detrectant ; Tchao heou, Tsin regulus (晉昭侯), ausus est suum patruum T'cheng-se 成師 seu Hoan chou 桓叔, anno 745, Kiu wo 曲沃 principem creare ; alii ritus ab solis imperatoribus fieri solitos sibi usurpabant : imperatoris auctoritas in diem obterebatur. Anno 722, imperium in viginti et unum principatus potissimum dividebatur : erant autem Lou, T'si, Tsin, T'sin, T'chou, Wei, T'sai, Tcheng, T'chen, T'sao, Yen, Ou, Song, Tchou, Siao tchou, Teng, Sié, Ki, Kiu, Hiu, Han. Anno 701, imperante Hoan wang, Wei princeps Siuen 衛宣公 crudele facinus perpetravit. Duxerat I kiang 夷姜 a qua filium habuit Ki 伋 : mox filio desponsatam T'si principis filiam ipse deperiit, et ab ea susceptis Cheou 壽 et Cho 朔, Cheou sibi haeredem renunciavit. I kiang laqueo se suspendit : tunc regulus sibi a dejecto filio timens, eum ad T'si regnum mittit, ut in itinere confodiatur. Rem odoratur Cheou, qui fratrem Ki tenerrime deamabat : suadet ne iter arripiat, patri parere volentem comitatur, in itinere loco Ki perimitur, qui statim se revelans suum fraterno funeri consociavit. Deflet ambos carminis oda. Anno 685, T'si regulo Siang 襄 occiso, tres fratres ad regnum contenderunt. Vicit Hoan kong 桓公 : Kong tse kieou 公子糾 quartus frater cum suo ministro Koan tchong 管仲 ad regnum Lou confugit ; conquisitus morti traditur. Mox Hoan kong sibi ministrum advocavit Pao chou 鮑叔 : at is se excusans proposuit tanquam omnibus numeris absolutum perfugam Koan tchong. Hujus opera regnum T'si ad magnam potentiam excrevit, et Hoan kong titulum archontis assumpsit (1) ; cladem intulit 17° imperatori Hoei 惠, et regulorum comitia celebravit tanquam caput ipsorum ; qui jurejurando mutuam obstrinxerunt fidem, hausto galli occisi sanguine. Siang 襄, 18^{us} imperator, victus a fratre Chou tai 叔帶 fugit, et a Tsin 晉 regulo Wen 文, optimae notae principe, restitutus. Sub 21° imperatore Ting 定, an. ante Christum 603, natus in Hou koang prov.^{a} Lao kiun, qui obiit aet. 84. Sub 22° imperatore, haereses ortae videntur Yang 楊 et Mé 墨 :

(1) *Quinque Archontes* 五霸 *alternatim dominantes, fuerunt* 齊桓公, 晉文公, 宋襄公, 秦穆公, 楚莊王.

ille docet curam sui duntaxat habendam, ne regis quidem ratione habita; hic omnes aequaliter amandos, nullo ne parentum quidem discrimine. Sub 23° imperatore Ling 靈, anno 551, natus in Chan tong Confucius, e patre Chou leang ho 叔梁紇 praefecto ditionis Tcheou 鄹 jam septuagenario, regnum Lou a 22 annis tenente regulo Siang kong. Patrem triennis amisit, mater ipsi per 21 dein annos adfuit: sexennis ea jam maturitate, ut nunquam visus fuerit cum aequalibus lusitare: annorum 15 adolescens priscorum studio se dedit: vicennis duxit uxorem, ex qua suscepit filium Pé yu 伯魚, quo jam quinquagenario orbatus est, uxore tribus ante annis amissa: reliquit tamen filius qui stirpem propagaret, avitae laudis studiosum Tse se 子思, immutabilis medii redactorem. Magistratum Confucius summa laude pluries gessit: regnum Lou trimestri spatio ita reformavit, ut finitimum regnum T'si, metu captum, dona et puellas aemulo suo ad insidias struendas miserit: regulus Lou dolo capitur, puellas admittit et seducitur. Confucius renuntiat muneri, relinquit aulam, petit regna Ts'i, Wei et T'chou; non admissus contendit ad regnum T'chen 陳, ubi ad extremam victus penuriam redigitur; peragrat regnum Song, ubi a praepotenti Hoan toei 桓魋 ad mortem conquisitus fuit. Reversus demum in regnum Lou, libris expoliendis supremam manum imposuit, suaque Veris Autumnique chronica absolvit, queis bella inter regulos per 200 annos describit ab anno 677 ad annum 477. (Vide tabulam 3^{am}). Tunc unicornis in regio saltu apparet: Confucius dolet temporum perturbationem, et post biennium migrat e vita, anno aetatis 73, vigesimi quinti imperatoris King 景 quadragesimo primo, reguli Ngai 哀 decimo sexto, ante Christum 479, ante Socratis nativitatem nono. Fuerat procero corpore, lata facie, praegrandibus oculis, simo naso, subfusco colore, promissa barba, gravi voce: in vertice capitis grandiusculum ei tuber erat, adeoque domestico nomine Kieou 丘 seu colliculus a patre appellatus. Vir mirae gravitatis, fidei, aequitatis: severus sui observator, tantaeque charitatis, ut audito fuisse militem e regno T'si, qui scuti jacturam ex eo leniebat quod alter ejusdem regni commilito invenerat, sic ipse exclamaverit: multo melius dixisset: homo scutum perdidi, sed et homo perditum obtinuit. Discipulos numeravit 3000, ex quibus 500 variis in regnis magistratum gessisse dicuntur: inter eos 72 selectiores, et hos inter decem selectissimos. Quatuor nempe virtute praestabant, Min tse kien 閔子騫 agnomento Suen 損, Jan pé nieou 冉伯牛 agn. Keng 耕, Jan tchong kong 冉仲弓 agn. Yong 雍, et prae omnibus charus Yen tse yuen 顏子淵 agn. Hoei 回, quem praereptum continenter lugebat. De primo sane adhuc puero suave narratur bonae indolis specimen; duos filios suffultis gossypio vestibus munierat, neglecto privigno, noverca: hunc videns pater frigore obrigentem,

indignabundus statuerat uxorem e domo ejicere : cum pius filius lacrymis patrem deprecatur, ne ut uni medeatur, tres filios pati permittat : quae vox patris iram fregit et ex noverca matrem fecit. Ratiocinandi vero dicendique facultate eminebant Tsai ngo 宰我 agn. Yu 予, e regno Lou, et Tse kong 子貢 agn. Che 賜, cognomine Toan mou 端木. Regimine politico excellebant Jan yeou 冉有 agn. K'ieou 求, et Tchong tse lou 仲子路 agn. Yeou 由. Styli venustate laudabantur Yen tse yeou 言子游 agn. Yen 偃, e regno Ou 吳, et Pou tse hia 卜子夏 agn. Chang 商. Praeter hos memorantur in libro Sententiarum, Yeou tse jo 有子若 agn. Jo 若, e regno Lou, specie Confucio similis; Kong si 公西, nomine Tse hoa 子華, agn. T'che 赤; Nan yong 南容, nomine Tse yong 子容, agn. T'ao 縚 vel koa 适, frater major Mong i tse 孟懿子; Tseng tse yu 曾子輿 agn. Chen 參, filius Tseng si 曾皙 agn. Tien 點; T'si tse jo 漆子若, agnomento Tiao k'ai 雕開; Ou ma 巫馬, nomine K'i 期, agnomento Che 施; Tchoan suen 顓孫, nomine Tse tchang 子張, agnomento Che 師, ex regno T'chen 陳; Fou tse tsien 宓子賤. agn. Pou t'si 不齊; Se ma nieou 司馬牛, agn. Li 犁, frater minor illius 向魋; Fan t'che 樊遲, agn. Siu 須; Yuen se 原思 agn. Hien 憲; K'in tse tchang 琴子張 agn. Lao 牢; Kao tse kao 高子羔 agn. T'chai 柴; Chen 申 agnomine T'cheng 棖; antiquus discipulus T'chen tse k'in 陳子禽 agn. K'ang 亢; et Kong tse t'chang 公子長, agn. Yé t'chang 冶長. Luxerunt discipuli magistrum habitu lugubri multisque lacrymis per annum totum; nec defuerunt qui ad annos tres prope sepulchrum persisterent; Tse kong vero sex annos in eodem loco luctuque perduravit. Interim sub eodem Kin imperatore, bellum ardet inter regulum regni Yué (Tché kiang), et regulum regni Ou (Nan king) qui occisus est : mox anno 487 a regulo Song extinctum regnum T'sao 曹, quod sub 25 regulis steterat annis 636, et a regulo T'chou 楚 extinctum an. 479 regnum T'chen 陳, quod numeraverat 24 principes per annos 645. Succedunt imperatores Yuen 元, Tcheng ting 貞定 et K'ao 考; et a regulo Yué 越 extinguitur an. 473 regnum Ou 吳 (20 reguli, 650 annis), et a regulo T'chou 楚 extinctum an. 447 regnum T'sai 蔡 (25 reguli, 676 annis). Imperatori K'ao succedit filius Wei lié 威烈 anno 425, qui ut et sequentes, nomine tenus, imperatores dicebantur; ab hoc enim tempore rursus bella inter regulos per 300 fere annos, Tcheng kouo dicta, id est bellantia regna (vide tabulam 4^{am}), regulorumque confirmatur potestas. Interim T'ien 田 familiae in T'si potentatus gliscebat in diem : haec erat e regno T'chen 陳 oriunda, cujus reguli filius, offenso patre, ad T'si confugerat, suo in T'ien cognomine immutato. Anno 391, T'ien ho 田和 T'si principem K'ang 康公 longe in maris insulam submovit : potissima Wei 魏 principis interpositione, dominium

a Ngan imperatore 安王 obtinuit anno 385, et tandem exule principe cum suo filio infra mortuos anno 379 amandatis, in suam familiam transtulit principatum. Kiang 姜 29 generationes in solio converterat. Anno 376 extinguitur regnum Tsin 晉, quod octingentos prope annos sub quadraginta steterat regulis. Jam ab anno 458, imbelli ejus principi T'chou 出, omnem auctoritatem ademerant quatuor ex ipsius ministris (卿), Tche pé 智伯 et tres potentes familiae Han, Tchao, et Wei (韓趙魏): mox insolescenti Tche pé capite in bello obtruncato, tres potentes spolia inter se diviserunt: dominium ab ignavo Wei lié wang acceperunt anno 424, et 48 post annos, e solii ruinis dejecto Tsing kong 靜公, tria regna constituerunt. Anno post, seu 375, extinguit regnum Tcheng 鄭, quod 532 annos 23 reguli tenuerant, regulus Han; Wei 魏 autem regulo subjicitur regnum Wei 衛, et tunc septem regna potentia eminuerunt, T'sin, T'chou, T'si, Yen, Han, Tchao, et Wei, cujus principes septem fortes ideo nominati, mutuis bellis sese jugiter dilacerantes. Imperator Hien 顯 a nullo fere regulorum agnoscitur, et vasa novem imperialia olim a Yu conflata jussit demergi in lacu Se 泗 profundissimo, unde nulla arte extrahi potuere. Mentsius sub Lié wang 烈王, anno 371, natus, de administratione disserit apud reges Wei et T'si, numerat 17 discipulos, et 84 aetatis anno moritur, cujus uti et Confucii posteritas, usque adhuc perseverat, gaudetque regiis aulae privilegiis. At regni T'sin praeter modum excreverat vis. Tunc, suadente Sou t'sin 蘇秦 litterato, T'chou, Yen, Han, Tchao et Wei, ut sibi consulerent, icto inter se foedere, anno 320, illud impetiverunt: profligantur et pene delentur. Mox T'sin regulus, anno 316, clientelam recipit regni Wei, et duas, Pa 巴 et Chou 蜀, potentes in Se t'choan ditiones sibi subdit. Eodem anno Yen regulus Tse k'oai 子噲, garrulorum deceptus verbis, ut Yao cedentem imperium imitaretur, ministro Tse tche 子之 suum regnum cessit: unde magna exorta turbatio. Extinguitur anno 286 a regulo T'si regnum Song, quod 32 reguli gubernarant, et anno 249 a regulo T'chou regnum Lou, jam a 34 regulis administratum. Variis sic regnis extinctis, potissima duo, T'sin et T'si, pro toto imperio contendunt. T'sin, occidentalis imperatoris sibi vindicat nomen, et imperatoris ritu supremo Dominatori sacrificat. Tunc imperator Nan wang 赧王 tentat armis eum subjugare, sed victus se cum copiis tradidit victori, et anno post in prov.ª 陝西 obiit: subrogatur Tcheou kiun 周君, qui re desperata se abdicat, et extincta dynastia Tcheou anno A. C. 249, potentior mansit regni T'sin 秦 regulus Tchoang siang wang 莊襄王.

Hic quartam dynastiam fundavit, T'sin 秦 dictam, quae tenuit annos 43 sub 4 imperatoribus, postquam per annos omnino ducentos ac decem cum aliis sex

regnis pro suprema dignitate decertaverat. Post tres annos successit filius, ut putatur adoptivus, famosus 始 Che hoang ti, bellicosus, crudelis, qui plus viginti magnates neci dat, aulam in Si ngan constituit, extinctisque sex regnis Han 韓, Wei 魏, T'chou 楚, Yen 燕, Tchao 趙, et T'si 齊, regulos omnes cum suis titulis abrogat, et in 36 provincias imperium distribuit, una Wei 衛 ditione superstite, quae primo sequentis imperatoris anno evanuit. Anno imperii sui 33, murum celeberrimum 400 et ultra leucarum 萬里城 extruit contra Tartarorum irruptiones; anno 34 (a. C. 213) libros omnes praeter medicos et judiciarios (秦火) cremari, et sequente anno plurimos litteratos vivos sepeliri jubet : remque indignatus primogenitus in Tartariam missus est. Anno 37 (210 a. C.) imperator lustrans orientem moritur, et a morte varia rursus regna insurgunt. Eul che 二世 postgenitus successit, qui statim fratrem 扶蘇 mori jussit, et, incitante eunucho Tchao kao 趙高, primates imperii interfecit. Triennio post ipsius eunuchi opera occiditur ipse 24 annos natus, eique succedit Tse yng 子嬰 e fratre nepos. Interim Lieou pang 劉邦 gregarius miles copias coegerat, eique physiognomon imperium vaticinabatur. Huic Tse yng, occiso parricida eunucho, post 45 regni dies se tradit, et dynastiam extinguit anno 207 a. C. Kao tsou, alias Lieou pang, fundat in metropoli 長安 quintam Han dynastiam : cum enim regna T'sin et T'chou renascentia imperium contenderent, ea devicit, et pacifice regnat 12 annos. Succedit pius filius 惠 Hoei ti, eoque defuncto, contra jus regium mater gubernacula cepit, crudelis et versipellis Liu heou 呂后, physiognomonis filia: intrusa perstitit 8 annos, et defunctae successit 文 Wen ti alter conditoris filius. Sic deventum ad pacificum imperatorem 平 P'ing ti, hujus dynastiae undecimum, qui quinque abhinc menses 哀 Ngai ti successerat, cum natus est Salvator mundi. Novennem imperatorem ficte tuetur, et post quinque annos perimit Colaus Wang mang 王莽, qui biennem Jou tse yng 孺子嬰 ei substituit, ut imperio mox exueret. Wang mang 王莽 potestatem usurpat 14 annos, et cruenta excitat bella; demum in frusta discerpitur a victore exercitu, qui ei subrogat Hoai yang wang, 淮陽王, et huic, quod luxui esset deditus, rejecto, continuo successit decimus quartus imperator Koang ou ti 光武帝. Hic aulam ex occidentali Tchang Ngan, quo steterat dynastia 230 annis, transtulit in Ho nan (洛陽) ad orientem, unde deinceps orientalis Han familia nominata est, adhuc 196 annis sub 12 imperatoribus constitura. Successit filius 明 Ming ti, qui somnio usus ab Indiis invexit pestiferam Buddae religionem. Cumque ad 25^{m} imperatorem 獻 Hien ti dynastia pervenerit, internae perturbationes ob illius hebetudinem magis increverunt : recrudescit flavorum pileorum 黃巾 seditio, jamque 300 militum millia

numerantur : eos paulatim delet strenuus et versutus dux T'sao t'sao 曹操, qui sic totam potestatem sibi adscivit; sed mox ejus filius T'sao p'ei 曹丕 patrem e solio dejectum dynastam fecit. Tunc post 425 annos defecit dynastia Han, militari et litteraria gloria nobilis, quindecim quoque historiographis illustris, inter quos floruit 100 fere a. C. annis celebris Se ma tsien. Succedit Tchao lié wang 昭烈王, alias Lieou pei 劉備, ex quarti imperatoris King ti 景帝 stirpe, et condit sextam dynastiam, posteriorem Han dictam (Heou han), quod ex eadem stirpe quamvis remotius oriunda; occupat regnum Chou (荆蜀), et sic aulam constituit in occidentali Se t'choan. Sed eodem tempore T'sao p'ei 曹丕 regnum Wei 魏 liberum instituit in septentrione : in austro autem familia Ou 吳 aulam Nankini tenebat : tria igitur erant regna 三國 (1). Han, mortuo Tchao lié wang, habuit 後 Heou ti, et stetit annis 44; Wei stetit annis 46, Ou vero annis 59. Cum enim Wei copiarum dux Song tchao 昭 rebellasset, ei se tradidit Heou ti, et sic Song tchao filius, Che tsou Ou ti 武帝 septimam dynastiam Tsin 晉 fundavit, extincta Nankini familia Ou 吳. Aulam constituit in occidente (洛陽), quae cum per annos 52 quatuor habuisset imperatores, translata est ad orientale Nankinum, ibique stetit adhuc annos 103 sub undecim imperatoribus. Hac dynastia imperante, 18 reguli inter se pro dominatu decertant, meridionalibus plerumque a borealibus devictis, et totum ardet bellis civilibus imperium (2). Lieou yu 劉裕 e gregario milite dux, procerus, magnanimus, gravis, occidit imperatorem, et aulam Nankini, e qua erat oriundus, instituens, fundat sub nomine Kao tsou Ou ti octavam dynastiam Song 宋. Post annos 59, Colaus Siao tao t'cheng 蕭道成 per duplex regicidium sub nomine Kao ti condit nonam dynastiam T'si 齊. Post annos 23, Colaus Siao yen 蕭衍, duorum imperatorum et sex regulorum parricida, sub nomine Kao tsou Ou ti, inchoat decimam dynastiam Liang 梁. Post annos 55, regicida T'chen pa sien 陳霸先, sub eodem nomine Kao tsou Ou ti, exorditur undecimam dynastiam T'chen 陳, quae post annos 33 locum cedet duodecimae dynastiae Soei. At interea dum postremae quatuor imperiales familiae australem tenebant aulam, duplex existebat imperium, Nan pé tchao dictum, seu australis et borealis regia : in septentrione enim tres familiae, Wei 魏, Tcheou 周 et T'si 齊, imperitabant, et supremum jus modo haec modo illa sibi vindicabat.

(1) 魏, 蜀, 吳, *multis bellis annos* 40 *dilacerata, variisque bellorum successibus, quos octo aetatis illius historiographi multis libris complexi sunt.*

(2) *Scilicet duo e* 趙, *tres e* 秦, *quinque e* 燕, *quinque e* 涼, *tum* 蜀, *et* 魏, *et* 夏, 18 *reguli.*

Wei imo in duos divisum dominos, orientalis et occidentalis nomine distinguebatur, usquedum corruerit tempore dynastiae Liang. Tandem Colaus Yang kien 楊堅 usurpat in septentrione imperatoris titulum, cum 500 millibus hominum austrum petit, e solio dejicit dynastiam T'chen, fundat sub nomine Kao tsou wen ti duodecimam dynastiam Soei 隋, unit imperium australe et boreale, quod fluvius Kiang per 300 annos diviserat, et aulam ponit in T'chang ngan e provincia 陝西. Sagacis ingenii severaeque disciplinae princeps, anno tamen aetatis 64 a filio secundo occiditur, qui parricida et fratricida solium ascendit. Is, Yang ti 煬帝, magnis dotibus praeditus sed luxui immodice deditus, aulam transfert in Ho nan, opera 100 literatorum libros de re militari, politica, medica, rustica, recudi jubet, gradum doctoratus instituit. Anno imperii sui tertio decimo, dum lustrat austrum, occiditur a plebeio in urbe Yang tcheou; et Li yuen 李淵, ditionis T'ang dynasta, exercitu 120 millium hominum comparato, primo Kong ti 恭帝 in solio collocat, mox deponit et extinguit dynastiam Soei. Quinque dynastiae, Song, T'si, Liang, T'chen, Soei, ob regni brevitatem Ou tai 五代 vocantur; earum aetas habuerat 24 imperatores per annos 196, ejusque historiographi decem extitere. Li yuen sub nomine 神堯 Chen yao ti fundat anno 289 decimam tertiam dynastiam T'ang 唐, quae habuit 20 imperatores per annos 289. Post novem annos imperium cedit filio postgenito T'ai tsong 太宗, pio, prudenti, frugali, omnibusque numeris absoluto, cujus imperii anno octavo Religio christiana primum ingressa est Sinas, uti monumentum anno 1625 effossum confirmat. Successit Kao tsong 高宗, qui patris concubinam Ou che 武氏 perdite deamavit, et imperatricem constituit; haec est famosa illa Ou heou 武后, quae dein annos 21 imperium usurpavit, vafra, crudelis, at litterarum studiosa. Postremum imperatorem Tchao tsong 昭宗 eunuchi vi potiti in conclavi includunt, mox liberat Colaus T'soei yn 崔胤, dein occidit perfidus dux Tchou wen 朱溫, cui 昭宣 Tchao siuen ti patri substitutus se et imperium defert.


Sequuntur posteriores quinque familiae imperiales Heou ou tai dictae, quae annos 53 sub 13 principibus bella, rebelliones, parricidia propagarunt, regulorum interim aliis in australi, aliis in boreali regione inter se usque dimicantibus. Tchou wen 朱溫 sub nomine T'ai tsou 太祖 fundat in Ho nan decimam quartam dynastiam Heou liang 梁: sex post annos occiditur a filio primogenito, huncque interficiens solium ascendit filius natu tertius, qui post decem annos a dynasta victus se perimit, et fundatur a Tchoang tsong 莊宗 decima quinta dynastia Heou t'ang 唐. Hic regnat tres annos; succedit optimus Ming tsong 明宗; sed, hoc defuncto, ipsius gener Che king t'ang 石敬塘, convocatis

barbaris regni K'i tan 契丹, postea Liao 遼 nuncupati, occidit sequentem imperatorem, et fundat sub nomine Kao tsou 高祖 decimam sextam dynastiam Heou tsin 晉. Hujus successorem, T'si wang 齊王, seu T'chou ti 出帝, a barbarorum 遼 irruptione fingens eripere dux Lieou tche yuen 劉知遠, capi sinit, et usurpato solio condit sub nomine Kao tsou 高祖 decimam septimam dynastiam Heou han 漢. Hujus filium in seditione milites occidunt, et ducem Kouo wei 郭威 e septentrione, barbaris devictis, reducem, imperatorem proclamant. Sic T'ai tsou 太祖 fundavit decimam octavam dynastiam Heou tcheou 周, et post triennium reliquit filio adoptivo Che tsong 世宗, qui post sexennium moriens septennem filium commisit tutelae Tchao k'oang yn 趙匡胤, viri bello inclyti optimeque de imperio meriti. Sed hunc, post aliquot menses, proceres omen a coelo, quo duos soles conspexerant, petentes, jacentem in lecto et nihil minus cogitantem flava veste circumdant, et imperatorem decimae nonae dynastiae Song 宋 salutant, quae numeravit novem principes in Septentrione, totidemque in Austro, per annos universim 319. T'ai tsou 太祖 dictus est fundator, quo in Ho nan nascente ferunt refulsisse cubiculum purpureo lumine, unde insignia dein sua voluit esse purpurei coloris. Regiam constituit in Ho nan. Sed cum decursu temporis contra barbaros Liao tong 遼東 vocatus fuerit in auxilium Tartarus orientalis, isque victor imperio affectato, et ceperit boreales provincias, et invaserit imperialem aulam, hanc Kao tsong 高宗 decimus imperator primum Nankinum, mox transtulit in Hang tcheou 杭州: unde Australis Song familia deinceps appellata. At Tartarus incursiones prosequitur, constituto boreali imperio Kin 金. Contra illum convocatur Tartarus occidentalis, a quo tandem orientalis extinguitur, postquam novem principes imperium Kin tenuerint per annos 117. Sed orientali extincto occidentalis victor succedere voluit, victorias paullatim ad Austrum propagaturus, usquedum sinica a Tartarorum classe in Koang tong profligata, Colaus Lou sieou fou 陸秀夫 complexus octennem principem Ti ping 帝昺, ultimam sinensis dynastiae scintillulam cum se simul in mare praecipitaverit. Hinc coepit cum Che tsou 世祖 vigesima dynastia Tartari occidentalis Yuen 元 nominata, quae sub 9 imperatoribus 89 annos numeravit. Sub nono imperatore Choen ti 順帝, Tchou 朱 quidam, e servo bonziorum dux latronum, occupat varia loca, dein et provincias australes; tandem caedit exercitum imperatoris, qui fugiens in Septentrionem, ibi biennio post moritur. Tchou sub nomine T'ai tsou 太祖, alias Hong ou 洪武, jacit 21 dynastiae Ta ming 大明 fundamenta, et aulam constituit Nankini, cui progressu temporis altera additur in Pekino. Stetit dynastia annis 276 sub 16 imperatoribus, continuis Tartarorum incursionibus

et praedonum insultibus exagitata. Octo istorum exercitus extremis annis pro summa rei inter se decertabant, donec tandem ad duos perduellium principes Li (李自成) et T'chang (常遇春) tota vis armorum devoluta est. Quorum primus regiam dolo invadit, et, T'chong tcheng 崇禎 sibi filiaeque vitam adimente, ad debellandum fidelissimum ducem Ou san koei 吳三桂 se accingit, qui exercitui sinico contra Tartaros praeerat in Liao tong. Is Tartarum orientalem in sui auxilium appellat. Alacer adest dux Tartarus T'chong té 崇德, fugat latronem Li, moriens sexennem puerum declarat haeredem sub patrui tutela. Sexennis Choen tche 順治 urbem triumphans ingreditur, communi populi plausu imperator salutatur, et condit vigesimam secundam dynastiam Ta t'sing 大清, anno Christi 1644.

NOTA 2ª SERIES DYNASTIARUM

Sinenses, ut priorum dynastiarum genealogiam explicent, sequentem exhibent tabellam.



Ki, sub Yao agriculturae praeses, postea Heou tsi 后稷 nuncupatus, T'ai 邰 principatu (陝西) a Choen donatus fuit. Kong lieou in Pin 豳 *seu* 邠 regionem (陝西), sub postremo Hia imperatore migravit. Inde Kou kong *seu* T'ai wang, ad K'i 岐 montis calcem, in Tcheou regione, transmigravit. Hujus filius Ki lié *seu* Wang ki, anno 1185 haeredem reliquit famosum Wen wang,

Hoang ti.

2 Chao hao.		2 Tchang i.	
3 Kiao ki.		3 Tchoan hiu.	
4 Ti kʻou.		4 Kiong chan.	......
Tche, depositus.			
5 Ki. 5 Yao. 2357	5 Sié.	5 King kʻang.	......
6 Pou kʻou.	6 Tchao ming.	6 Kiu wang.	......
7 Kiu tʻao.	7 Siang tʻou.	7 Kʻiao nieou.	......
8 Kong lieou. 1797	8 Tchang jo.	8 Kou seou.	......
9 Kʻing tsié.	9 Tʻsao yu.	9 Choen. 2257	Koen.
10 Hoang pou.	10 Ming.		Yu. 2205
11 Tʻchai fou.	11 Tchen.		
12 Hoei yu.	12 Wei.		
13 Kong fei.	13 Pao ting.		
14 Kao yu.	14 Pao i.		
15 Ya yu.	15 Pao ping.		
16 Kong chou tsou lei.	16 Tchou jen.		
17 Tʻai wang. 1327	17 Tchou koei.		
18 Wang ki.	18 Tʻcheng tʻang. 1766		
19 Wen wang.			
20 Ou wang. 1122			

qui, anno 1136, sedem posuit in Fong 酆, ad occidentem Fong fluvii. Ou rex posuit in Hao 鎬 ad fluvii orientem, a prima 25 stadiis dissitam, et sic dynastia appellata est occidentalis, 西周 : Pʻing rex, 13^us^ imperator, transtulit in Lo i (洛邑 *seu* 王城), inter Lo fluvii duo cornua Kien et Tʻchan (澗, 瀍) aedificatam, et tunc dynastia appellata est orientalis, 東周 : King rex, 26^us^ imperator, anno 515, orienti magis appropinquans, in urbem Tʻcheng tcheou 成周 transmeavit. Dein Kʻao rex, 31^us^ imperator, fratrem suum minorem instituit principem in antiqua regia Lo i, isque occidentalis Dux 西周公 appellatus est. Qui, anno 427, filium suum creavit principem in urbe Kongʻ 鞏 ad orientem urbis Tʻcheng tcheou, orientalem inde Ducem 東周公 nominatum. Apud occidentalem Ducem in Lo i sese recepit anno 314 Nan rex, et orientalis princeps nomine tenus dejecto imperatori suffectus, finem imposuit tertiae dynastiae.

I. DYNASTIA 夏 *STETIT* 439 *ANNOS.*

1	大禹	Ta yu, celeberrimus princeps. Anno A. C.	2205
2	啟	Ki, ejus filius, patre dignus.	2197
3	太康	T'ai k'ang, ejus filius, vitiosus, a ministro expellitur.	2188
4	仲康	Tchong k'ang, fratri substituitur, prudens.	2159
5	帝相	Ti siang, ejus filius, imbellis, perduellium armis occisus.	2146
	寒浞	Han tsou, usurpator : imperatrix, sequentis prægnans, fugit.	2119
6	少康	Chao k'ang, diù delitescens, armis solium recuperat.	2079
7	帝杼	Ti chou, ejus filius, late profert imperium.	2057
8	帝槐	Ti hoai, ejus filius, otio abundans, voluptati indulget.	2040
9	帝芒	Ti mang, ejus filius, sedem transfert propius flumen.	2014
10	帝泄	Ti sié, ejus filius, vicinos principes recuperat.	1996
11	帝不降	Ti pou kiang, ejus filius, diù tranquille regnat.	1980
12	帝扃	Ti k'iong, ejus frater, imperium sibi attribuit.	1921
13	帝廑	Ti k'in, ejus filius, moritur absque hærede.	1900
14	孔甲	Kong kia, 11ⁱ filius, recuperatum regnum suis vitiis perdit.	1879
15	帝皋	Ti kao, ejus filius, voluptatibus absumptus.	1848
16	帝發	Ti fa, ejus filius, patriarchæ Jacob contemporaneus.	1837
17	帝桀	Ti kié, ejus filius, Nero sinensis, exul moritur.	1818

II. DYNASTIA 商 *STETIT* 644 *ANNOS.*

1	成湯	T'cheng t'ang, inclytus, septennem caritatem deprecatur.	1766
2	太甲	T'ai kia, praemortui primogeniti filius.	1753
3	沃丁	Wo ting, ejus filius, ministro I yn regaliter parentat.	1720
4	太庚	T'ai keng, ejus frater, ope ministri I tche bene utitur.	1691
5	小甲	Siao kia, ejus filius, eadem ope tranquille regnat.	1666
6	雍己	Yong ki, ejus frater ; primores clientelam abnuunt.	1649
7	太戊	T'ai ou, ejus frater, in senes et defunctos pius.	1637
8	仲丁	Tchong ting, ejus filius, vicinos barbaros subjugat.	1562
9	外壬	Wai jen, ejus frater, barbarorum incursibus obnoxius.	1549
10	河亶甲	Ho t'an kia, ejus frater, idoneus, at morte praereptus.	1534
11	祖乙	Tsou i, ejus filius, populo et magnatibus carus.	1525
12	祖辛	Tsou sin, ejus filius, obluctante patruo eligitur.	1506
13	沃甲	Wo kia, ejus frater, inita magnatum gratia eligitur.	1490

14 祖丁 Tsou ting, 12ⁱ filius, thronum recuperat. 1465
15 南庚 Nan keng, 13ⁱ filius, solium sibi vindicat. 1433
16 陽甲 Yang kia, 14ⁱ filius, solio potitur : nutant omnia. 1408
17 盤庚 P'an keng, ejus frater, sapiens, dynastiam vocat Yn. 1401
18 小辛 Siao sin, ejus frater, voluptuarius, curæ expers. 1373
19 小乙 Siao i, ejus frater, vitiosus. Kou kong transmigrat. 1352
20 武丁 Ou ting, ejus filius, sapientia et prudentia celebris. 1324
21 祖庚 Tsou keng, ejus filius, ope Fou yué destituitur. 1265
22 祖甲 Tsou kia, ejus frater, superbus. Nascitur Wen rex. 1258
23 廩辛 Lin sin, ejus filius, lascivia diffluens. 1225
24 庚丁 Keng ting, ejus frater, regiminis incuriosus. 1219
25 武乙 Ou i, ejus filius, effrenis et impius. 1198
26 太丁 T'ai ting, ejus filius, sapiens, morte praereptus. 1194
27 帝乙 Ti i, ejus filius, copiis praeficit Ki lié et Wen wang. 1191
28 紂 Tcheou, ejus filius, sceleribus famosus, flammis absumptus. 1154

III. DYNASTIA 周 *STETIT* 873 *ANNOS.*

1 武王 Ou wang, egregius, varios constituit principatus. 1122
2 成王 T'cheng wang, ejus filius, sapit sub patrui tutela. Saul. 1115
3 康王 K'ang wang, ejus filius, omnibus acceptus. Chao Dux moritur. 1078
4 昭王 Tchao wang, ejus filius, venatiòni deditus. 1052
5 穆王 Mou wang, ejus filius, quadrigarum luxui addictus. 1001
6 共王 Kong wang, ejus filius, barbarus in Mié urbem, cetera bonus. 946
7 懿王 I wang, ejus filius, bardus, satyris lacessitus. 934
8 孝王 Hiao wang, sexti frater, solio potitur : elevat Fei tse. 909
9 夷王 I wang, 7ⁱ filius, timidus, seditionibus dat ansam. 894
10 厲王 Li wang, ejus filius, crudelis expellitur. 878
共和 Kong ho, interregnum. 841
11 宣王 Siuen wang, ejus filius, populari furori ereptus. 827
12 幽王 Yeou wang, ejus filius, pellicis Pao-se amore perditus. 781
13 平王 P'ing wang, ejus filius, transfert aulam. Romae exordium. 770
14 桓王 Hoan wang, ejus nepos, bellicosus, tentat regulos subjicere. 719
15 莊王 Tchoang wang, ejus filius, factione devicta, solium ascendit. 696
16 釐王 * Li wang, ejus filius, impotens : archontis dignitas usurpatur. 681

---

* 釐 *vel* 僖 *promiscue scribitur.*

17	惠王	Hoei wang, ejus filius, Tartaris T'si regulum opponit.	676
18	襄王	Siang wang, ejus filius, expellitur a filio, restituitur a regulis.	651
19	頃王	K'ing wang, ejus filius, communi amori praereptus.	618
20	匡王	K'oang wang, ejus filius, patre dignus.	612
21	定王	Ting wang, ejus frater, pacis studiosus. Nascitur Lao kiun.	606
22	簡王	Kien wang, ejus filius, sapiens. Sectae Yang et Mé.	585
23	靈王	Ling wang, ejus filius, prudens. Nascitur Confucius.	571
24	景王	King wang, ejus filius, incuriosus.	544
25	悼王	Tao wang, ejus filius, edito filio, septimo mense moritur.	519
26	敬王	King wang, ejus frater, haeredis factionem vincit armis.	519
27	元王	Yuen wang, ejus filius, comis et prudens.	475
28	貞定王	Tcheng ting wang, ejus filius, prudens, et castus.	468
29	哀王	Ngai wang, ejus filius, post tres menses a fratre occiditur.	440
30	思王	Se wang, fratricida, post quinque menses a fratre tollitur.	440
31	考王	K'ao wang, fratricida, a regulis despicitur.	440
32	威烈王	Wei lié wang, ejus filius. Discerpitur regnum Tsin.	425
33	安王	Ngan wang, ejus filius. Reguli clientelam detrectant.	401
34	烈王	Lié wang, ejus filius, moritur sine haerede. Mentsius nascitur.	375
35	顯王	Hien wang, ejus frater, inhonoratus novem tripodes demergit.	368
36	慎靚王	Chen tsin wang, ejus filius, deses ruinam properat.	320
37	赧王	Nan wang, ejus filius, victori T'sin regulo se tradit.	314
38	東周君	Tong tcheou kiun, 31[i] prognatus, sede et dignitate privatur.	255

IV. DYNASTIA 秦 *STETIT* 43 *ANNOS.*

1	莊襄王	Tchoang siang wang, debellat foederatos principes.	249
2	始皇帝	Che hoang ti, filius adoptivus, famosus. Mors Alexandri.	246
3	二世皇帝	Eul che, ejus filius, enecto primogenito, fœde regnat.	209
4	子嬰	Tse yng, ejus frater, post 45 dies, aggressori se tradit.	206

V. DYNASTIA 西漢 *STETIT* 426 *ANNOS.*

1	高祖	Kao tsou, seu Lieou pang, dux egregius.	206
2	惠帝	Hoei ti, ejus filius, animosus, comis, voluptuarius.	194
	高后	Kao heou, ejus mater, dolosa, crudelis, usurpat imperium.	187
3	文帝	Wen ti, conditoris postgenitus, virtute imperium restaurat.	179
4	景帝	King ti, ejus filius, clementia insignis.	156

5 武帝 Ou ti, ejus filius, animosus, litterisque addictus. 140

6 昭帝 Tchao ti, ejus filius, omnibus carus, praereptus, comploratus. 86

7 宣帝 Siuen ti, 5! nepos, in vinculis adoleverat, facilis, prudens. 73

8 元帝 Yuen ti, ejus filius, litteris addictus, temere ministros eligit. 48

9 成帝 T'cheng ti, ejus filius, vinolentus et mulierosus. 32

10 哀帝 Ngai ti, fratris filius, comis, ordinis restitutor. Nativitas Christi. 6

11 平帝 P'ing ti, 8! pronepos, veneno a Wang mang sublatus. 1

12 孺子嬰 Jou tse yng, 7! prognatus, a Wang mang institutus, dejectus. 6

王莽 Wang mang, usurpator minister, a victore exercitu occisus. 9

13 淮陽王 Hoai yang wang, 4! prognatus, mollis, a victore dejicitur. 23

東 漢

14 光武帝 Koang ou ti, 4! prognatus, transfert regiam, dotibus excellit. 25

15 明帝 Ming ti, ejus filius, sapiens, clemens, at buddismum inducit. 58

16 章帝 Tchang ti, ejus filius, clementer et pacate regnat. 76

17 和帝 Ho ti, ejus filius, primus eunuchos extollit. 89

18 殤帝 Chang ti, ejus filius, infans moritur. 106

19 安帝 Ngan ti, 16! nepos, diu sub matris tutela. 107

20 順帝 Choen ti, ejus filius, barbaros devincit. 126

21 沖帝 T'chong ti, ejus filius, biennis, quinto post mense moritur. 145

22 質帝 Tche ti, 16! prognatus, puer prudens, veneno praereptus. 146

23 桓帝 Hoan ti, ejus frater major, eunuchis addictus. 147

24 靈帝 Ling ti, 16! prognatus, cupidus, mordax : surgunt rebelles. 168

25 獻帝 Hien ti, ejus filius, bardus, throno spoliatur. 190

VI. DYNASTIA 蜀 漢 seu 後 漢

Trium regnorum 三國 *ætas :* 漢 *duos,* 魏 *quatuor,* 吳 *quatuor habuit regnatores.*

1 昭烈帝 Tchao lié ti, 5! prognatus, animosus, æquabilis. 221

2 後帝 Heou ti, ejus filius, aggressori se tradit. 223

VII. DYNASTIA 西 晉 *STETIT* 155 *ANNOS.*

1 武帝 Ou ti, magnanimus ; unito imperio pigrescit. 265

2 惠帝 Hoei ti, ejus filius, hebes, veneno perit. 290
3 懷帝 Hoai ti, ejus frater, a regulo occiditur. 307
4 愍帝 Min ti, conditoris nepos, expulsus, et anno post occisus. 313

東晉

5 元帝 Yuen ti, conditoris nepos, gravis et sobrius, sedem mutat. 317
6 明帝 Ming ti, ejus filius, magnam sui facit spem. 323
7 成帝 T'cheng ti, ejus filius, quinquennis : reguli insolescunt. 326
8 康帝 K'ang ti, ejus frater, æque 22 annos natus moritur. 343
9 穆帝 Mou ti, ejus filius, sapiens, iunior moritur. 345
10 哀帝 Ngai ti, 7! filius, integer, immortalitatis pharmaco consumptus. 362
11 帝奕 Ti i, ejus frater, a ministro expulsus. 366
12 簡文帝 Kien wen ti, 5! filius, invitus conscendit solium. 371
13 孝武帝 Hiao ou ti, ejus filius, subigit rebelles, a subnuba suffocatur. 373
14 安帝 Ngan ti, ejus filius, incuriosus, a Lieou yu occiditur. 397
15 恭帝 Kong ti, ejus frater, a Lieou yu suffocatur. 419

VIII. DYNASTIA 宋 *STETIT* 59 *ANNOS.*

Divisum imperium (南北朝) *usque ad XI dynastiæ finem.*

1 武帝 Ou ti, seu 劉裕 Lieou yu, e sutore dux, animosus et modestus. 420
2 少帝 Chao ti, ejus filius, leve caput, a ministro obtruncatur. 423
3 文帝 Wen ti, ejus frater, comis et æquus; favet bonziis. 424
4 孝武帝 Hiao ou ti, parricidæ fratricida, venator, prodigus. 453
5 廢帝 Fei ti, ejus filius, sanguinarius, occisus. 465
6 明帝 Ming ti, 3! filius, ferus, tredecim ex fratribus nepotes occidit. 466
7 蒼梧王 T'sang ou wang, ejus filius, pervicax, a ministro occisus. 473
8 順帝 Choen ti, ejus frater, ab eodem occisus. 477

IX. DYNASTIA 齊 *STETIT* 23 *ANNOS.*

1 高帝 Kao ti, amborum occisor, litteris addictus. 479
2 武帝 Ou ti, ejus filius, prudens. 483
鬱林王 } Conditoris filii patruo commissi, qui quatuor
海陵王 } intra menses eos occidit, et solio potitur.

3 明帝 Ming ti, conditoris frater, consanguineorum interfector. 494
4 東昏侯 Tong hoen heou, ejus filius, crudelis, voluptuarius, occisus. 499
5 和帝 Ho ti, ejus frater ab occisore instituitur et occiditur. 501

X. DYNASTIA 梁 *STETIT* 55 *ANNOS.*

1 武帝 Ou ti, actuosus, vigil: fit bonzius, captivus moritur. 502
2 簡文帝 Kien wen ti, ejus filius, a regulo occiditur. 550
3 元帝 Yuen ti, ejus frater, a ministro occiditur. 552
4 敬帝 King ti, ejus filius, ab eodem occisus. 555

XI. DYNASTIA 陳 *STETIT* 33 *ANNOS.*

1 武帝 Ou ti, amborum occisor, bonziis addictus. 557
2 文帝 Wen ti, ejus frater, regiminis studiosus. 560
3 臨海王 Ling hai wang, ejus filius, a patruo dejectus. 567
4 宣帝 Siuen ti, 1! ex fratre nepos, musicæ amator. 569
5 後主 Heou tchou, ejus filius, dissolutus, a Soei regulo expellitur. 583

XII. DYNASTIA 隋 *STETIT* 30 *ANNOS.*

1 文帝 Wen ti, subditis addictus, a filio occiditur. 590
2 煬帝 Yang ti, parricida et fratricida, prodigus, occiditur. 605
3 恭帝 Kong ti, conditoris nepos, a regulo expellitur. 618

XIII. DYNASTIA 唐 *STETIT* 287 *ANNOS.*

1 高祖 Kao tsou, supplicia et vectigalia emollit. 620
2 太宗 T'ai tsong, ejus filius, summe celebris. Religio inducitur. 627
3 高宗 Kao tsong, ejus filius, perdite amat puellam. 650
武后 Ou heou, versipellis, crudelis, usurpat imperium. 684
4 中宗 Tchong tsong, tertii filius, dissolutus, veneno perimitur. 705
5 睿宗 Joei tsong, ejus frater, cedit postgenito suo imperium. 710
6 玄宗 Hiuen tsong, ejus filius, restaurato imperio, fugere cogitur. 713
7 肅宗 Sou tsong, ejus filius, rebelles fugat, patrem revocat. 756
8 代宗 Tai tsong, ejus filius, a Tartaris expilatur. 763

9 德宗 Tĕ tsong, ejus filius, timidus et suspiciosus. 780
10 順宗 Choen tsong, ejus filius, infirmus abdicat. 805
11 憲宗 Hien tsong, ejus filius, perspicax; superstitiosus. 806
12 穆宗 Mou tsong, ejus filius, in occasum dynastiam inflectit. 821
13 敬宗 King tsong, ejus filius, ab eunuchis depositus, occisus. 825
14 文宗 Wen tsong, ejus frater, eunuchos abigendi impos, tabescit. 827
15 武宗 Ou tsong, ejus frater, bellicosus, aptos discernens ministros. 841
16 宣宗 Siuen tsong, 11! nepos, egregius, magico pharmaco corrosus. 847
17 懿宗 I tsong, ejus filius, invisus, Buddæ addictus. 860
18 僖宗 Hi tsong, ejus filius, duodennis joco intentus; gliscit rebellio. 874
19 昭宗 Tchao tsong, ejus frater, destruit eunuchos, a rebelle occiditur. 889
20 昭宣帝 Tchao siuen ti, ejus filius, rebelli coronam cedit. 905

XIV. DYNASTIA 後梁 *STETIT* 16 *ANNOS.*

Sequentes dictæ 五代.

1 太祖 T'ai tsou, rebellis, a primogenito filio occiditur. 907
2 末帝 Mo ti, ejus filius, fratricida, attentatus se perimit. 913

XV. DYNASTIA 後唐 *STETIT* 13 *ANNOS.*

1 莊宗 Tchoang tsong, bellicosus, mox comœdus, seditione vulneratus. 923
2 明宗 Ming tsong, filius adoptivus, egregius. 926
3 閔帝 Min ti, ejus filius, a patris genero occiditur. 934
4 廢帝 Fei ti, filius adoptivus, occisori cedens se perimit. 934

XVI. DYNASTIA 後晉 *STETIT* 11 *ANNOS.*

1 高祖 Kao tsou, 16 urbes cedit Liao tong duci. 936
2 出帝 T'chou ti, fratris filius, a Liao tong duce capitur. 944

XVII. DYNASTIA 後漢 *STETIT* 4 *ANNOS.*

1 高祖 Kao tsou, proditor dux, Liao tong duci resistit. 947
2 隱帝 Yn ti, ejus filius, ab eunuchis occisus. 949

XVIII. DYNASTIA 後周 *STETIT* 9 *ANNOS.*

1 太祖 T'ai tsou, dux egregius a milite elevatur. 951
2 世宗 Che tsong, filius adoptivus, animosus et modestus. 954
3 恭帝 Kong ti, septimus filius, egregio colao commissus. 959

XIX. DYNASTIA 宋 *STETIT* 319 *ANNOS.*

北宋 *Metropoli in Kai fong.*

1 太祖 T'ai tsou, pupillo a magnatibus suffectus, egregius, pacificator. 960
2 太宗 T'ai tsong, ejus frater, litteratus, Tartaros impetit. 977
3 眞宗 Tchen tsong, ejus filius, magiæ credulus. 998
4 仁宗 Jen tsong, ejus filius, pacificus, idola abigit. 1023
5 英宗 Yng tsong, fratris filius, imperatrici reconciliatur 1064
6 神宗 Chen tsong, ejus filius, favet litteris claroque Se ma koang. 1068
7 哲宗 Tche tsong, decennis filius, sub sapientis aviæ tutela. 1086
8 徽宗 Hoei tsong, frater, litterarum et Tao cultor, Tartari captivus. 1101
9 欽宗 K'in tsong, ejus filius, a Tartaris captivus abducitur. 1126

南宋 *Metropoli in Hang tcheou.*

10 高宗 Kao tsong, ejus frater, literis et Buddismo addictus, abdicat. 1127
11 孝宗 Hiao tsong, filius adoptivus, tranquille regnat. Tchou hi. 1168
12 光宗 Koang tsong, ejus filius, apoplexia enectus. 1190
13 寧宗 Ning tsong, ejus filius, Mongolo contra Mantchourium sociatur. 1195
14 理宗 Li tsong, conditoris prognatus, Tao cultor, in austro dominatur. 1225
15 度宗 Tou tsong, fratris filius, voluptuarius. Marcus Polo. 1265
16 恭宗 Kong tsong, ejus filius, decennis a Tartaro abducitur. 1275
17 端宗 Toan tsong, ejus frater, a Tartaro propulsus, decennis moritur. 1276
18 帝昺 Ti ping, ejus frater, octennis in fluvium projectus. 1278

XX. DYNASTIA 元 *STETIT* 88 *ANNOS.*

1 世祖 Che tsou, sapiens et beneficus, imperialis canalis auctor. 1280
2 成宗 T'ching tsong, ejus nepos, clemens, affectæ valetudinis. 1295

3 武宗 Ou tsong, fratris filius, populi studiosus, ei præreptus. 1308
4 仁宗 Jen tsong, frater uterinus, populo acceptissimus. 1312
5 英宗 Yng tsong, ejus filius, paternae virtutis haeres, a sicario occisus. 1321
6 泰定帝 T'ai ting ti, regis Hien tsong filius, publica mulcet mala. 1324
7 明宗 Ming tsong, ejus filius, inter convivium occidit. 1328
8 文宗 Wen tsong, ejus frater, elogiis celebratus. 1330
9 寧宗 Ning tsong, 7! filius, duos post menses moritur. 1332
10 順帝 Choen ti, ejus frater major, mollitie enervatus. 1333

XXI. DYNASTIA 明 *STETIT 276 ANNOS.*

1 太祖 T'ai tsou, e lixa dux, armis conquisitum componit imperium. 1368
2 惠帝 Hoei ti, ejus nepos, a patruo attentatus, incendio perit. 1399
3 成祖 T'cheng tsou, conditoris filius, magnanimus, migrat Pekinum. 1403
4 仁宗 Jen tsong, ejus filius, astrologia deceptus, languescit. 1425
5 宣宗 Siuen tsong, ejus filius, Tartaros profligat. 1426
6 英宗 Yng tsong, ejus filius, impugnans Tartaros fit captivus. 1436
7 景宗 King tsong, ejus frater fratrem redimit, et abdicantem excipit. 1450
英宗 Yng tsong, defuncto fratre, rursus solium ascendit. 1458
8 憲宗 Hien tsong, ejus filius, Buddæ addictus, Tartaros profligat. 1465
9 孝宗 Hiao tsong, ejus filius, Buddæ cultor; malis imperium affligitur. 1488
10 武宗 Ou tsong, ejus filius, imprudens; caritas rebelles excitat. 1506
11 世宗 Che tsong, ejus filius, Tartaros, Japones vincit; pharmaco perit. 1522
12 穆宗 Mou tsong, ejus filius, clemens, at consiliorum impatiens. 1567
13 神宗 Chen tsong, æquus, perspicax, vigil, Tartaros comprimit. 1573
14 光宗 Koang tsong, ejus filius, post mensem moritur. 1620
15 熹宗 Hi tsong, ejus filius: Tartarus in Liao tong; sæviunt rebelles. 1621
16 莊烈帝 Tchoang lié ti, ejus frater, comis, laqueo rebelles eludit. 1628

XXII. DYNASTIA 清 *FELICITER REGNANS.*

1 世祖 Che tsou, sexennis regnat, victoriis stabilitur, amore stultescit. 1644
2 聖祖 Cheng tsou, octennis filius, regimine splendet. 1662
3 世宗 Che tsong, ejus filius, populi studiosus, Religioni infensus. 1723
4 高宗 Kao tsong, ejus filius, vigil, litteratus, profert fines, abdicat. 1736
5 仁宗 Jen tsong, ejus filius, mollis : undique rebelliones. 1796

6 宣宗 Siuen tsong, ejus filius : retro fluit publica res. 1820
7 文宗 Wen tsong, ejus filius : dira rebellio, bellum Anglo-gallicum. 1851
8 穆宗 Mou tsong, ejus filius, vix tutela liber mortem obit. 1862
9 Princeps regnans, ejus patruelis, sub senioris imperatricis tutela. 1875

NOTANDUM. Exploratum est, a quarto quintæ dynastiæ imperatore huc usque, imperatores, præter nomen, quo in aula gentilitia donantur (廟號), *et nomen defunctis impositum* (諡), *nomen etiam regni proprium* (年號 *vel* 國號) *habere. Sic qui regnantem usque adhuc dynastiam constituunt,* 1. *Choen tche* 順治, 2. *K'ang hi* 康熙, 3. *Yong tcheng* 雍正, 4. *K'ien long* 乾隆, 5. *Kia k'ing* 嘉慶, 6. *Tao koang* 道光, 7. *Hien fong* 咸豐, 8. *T'ong tche* 同治, 9. *Koang siu* 光緒, *passim appellantur.*

Atque hic singularem gentis morem commodum notare juvabit : privata scilicet principum, antequam ad solium eveherentur, nomina, quamdiu perduret dynastia, per summam observantiam supprimi (諱) *omnino debere, plane ut nefas sit candidatis, quo demum cumque modo eas litteras in suas lucubrationes inferre. Porro K'ang hi* 玄燁, *Yong tcheng* 胤禛, *K'ien long* 弘曆, *Kia k'ing* 顒琰, *Tao koang* 旻寧, *Hien fong* 奕詝, *T'ong tche* 載淳, *appellabantur : regnanti vero Koang siu* 載湉 *est nomen. Hæ igitur totidem litteræ, præter unam* 載, *quam utpote fratribus communem imperiale placitum non suppressit, aut delumbari, si unquam scribantur, aut in alias transformari debebunt. Sic* 玄 *et* 弘 *puncto,* 胤 *hasta mutilari solent ; aut etiam aliter efferuntur, et tunc* 玄燁 *in* 元煜, *et* 胤禛 *in* 允禎, *et* 弘曆 *in* 宏歷 *mutabuntur : rursus* 顒 *in* 顒, *et* 琰 *in* 琰, *et* 旻 *in* 旻, *et* 寧 *in* 甯, *et* 詝 *in* 詝, *et* 淳 *in* 湻, *et* 湉 *in* 湉 *transfigurantur. Hinc hujusmodi litteræ sic passim transformatæ visuntur.*

NOTA 3ª ELENCHUS REGULORUM.

Et hic, ut in pluribus aliis, variant scriptores Sinenses : nostrorum Patrum supputationem ad imperiales editiones exactam sequens tabula exhibebit.

魯

Principatus Lou, cujus metropolis erat 曲阜縣, *ab Ou rege fratri collatus.*

MARCHIO. COGNOMEN 姬

1	周公	TCHEOU KONG.	1122
2	伯禽	PÉ K‘IN, filius.	1115
3	考公	K‘AO, filius.	1062
4	煬公	YANG, frater.	1058
5	幽公	YEOU, filius.	1052
6	魏公	Wei, frater.	1038
7	厲公	LI, filius.	988
8	獻公	HIEN, frater.	951
9	眞公	TCHEN, filius.	855
10	武公	Ou, frater.	825
11	懿公	I, filius.	815
12	伯御	PÉ YU, fratris filius.	806
13	孝公	HIAO, 11i frater.	795
14	惠公	HOEI, filius.	768
15	隱公	YN, filius.	722
16	桓公	HOAN, frater.	711
17	莊公	TCHOANG, filius.	693
18	閔公	MIN, filius.	661
19	僖公	HI, frater ex patre.	659
20	文公	WEN, filius.	626
21	宣公	SIUEN, filius.	608
22	成公	T‘CHENG, filius.	590
23	襄公	SIANG, filius.	572
24	昭公	TCHAO, filius.	541
25	定公	TING, frater.	509
26	哀公	NGAI, filius.	494
27	悼公	TAO, filius.	467
28	元公	YUEN. filius.	430
29	穆公	MOU, filius.	409

Subditur.

30	共公	KONG, filius.	376
31	康公	K‘ANG, filius.	354
32	景公	KING, filius.	343
33	平公	P‘ING, filius.	316
34	湣文公	MIN *vel* WEN, filius.	296
35	頃公	K‘ING, filius.	273

Deletur a T‘CHOU anno 249.

燕

Principatus Yen, nunc 順天府, *ab Ou rege suo ministro collatus in* 薊.

COMES. COGN. 姬

1	召公	CHAO KONG.	1122
10	惠侯	HOEI.	864
11	釐侯	LI, filius.	826
12	頃侯	K‘ING, filius.	790
13	哀侯	NGAI, filius.	766
14	鄭侯	T‘CHENG, filius.	764
15	穆侯	MOU, filius.	728
16	宣侯	SIUEN, filius.	710
17	桓侯	HOAN, filius.	697
18	莊公	TCHOANG, filius.	690

19	襄公	SIANG, filius.	657
20	宣公	SIUEN, filius.	617
21	昭公	TCHAO, filius.	601
22	武公	OU, filius.	586
23	文公	WEN, filius.	573
24	懿公	I, filius.	548
25	惠公	HOEI, filius.	544
26	悼公	TAO, filius.	534
27	共公	KONG, filius.	528
28	平公	P'ING, filius.	523
29	簡公	KIEN, filius.	504
30	獻公	HIEN, filius.	492
31	孝公	HIAO, filius.	464
32	成公	T'CHENG, filius.	449
33	湣公	MIN, filius.	433
34	釐公	LI, filius.	402
35	桓公	HOAN, filius.	372
36	文公	WEN, filius.	361
37	易王	I, filius.	332
38	子噲	TSE K'OAI, filius.	320
39	昭王	TCHAO, filius.	311
40	惠王	HOEI, filius.	278
41	武成王	OU T'CHENG, filius.	271
42	孝王	HIAO, filius.	237
43	王喜	WANG HI, filius.	254

Extinctus a T'SIN anno 222.

衛

Principatus Wei. nunc 河南衛輝府, *a T'cheng rege patruo collatus.*

MARCHIO. COGN. 姬

1	康叔	K'ANG CHOU.	1115
2	康伯	K'ANG, filius.	1078
3	考伯	K'AO, filius.	1052
4	嗣伯	SE, filius.	1016
5	庛伯	TSIÉ, filius.	934
6	靖伯	TSING, filius.	909
7	貞伯	TCHENG, filius.	894
8	頃侯	K'ING, filius.	866
9	釐侯	LI, filius.	854
10	共伯	KONG, filius.	812
11	武公	OU, frater.	812
12	莊公	TCHOANG, filius.	757
13	桓公	HOAN, filius.	734
14	宣公	SIUEN, frater.	718
15	惠公	HOEI, filius.	699
16	黔牟	K'IEN MEOU, 13i filius.	696
17	懿公	I, filius.	668
18	戴公	TAI, 14i nepos.	660
19	文公	WEN, frater.	659
20	成公	T'CHENG, filius.	634
21	穆公	MOU, filius.	599
22	定公	TING, filius.	588
23	獻公	HIEN, filius.	576
24	殤公	CHANG, 22i frater.	558
25	襄公	SIANG, 23i filius.	543
26	靈公	LING, filius.	534
27	出公	T'CHOU, 28i filius.	492
28	莊公	TCHOANG, 26i filius.	479
29	班師	PAN SE, 25i nepos.	478
30	君起	KIUN K'I, 26i filius.	478
31	悼公	TAO, 26i filius.	468
32	敬公	KING, filius.	450
33	昭公	TCHAO, filius.	431
34	懷公	HOAI, filius secundarius.	425
35	愼公	CHEN, 32i nepos.	414

Jungitur regno 魏.

36	聲公	CHENG, filius.	372
37	成侯	T'CHENG, filius.	361
38	平侯	P'ING, filius.	332
39	嗣君	SE KIUN, filius.	324

21	卓子	Tcho tse, frater.	651
22	惠公	Hoei, 19! filius.	650
23	懷公	Hoai, filius.	636
24	文公	Wen, 19! filius.	635
25	襄公	Siang, filius.	627
26	靈公	Ling, filius.	620
27	成公	T'cheng, 25! frater.	606
28	景公	King, filius.	599
29	厲公	Li, filius.	580
30	悼公	Tao, 25! pronepos.	572
31	平公	P'ing, filius.	557
32	昭公	Tchao, filius.	531
33	頃公	K'ing, filius.	525
34	定公	Ting, filius.	511
35	出公	T'chou, filius.	474
36	哀公	Ngai 32! pronepos.	456

In tres principatus dividitur anno 452.

37	幽公	Yeou, filius.	438
38	烈公	Lié, filius.	419
39	孝公	Hiao, filius.	392
40	靜公	Tsing, filius.	377

Extinguitur a Wei, Tchao, et Han, qui inter se diviserant.

曹

Principatus T'sao, nunc 山東定陶縣, *ab Ou rege fratri collatus.*

Comes. Cogn. 姬

1	振鐸	Tchen to.	1122
2	太伯	T'ai pé, filius.	1052
3	仲君	Tchong kiun, filius.	1001
4	宮伯	Kong, filius.	934
5	孝伯	Hiao, filius.	894
6	夷伯	I, filius.	864
7	幽伯	Yeou, frater.	834
8	戴伯	Tai, frater.	825
9	惠伯	Hoei, filius.	795
10	石甫	Che, filius.	760
11	穆公	Mou, frater.	759
12	桓公	Hoan, filius.	756
13	莊公	Tchoang, filius.	701
14	釐公	Li, filius.	670
15	昭公	Tchao, filius.	661
16	共公	Kong, filius.	652
17	文公	Wen, filius.	617
18	宣公	Siuen, filius.	595
19	成公	T'cheng, frater.	576
20	武公	Ou, filius.	554
21	平公	P'ing, filius.	527
22	悼公	Tao, filius.	523
23	聲公	Cheng, frater.	514
24	隱公	Yn, 21! frater.	509
25	靖公	Tsing, 23! frater.	504
26	伯陽	Pé yang, filius.	501

Extinctus a Song anno 487.

蔡

Principatus T'sai, nunc 河南汝寧府, *ab Ou rege fratri collatus: eoque rebellante, a T'cheng rege filio translatus.*

Marchio. Cogn. 姬

1	蔡叔度	T'sai chou tou.	1122
2	蔡仲胡	Tchong hou, filius.	1107
3	蔡伯荒	Pé hoang.	1053
4	宮侯	Kong.	947
5	厲侯	Li.	893
6	武侯	Ou, filius.	863
7	夷侯	I.	837

8 僖侯	Hi, filius.	809
9 共侯	Kong, filius.	761
10 戴侯	Tai, filius.	759
11 宣侯	Siuen, clius.	749
12 桓侯	Hoan, filius.	714
13 哀侯	Ngai, frater.	694
14 繆,侯	Mou, filius.	674
15 莊侯	Tchoang, filius.	645
16 文侯	Wen, filius.	611
17 景侯	King, filius.	591
18 靈侯	Ling, filius.	542
19 平侯	P'ing, nepos.	528
20 悼侯	Tao, frater.	521
21 昭侯	Tchao, frater.	518
22 成侯	T'cheng, filius.	490
23 聲侯	Cheng, filius.	471
24 元侯	Yuen, filius.	456
25 蔡侯齊	T'si, filius.	450

Deletur a T'chou anno 447.

吳

Principatus Ou, metropoli Ou si et Sou tcheou, a T'ai pé, Wen regis patruo, fundatus, et ab Ou rege institutus, anno 1122.

Vicecomes. Cogn. 姬

1 泰伯	T'ai pé.	
2 仲雍	Tchong yong.	
3 季簡	Ki kien.	
4 叔達	Chou ta	
5 周章	Tcheou tchang.	1122
6 熊遂	Hiong soei	
7 柯相	Ko siang.	
8 彊鳩夷	K'iang kieou i.	
9 餘橋疑吾	Yu kiao i ou.	
10 柯盧	Ko lou.	
11 周繇	Tchoeu yao.	
12 屈,羽	K'iu yu.	
13 夷吾	I ou.	
14 禽處	K'in t'chou.	
15 君轉	Kiun tchoan.	
16 頗高	P'ouo kao.	
17 句卑	Kiu pei.	
18 去齊	K'iu t'si.	
19 壽夢	Cheou mong, regulus agnoscitur.	585
20 諸樊	Tchou fan, filius.	560
21 餘祭	Yu tchai, frater.	547
22 餘眛	Yu mei, frater.	543
23 王僚	Wang liao, filius.	526
24 闔,閭	Ho liu, 20! filius.	514
25 夫差	Fou t'chai, filius.	495

Extinguitur a Yué, anno 473.

陳

Principatus T'chen, nunc 河南陳州, *ab Ou rege administro suo, imperatoris Choen prognato, collatus.*

Dux. Cogn. 嬀

1 胡公	Hou.	
2 申公	Chen, filius.	
3 相公	Siang, frater.	
4 孝公	Hiao 2! filius.	
5 慎公	Chen, filius.	
6 幽公	Yeou, filius.	854
7 僖公	Hi, filius.	831
8 武公	Ou, filius.	796
9 夷公	I, filius.	787

10 平公 P'ING, frater. 778
11 文公 WEN, filius. 755
12 桓公 HOAN, filius. 744
13 厲公 LI, frater. 706
14 利公 LI, 12! filius. 700
15 莊公 TCHOANG, frater. 699
16 宣公 SIUEN, frater. 692
17 穆公 MOU, filius. 647
18 共公 KONG, filius. 631
19 靈公 LING, filius. 613
20 成公 T'CHENG, filius. 598
21 哀公 NGAI, filius. 568
22 惠公 HOEI, nepos. 528
23 懷公 HOAI, filius. 505
24 湣公 MIN, filius. 500

Deletur a T'CHOU anno 479

宋

Principatus Song, nunc 河南歸德府. *Ou rex instituerat* 武庚 *in* 殷, *nunc* 淇縣 *: rebellem, T'cheng rex occidit, et ejus patruo contulit Song cum ritu, musica, curru et vestitu dynastiæ Chang.*

DUX. COGN. 子

1 微子 WEI TSE. 1111
2 微仲 WEI TCHONG, frater. 1077
3 宋公稽 K'I, filius. 1053
4 丁公 TING, filius. 1000
5 湣公 MIN, filius. 985
6 煬公 YANG, frater. 908
7 厲公 LI, 5! filius. 893
8 僖公 HI, filius. 858
9 惠公 HOEI, filius. 830
10 哀公 NGAI, filius. 800
11 戴公 TAI, filius. 799
12 武公 OU, filius, 765
13 宣公 SIUEN, filius. 747
14 穆公 MOU, frater. 728
15 殤公 CHANG, 13! filius. 719
16 莊公 TCHOANG, 14! filius. 709
17 湣公 MIN, filius. 691
18 桓公 HOAN, frater. 681
19 襄公 SIANG, filius. 650
20 成公 T'CHENG, filius. 636
21 昭公 TCHAO, filius. 619
22 文公 WEN, frater. 610
23 共公 KONG, filius. 588
24 平公 P'ING, filius. 575
25 元公 YUEN, filius. 531
26 景公 KING, filius. 516
27 昭公 TCHAO, 25! ex alia matre pronepos. 452
28 悼公 TAO, filius. 404
29 休公 HIEOU, filius. 395
30 辟公 PI, filius. 372
31 剔成 T'I T'CHENG, filius. 369
32 偃 YEN, frater. 328

Extinctus a T'SI, WEI et T'CHOU anno 286.

齊

Principatus T'si, nunc 山東青州府, *ab Ou rege magistro suo, famosi Chen nong prognato.*

MARCHIO. COGN. 姜

1 太公 T'AI KONG. 1122
2 丁公 TING, filius. 1077

3	乙公	I, filius.	1051
4	癸公	Koei, filius.	1000
5	哀公	Ngai, filius.	934
6	胡公	Hou, frater.	893
7	獻公	Hien, frater.	859
8	武公	Ou, filius.	850
9	厲公	Li, filius.	824
10	文公	Wen, filius.	815
11	成公	T'cheng, filius.	803
12	莊公	Tchoang, filius.	794
13	釐公	Li, filius.	730
14	襄公	Siang, filius.	697
15	桓公	Hoan, frater.	684
16	孝公	Hiao, filius.	642
17	昭公	Tchao, frater.	632
18	懿公	I, frater.	612
19	惠公	Hoei, frater.	608
20	頃公	K'ing, filius.	598
21	靈公	Ling, filius.	581
22	莊公	Tchoang, filius.	553
23	景公	King, frater.	547
24	晏孺子	Yen jou tse, filius.	489
25	悼公	Tao, 23i filius.	488
26	簡公	Kien, filius.	484
27	平公	P'ing, frater.	480
28	宣公	Siuen, filius.	455
29	康公	K'ang, filius.	404

齊 田

30	太公田和	T'ien ho.	386
31	桓公	Hoan, filius.	384
32	威王	Wei, filius.	378
33	宣王	Siuen, filius.	332
34	湣王	Min, filius.	313
35	襄王	Siang, filius.	282
36	王建	Kien, filius.	264

Extinctus a T'sin anno 221.

楚

Principatus Tch'ou, olim 荆 *seu* 荆蠻 *dictus, nunc* 湖廣荆州府, *ab Ou rege vicecomiti Hiong i, antiqui Tchoan hiu prognato, collatus.*

Vicecomes. Cogn. 芈

1	熊繹	Hiong i.	1122
2	熊艾	Hiong i.	1078
3	熊黮	Hiong ta.	1052
4	熊勝	Hiong cheng.	1001
5	熊楊	Hiong yang.	946
6	熊渠	Hiong k'iu.	887
7	熊摯	Hiong tche.	877
8	熊延	Hiong yen.	876
9	熊勇	Hiong yong.	847
10	熊嚴	Hiong yen.	837
11	熊霜	Hiong choang.	827
12	熊徇	Hiong siun.	821
13	熊咢	Hiong ngo.	799
14	若敖熊儀	Jo ngao hiong i.	790
15	霄敖熊坎	Siao ngao hiong k'an.	763
16	蚡冒熊眴	Fen mao hiong hiu.	757
17	武王	Ou, frater.	740
18	文王	Wen, filius.	689
19	熊艱	Hiong kien, filius.	676
20	成王	T'cheng, frater.	671
21	穆王	Mou, filius.	625
22	莊王	Tchoang, filius.	613
23	共王	Kong, filius.	590
24	康王	K'ang, filius.	559

25 熊麏 Hiong kiun, filius. 544
26 靈王 Ling, 23i filius. 540
27 平王 P'ing, frater. 528
28 昭王 Tchao, filius. 515
29 惠王 Hoei, filius. 488
30 簡王 Kien. 431
31 聲王 Cheng. 407
32 悼王 Tao. 401
33 肅王 Sou. 380
34 宣王 Siuen. 369
35 威王 Wei. 339
36 懷王 Hoai. 328
37 頃襄王 K'ing siang. 295
38 考烈王 K'ao lié. 262
39 幽王 Yeou. 237
40 哀王 Ngai, 5 *menses*. 227
41 王負芻 Fou t'sou. 227

Extinctus a T'sin anno 223.

秦

Principatus T'sin, metropoli 清水 *in* 甘肅秦州. *Fei tse, habilis equarius, fit a Hiao rege dynasta* (附庸), *ejusque trinepos a P'ing rege fit regulus.*

Comes. Cogn. 嬴

1 非子 Fei tse. 909
2 秦侯 T'sin heou, filius. 857
3 公伯 Kong pé, filius. 847
4 秦仲 T'sin tchong, filius. 844
5 莊公 Tchoang, filius. 821
6 襄公 Siang, filius, fit regulus. 777
7 文公 Wen, filius. 765
8 靈公 Ling, nepos. 715
9 出子 T'chou tse, filius. 703
10 武公 Ou, 8i primogenitus. 697
11 德公 Té, frater. 677
12 宣公 Siuen, filius. 675
13 成公 T'cheng, frater. 663
14 穆公 Mou, frater. 659
15 康公 K'ang, filius. 620
16 共公 Kong, filius. 608
17 桓公 Hoan, filius. 604
18 景公 King, filius. 576
19 哀公 Ngai, filius. 536
20 惠公 Hoei, nepos. 500
21 悼公 Tao, filius. 491
22 厲共公 Li kong, filius. 476
23 躁公 Tsao, filius. 442
24 懷公 Hoai, frater. 428
25 靈公 Ling, nepos. 424
26 簡公 Kien, 24i filius. 414
27 惠公 Hoei, filius. 399
28 出公 T'chou, filius. 386
29 獻公 Hien, 25i filius. 384
30 孝公 Hiao, filius. 361
31 惠文王 Hoei wen, filius 337
32 武王 Ou, filius. 310
33 昭襄王 Tchao siang, frater. 306
34 孝文王 Hiao wen, filius. 250
35 莊襄王 Tchoang siang, filius. 249
36 始皇帝 Che hoang ti, filius. 246

魏

Principatus Wei, primitus ab Ou rege collatus, nunc 山西平陸縣. *At*

post Tsin partitionem metropolim habuit in 大梁 *seu* 開封府, *et octo universim regulos.*

COGNOMEN. 姬

1	文侯	WEN.	423
2	武侯	OU, filius.	386
3	惠王	HOEI, filius.	370
4	襄王	SIANG, filius.	334
5	昭王	TCHAO, filius.	295
6	安釐王	NGAN LI, filius.	276
7	景閔王	KING MIN, filius.	242
8	王假	WANG KIA.	227

Extinctus a T'SIN anno 225.

趙

Principatus Tchao, complectens Chan si borealem et Tché li occiduam regionem, metropoli 邯鄲 *in* 廣平府.

1	烈侯	LIÉ.	408
2	武侯	OU, frater.	399
3	敬侯	KING, 1! filius.	386
4	成侯	T'CHENG, filius.	374
5	肅侯	SOU, filius.	349
6	武靈王	OU LING, filius.	325
7	惠文王	HOEI WEN, postgenitus.	298
8	孝成王	HIAO T'CHENG, filius.	265
9	悼襄王	TAO SIANG, filius.	244
10	幽王	YEOU WANG, filius.	235

Extinctus a T'SIN, anno 229.

韓

Principatus Han, primitus ab Ou rege filio suo collatus, nunc 陝西韓城縣. *At post regni Tsin partitionem, complectebatur australem illius provinciæ et occiduam Ho nan regionem, metropoli* 新鄭. *Tunc sequentes fuerunt reguli.*

MARCHIO. COGN. 姬

1	景侯	KING,	408
2	烈侯	LIÉ, filius.	399
3	文侯	WEN, filius.	386
4	哀侯	NGAI, filius.	376
5	懿侯	I, filius.	370
6	昭侯	TCHAO, filius.	358
7	宣惠王	SIUEN HOEI, filius.	332
8	襄王	SIANG, filius.	311
9	釐王	LI, filius.	295
10	桓惠王	HOAN HOEI, filius.	272
11	王安	WANG NGAN, filius.	238

Extinctus a T'CHOU anno 230.

滕

Principatus T'eng, nunc 山東滕縣, *ab Ou rege fratri* 叔繡 *collatus. Post* 16 *generationes apparet Siuen Kong.*

MARCHIO. COGN. 姬

1	滕侯	T'ENG HEOU.	
2	宣公	SIUEN.	
3	昭公	TCHAO.	
4	文公	WEN.	599
5	成公	T'CHENG, filius.	574
6	悼公	TAO, filius.	538
7	頃公	K'ING, filius.	513
8	隱公	YN, filius.	490

Extinctus a SONG vel T'SI post 31 generationes.

薛

Principatus Sié, cujus metropolis erat 薛城 *in* 滕縣, *ab Ou rege Hoang ti prognatis collatus. Post aliquot generationes, apparet Sié heou.*

COMES. COGN. 任

1	薛侯	SIÉ HEOU.	
2	薛伯	SIÉ PÉ.	
3	獻公	HIEN.	578
4	襄公	SIANG.	510
5	君比	KIUN PI, filius.	497
6	惠公	HOEI, filius.	496

Extinctus fortasse a T'SI.

許

Principatus Hiu, nunc 河南許州, *ab Ou rege baroni* 文叔 *antiqui* 四岳 *prognato collatus. Post* 11 *generationes apparet Tchoang kong.*

BARO. COGN. 姜

1	德男	TÉ NAN.	
2	伯封	PÉ FONG.	
3	孝男	HIAO NAN.	
4	靖男	TSING NAN.	
5	康男	K'ANG NAN.	
6	武公	OU KONG.	
7	文公	WEN.	
8	莊公	TCHOANG.	732
9	桓公	HOAN.	696
10	穆公	MOU, 9i frater.	
11	僖公	HI, filius.	655
12	昭公	TCHAO, filius.	622
13	靈公	LING, filius.	591
14	悼公	TAO, filius.	546
15	許公	HIU, filius.	522
16	元公	YUEN.	503
17	成公	T'CHENG.	481

Extinctus a TCHENG, anno 482.

杞

Principatus K'i, nunc 河南杞縣, *ab Ou rege Hia dynastiæ prognato collatus.*

COMES. COGN. 姒

1	東樓公	TONG LEOU.	1122
2	西樓公	SI LEOU.	
3	題公	T'I.	
4	謀娶公	MEOU T'SIU.	
5	武公	OU.	750
6	靖公	TSING, filius.	703
7	共公	KONG, filius.	680
8	德公	TÉ, filius.	672
9	成公	T'CHENG, filius.	654
10	桓公	HOAN, frater.	636
11	孝公	HIAO, filius.	566
12	文公	WEN, frater.	549
13	平公	P'ING, frater.	535
14	悼公	TAO, filius.	517
15	隱公	YN, filius.	505
16	釐公	LI, frater.	505
17	湣公	MIN, filius.	486
18	哀公	NGAI.	469
19	出公	T'CHOU.	466
20	簡公	KIEN.	453

Extinctus a T'CHOU anno 445.

莒

Principatus Kiu, nunc 山東莒州, *ab Ou rege Vicecomiti* 茲輿, *antiqui Chao hao prognato, collatus. Post* 11 *generationes, apparet Tse P'ei kong.*

VICECOMES. COGN. 己

1 莒子 KIU TSE.
2 茲丕公 TSE P'EI.
3 紀公 KI. 603
4 渠丘公 K'IU K'IEOU, filius. 576
5 黎比公 LI PI, filius. 557
6 展輿著 TCHAN YU TCHOU, filius.
7 著丘公 TCHOU K'IEOU, frater. 541
8 郊公 KIAO, filius. 527
9 共公 KONG, 7! frater: et post decem annos Kiao kong restituitur.
10 莒子狂 KIU TSE K'ING.

Extinctus a T'CHOU anno 431.

邾 dein 鄒

Principatus Tchou, dein Tcheou dictus, nunc 山東鄒縣, *ab Ou rege Vicecomiti T'sao kié* 曹挾, *Tchoan hiu prognato, collatus, primitus adnexa erat ditio* (附庸). *Post* 12 *generationes, apparet* 儀父 seu *Tchou tse k'e.*

VICECOMES. COGN. 曹

1 邾子克 TCHOU TSE K'E.
2 邾子瑣 SOUO, filius. 677
3 文公 WEN, filius. 665
4 定公 TING, filius. 613
5 宣公 SIUEN, filius. 573
6 悼公 TAO, filius. 556
7 莊公 TCHOANG, filius. 540
8 隱公 YN, filius, dejectus. 506
9 桓公 HOAN, filius. 487
隱公 restitutus. 475
10 何公 HO, 9! frater. 469

Regno Lou adjunctus a T'CHOU.

郳 dein 小邾

VICECOMES. COGN. 曹

Principatus Siao Tchou, nunc 山東滕縣, *initio vocabatur I* 郳, *eratque parva ditio* (附庸), *T'sao familiæ collata, et dein illius* 曹挾 *prognato, nomine* 友, *confirmata. Hujus pronepos* 犂, *factus regulus, appellatusque* 小邾子, *vicecomes. Post paucas dein generationes extinguitur a T'chou.*

虢 西, 東, 小

虢仲 *et* 虢叔 *erant Wen regis fratres acceptique ministri, dicti* 二虢. *Ou rex primum fecit Ducem in* 西虢, *nunc* 河南陝州: *alterum in* 東虢, *nunc* 河南滎陽縣. *Cum P'ing rex sedem transtulit ad orientem, adhuc Kouo reguli erant imperatoris ministri. Tsin Hien regulus, commodata via, destruxit* 西虢 *principatum anno* 655 : 東虢 *extinctus a Tcheng* 鄭 *anno* 770. *Fuit præterea* 小虢, *nunc* 陝

西鳳翔府境, *etiam suæ familiæ* 姬 *ab Ou rege collatus, et a T'sin* 秦 *extinctus anno* 687.

虞

虞仲 *erat* 周章 *frater : Ou rex dedit huic principatum Ou, illum vero fecit Ducem in Yu, nunc* 河南虞縣. *Post* 12 *generationes apparet* 虞公, *et post septendecim, principatus Yu a Tsin fuit deletus anno* 655.

越

Principatus Yué, nunc 會稽縣 *in Tché kiang, Vicecomiti* 無餘 *cognomine* 姒, *magni Yu prognato, collatus. Viginti post generationes, apparuit Yun t'chang* 允常, *secutusque anno* 496 *ejus filius Keou tsien* 勾踐, *qui regnum Ou delevit. Successerunt quinque reges, sicque deventum anno* 356 *ad Wang Ou kiang* 無疆, *qui a T'chou devictus servivit ei, et sic Yué principatus post* 29 *generationes extinctus anno* 334.

PRÆTER MEMORATOS 魯 LOU, 燕 YEN, 衛 WEI, 曹 T'SAO, 蔡 T'SAI, 吳 OU, 陳 T'CHEN, 殷 YN, 齊 T'SI, 荆 KING, 魏 WEI, 韓 HAN, 滕 T'ENG, 薛 SIÉ, 許 HIU, 杞 K'I, 莒 KIU, 邾 TCHOU, 郳 I, 越 YUÉ, 虢 KOUO, 虞 YU, OU REX SEQUENTES CONTULIT PRINCIPATUS :

耼 TAN, nunc 山東濮州, Comiti 季載, fratri suo.
郜 KAO, nunc 山東城武縣, fratri suo, Vicecomiti.
雍 YONG, nunc 河南修武縣, fratri suo, Comiti.
畢 PI, nunc 陝西長安縣, Marchioni 叔高, fratri suo.
原 YUEN, nunc 河南濟源縣, fratri suo, Comiti.
豐 FONG, nunc 陝西長安縣, fratri suo, Marchioni.
郇 SIUN, nunc 山西猗氏縣, fratri suo, Marchioni.
管 KOAN, nunc 河南鄭州, Marchioni 叔鮮, fratri suo.
郕 T'CHENG, nunc 山東汶上縣, Marchioni 叔武, fratri suo. Periit a T'si.
霍 HOUO, nunc 山西霍州, Marchioni 叔處, fratri suo. Extinctus a Tsin.
毛 MAO, Comiti 叔鄭, fratri suo.
邘 HAN, nunc 河南河內縣, filio suo.
應 YNG, nunc 河南葉縣, filio suo, Marchioni.
凡 FAN, Tcheou Ducis filio, Comiti.
蔣 TSIANG, Tcheou Ducis prognato, Comiti.
邢 HING, nunc 順德府, Tcheou Ducis filio, Marchioni. Extinctus a Wei 衛.

茅 Mao, Tcheou Ducis filio.

胙 Tsou, nunc 河南胙城縣, Tcheou Ducis filio.

祭 Tsai, nunc 河南鄭州, Tcheou Ducis filio, Comiti.

州來 Tcheou lai, nunc 江南壽州, suæ familiæ 姬. Extinctus ab Ou.

滑 Hoa, nunc 河南偃師縣, suæ familiæ Comiti. Extinctus a T'sin.

極 Ki, nunc 山東兗州府境, suæ familiæ 姬.

隨 Soei, nunc 湖廣隨州, suæ familiæ Marchioni.

頓 Toen, nunc 河南項城縣北, suæ familiæ Vicecomiti. Periit a T'chou.

鼓 Kou, nunc 晉州, suæ familiæ Vicecomiti. Extinctus a Tsin.

肥 Fei, nunc 真定府境, suæ familiæ Vicecomiti. Extinctus a Tsin.

胡 Hou, nunc 江南潁州, suæ familiæ Comiti. Extinctus a T'chou.

冀 Ki, nunc 山西河津縣, suæ familiæ Vicecomiti.

賈 Kia, nunc 陝西蒲城縣, suæ familiæ Comiti.

芮 Joei, nunc 山西芮城縣, suæ familiæ Comiti.

巴 Pa, nunc 四川巴縣, suæ familiæ Vicecomiti.

項 Hiang, nunc 河南項城縣, suæ familiæ Vicecomiti. Periit a Lou.

鮮虞 Sien Yu, nunc 真定府北境, suæ familiæ Vicecomiti.

驪 Li, nunc 陝西臨潼縣, suæ familiæ Baroni.

蓼 Liao, nunc 江南霍丘縣, suæ familiæ Marchioni. Extinctus a T'chou.

唐 T'ang, nunc 湖廣隨州, suæ familiæ Marchioni. Extinctus a T'chou.

陽 Yang, nunc 山東沂州北, suæ familiæ Marchioni. Extinctus a T'si.

淮 Hoai, nunc 江南淮安府境, suæ familiæ 姬.

耿 Keng, nunc 山西河津縣, suæ familiæ 姬. Extinctus a Tsin.

焦 Tsiao, nunc 河南陝州, Chen nong prognatis. Extinctus a Tsin.

薊 Ki, nunc 順天府, Hoang ti prognatis.

祝 Tchou, nunc 山東禹城縣, imperatoris Yao prognatis.

駘 Tai, nunc 山東費縣境, familiæ 姜.

申 Chen, nunc 河南南陽縣, Marchioni familiæ 姜. Extinctus a T'chou.

甫 Fou, scilicet 呂國, nunc 河南新蔡縣, Marchioni familiæ 姜.

紀 Ki, nunc 山東壽光縣, Marchioni familiæ 姜. Extinctus a T'si.

鄣 Tchang, nunc 山東平州, familiæ 姜. Extinctus a T'si.

向 Hiang, nunc 山東莒州南, familiæ 姜.

州 Tcheou, nunuc 山東高密安丘二縣界, Duci familiæ 姜.

厲 Li, nunc 湖廣隨州北, familiæ 姜.

孤竹 Kou tchou, nunc 永平府, Chen nong prognato, cognomine 墨胎.

任 Jen, nunc 山東濟寧州, Comiti familiæ 風, Fou hi prognato.

密 Mi, nunc 河南密縣, Vicecomiti familiæ 風.

宿, Sou, nunc 江南宿州, Baroni familiæ 風. Extinctus a Song.
須句 Siu kiu, 山東東平州, Vicecomiti familiæ 風. Periit a Tcheng.
顓臾 Tchoan yu, nunc 山東蒙陰縣地, Vicecomiti familiæ 風.
南燕 Nan yen, nunc 河南胙城縣, Comiti familiæ 姞, Hoang ti prognato.
英氏 Yng che, nunc 江南六安州, Kao yao prognato, cognomine 偃.
六, Lou, nunc 江南六安州, familiæ 偃. Extinctus a T'chou.
貳 Eul, nunc 湖廣隨州南, familiæ 偃.
軫 Tchen, familiæ 偃.
無終 Ou tchong, nunc 玉田縣, Vicecomiti familiæ 偃.
絞 Kiao, familiæ 偃.
舒庸 Chou yong, nunc 江南舒城縣, Vicecomiti familiæ 偃. Extinctus a T'chou.
舒鳩 Chou kieou, nunc 江南舒城縣, Vicecomiti familiæ 偃. Extinctus a T'chou.
舒 Chou, nunc 江南舒城縣, Vicecomiti familiæ 偃.
權 K'iuen, nunc 湖廣安陸府, familiæ 偃. Extinctus a T'chou.
鄀, Jo, Vicecomiti familiæ 允, Chao hao prognato. Extinctus a T'sin.
弦 Hien, nunc 河南光山縣, Vicecomiti familiæ 嬴, Chao hao prognato. Extinctus a T'chou.
梁 Liang, nunc 陝西郃陽縣, Comiti familiæ 嬴. Extinctus a T'sin.
徐 Siu, nunc 江南泗州, Vicecomiti familiæ 嬴. Extinctus ab Ou.
江 Kiang, nunc 河南信陽州東南, familiæ 嬴. Extinctus a T'chou.
黃 Hoang, nunc 河南光州, Vicecomiti familiæ 嬴. Extinctus a T'chou.
郯 T'an, nunc 山東郯城縣, Vicecomiti familiæ 嬴.
穀, Kou, nunc 湖廣穀城縣, Comiti familiæ 嬴.
葛, Ko, nunc 河南寧陵縣, familiæ 嬴.
譚 T'an, nunc 山東歷城縣, Vicecomiti familiæ 嬴. Extinctus a T'si.
沈 Chen, nunc 河南沈丘縣, Vicecomiti familiæ 嬴. Periit a Wei 衛.
溫 Wen, nunc 河南溫縣, Vicecomiti familiæ 己, Chao hao prognato. Extinctus ab Ou.
鄖 Yun, scilicet 妘國, nunc 湖廣安陸縣, Vicecomiti familiæ 妘, Tchoan hiu prognato.
鄅 Kiu, Vicecomiti familiæ 妘.
根牟 Ken meou, nunc 山東安丘縣, Vicecomiti familiæ 曹, Tchoan hiu prognato.
羅 Louo, nunc 湖廣宜城縣, Tchoan hiu prognato, cognomine 芈.
夔 K'oei, nunc 湖廣歸州, Vicecomiti familiæ 芈. Extinctus a T'chou.

宗 Tsong, Vicecomiti familiæ 芈.

麇 Kiun, nunc 湖廣均州, Vicecomiti familiæ 芈. Extinctus a T'chou.

桐 T'ong, nunc 江南桐城縣, regno T'chou adnexa ditio.

房 Fang, nunc 河南遂平縣, Vicecomiti Yao prognato.

遂 Soei, nunc 山東定陶縣, Choen prognato, cognomine 媯. Periit a T'si.

息 Si, nunc 河南息縣, Marchioni familiæ 媯. Extinctus a T'chou.

檜 Koei, scilicet 鄶國, nunc 河南新鄭縣, antiqui Tchou yong 祝融, qui Tchoan hiu fuerat filius, prognato, cognomine 妘.

牟 Meou, nunc 山東登州府, Vicecomiti familiæ 妘.

崇 T'chong, nunc 陝西鄠縣, Comiti familiæ 姒, magni Yu prognato.

褒 Pao, nunc 陝西褒城縣, Baroni familiæ 姒.

鄫 Tseng, nunc 山東嶧縣, Vicecomiti familiæ 姒. Extinctus a Lou.

巢 T'chao, nunc 江南巢縣, Comiti familiæ 姒. Extinctus ab Ou.

朝鮮 Tchao sien, Marchioni 箕子, Tcheou tyranni patruo, cognomine 子.

鮮于 Sien yu, postgenito præcedentis filio, qui 鮮 in feudum habens, ex 于 censum capiebat.

戴 Tai, nunc 河南考城縣, Vicecomiti familiæ 子, e 2ª dynastia oriundo.

蕭 Siao, nunc 江南蕭縣, Baroni familiæ 子. Extinctus a T'chou.

邶 Pei, septentrionale segmentum antiquæ regionis 朝歌, nunc 河南衛輝府, familiæ 子.

鄘 Yong, australe segmentum antiquæ 朝歌, familiæ 子.

共 Kong, nunc 河南輝縣, Comiti familiæ 子.

黎 Li, nunc 山西黎城縣, Marchioni familiæ 子.

鄧 Teng, nunc 湖廣襄陽府, Marchioni familiæ 曼, e 2ª dynastia oriundo. Extinctus a T'chou.

鄾 Yeou, nunc 湖廣襄陽縣, Vicecomiti familiæ 曼.

萊 Lai, nunc 山東萊州府, Vicecomiti. Extinctus a T'si.

賴 Lai, nunc 河南息縣, Vicecomiti. Extinctus a T'chou.

柏 Pé, nunc 河南西平縣, Vicecomiti.

道 Tao, nunc 河南確山縣.

邿 Che, nunc 山東濟陽縣.

庸 Yong, nunc 湖廣竹山縣. Extinctus a T'chou.

貫 Koan, nunc 山東濟陽縣南.

介 Kiai, nunc 山東膠州, familiae 葛.

鍾吾 Tchong ou, nunc 江南宿遷縣, Vicecomiti.

義渠 I k'iu, nunc 甘肅慶陽府.

郭 Kouo, nunc 山東東昌府.

鄟 TCHOAN, nunc 山東兗州府境.
於餘丘 YU YU K'IEOU, nunc 山東滋陽縣.
蜀 CHOU, nunc 四川成都府, Marchioni.
白狄 PÉ TI, nunc 陝西延安府, Vicecomiti familiæ 隗, Chen nong prognato.
赤狄 T'CHE TI, nunc 山西潞安府, Vicecomiti familiæ 隗.
陸渾 LOU HOEN, nunc 河南嵩縣, Vicecomiti familiæ 隗. Periit a Tsin.
狄 TI, Vicecomiti familiæ 隗. Extinctus ab Ou.
廧咎如 T'SIANG KIEOU JOU, nunc 山西吉州, familiæ 隗.
夷 I, nunc 山東萊州即墨縣界, Vicecomiti familiæ 妘, Tchoan hiu prognato.
偪陽 PI YANG, nunc 江南沛縣, Vicecomiti familiæ 妘. Periit a Tsin.
戎 JONG, nunc 河南伊陽縣, Vicecomiti.
令支 LING TCHE, nunc 永平府盧龍縣.
大荔 TA LI, nunc 陝西西安府.
鄋瞞 CHEOU MAN, familiæ 漆, quæ antiquum 防風 regnum, ad magni lacus 太湖 austrum situm, olim tenebat.
夙繇 SOU YAO, exterum regnum (狄國).

NOTA 4ª COSMOGONIA SINICA.

Undecimi Sæculi exordiis, nova in Sinis exorta est schola, quæ Confuciano in libro Mutationum textu innixa, novum rerum principium est commenta. In ea emicuerunt litteratorum summates T'cheng tse 程子 et Tchou hi 朱熹, quos dein secuti 42 doctores, cum librum Sing li ta t'siuen 性理大全 elucubrarunt. Supremum illud principium, quatenus in se spectatum limite caret, summumque est rerum omnium caput, dicitur Ou ki 無極 vel T'ai ki 太極: quatenus fit causa efficiens, et in se rerum omnium continet essentias, vocatur Li 理 vel Tao 道: quatenus est causa materialis, entibusque impertit substantiam et vitam, appellatur K'i 氣. Hoc igitur vivificans elementum, K'i, ad actum deveniens, duos inducit modos, Yang et Yn (陽陰), qui sunt binæ primi principii formæ, et constituunt principium perfectum et imperfectum: hæc duo principia gignunt quinque elementa, ex quibus omnia entia conflantur. Illius materialis K'i principii pars purior atque subtilior est anima (Hoen 魂), impurior et crassior est corpus (P'é 魄): unio utriusque elementi est vita; cum K'i separatur, fit mors. Ita recentiores litterati (後儒).

At antiquorum doctrina, licet metaphysicos conceptus clare definitos in Sinicis scriptis frustra usque conquiras, congruentius tamen potest explicari. Supremus scilicet Dominator (上帝), spiritum (氣) insufflans in primitivam materiam (太極), eam duplici principio, perfecto (陽) et imperfecto (陰) fœcundavit; quæ concepto motu, homogeneisque moleculis in unum coalescentibus, quinque elementa, indeque Terram, produxerunt; subtilioribus autem moleculis sursum assurgentibus, Cœlum efformarunt. Medius vero inter Cœlum et Terram est Homo, quæ tria constituunt tres procreatrices potentias, seu tres præcipuos agentes (三才). — Accessit Fou hi: sibi apparuisse ait e croceo fluvio Draconem equum, cujus dorso inscripta mappa 河圖 (vide tabulam 5^am^), exhibebat duas formas 兩儀, quatuor imagines 四象, et octo trigrammata 八卦. In his scientificorum elementorum symbola Fou hi introspexit, compositisque per variam combinationem 64 hexagrammatibus, Cœli Terræque Hominisque notiones expressit, quæ in libro Mutationum habentur. — Sed et Yu sibi apparuisse dixit e Lo fluvio testudinem, mappa item inscriptam (洛書), ex qua eruti magnæ Regulæ (洪範) novem articuli, a sapiente Ki tse explanati, et nunc in libro Annalium inserti.

Hæc est rei summa : jam vero quæ tribus agentibus notiones subsunt, raptim, ut par est, prosequamur.

I. Cœlum.

Cœlum continet tria luminaria 三光, solem 日, lunam 月, stellas 星.

Ad solem spectant : 1° Annus, qui a Hoang ti ad Ti k'ou appellatus fuit 年, hinc ad Yu appellatus fuit 載, sub Hia appellatus 歲, sub Chang appellatus 祀, iterumque appellatus 年 sub Tcheou. Annus astronomicus initium usque habuit a solstitio hiemali, primo mense (子月) in undecimam præsentis temporis lunam incidente, quem ceteri menses, 丑月, 寅月 . . ., a cycli litteris consequuntur. At civilis pro tempore diversus fuit ; sub Hoang ti enim et dynastia Hia, incipiebat, ut in præsens, tertio mense, 寅月, cum sol subit pisces ; sub Chang, secundo mense 丑月, qui duodecimæ præsentis dynastiæ lunæ respondebat, cum sol subit aquarium ; sub Tcheou, ipso hiemali solstitio 子月, cum sol subit capricornum.

2° Lunationes, quarum duodecim annum vulgarem, tredecim vero embolismicum efficiunt. Novendecim annorum spatio, septies recurrit intercalarium : anno tertio duplicatur mensis nonus, anno sexto sextus, nono tertius, undecimo undecimus, decimoquarto octavus, decimoseptimo quartus, decimo nono duodecimus.

3° Dies, in duodecim partes distributus, a media ad mediam noctem : unaquæque pars, binas continens horas (辰), a duodecim cycli ramis vel animalibus designatur, et media nox a secunda horæ parte incipit computari : duæ tamen horæ, addito *t'chou* pro prima et *tcheng* pro secunda, designantur ; sic 子初 hora 11^a, 子正 media nox.

子 Tse,	hora muris 鼠,	11^a et 12^a	noctis,	三更	tertia vigilia.
丑 T'cheou,	hora bovis 牛,	1^a et 2^a	noctis,	四更	quarta vigilia.
寅 Yn,	hora tigridis 虎,	3^a et 4^a	matutina,	五更	quinta vigilia.
卯 Mao,	hora leporis 兎,	5^a et 6^a	antemeridiana,		
辰 T'chen,	hora draconis 龍,	7^a et 8^a	antemeridiana,		
巳 Se,	hora serpent. 蛇,	9^a et 10^a	antemerid^a	上午	
午 Ou,	hora equi 馬,	11^a et 12^a	diei,	正午	tempus merid^{um}.
未 Wei,	hora ovis 羊,	1^a et 2^a	pomerid^a	下午	
申 Chen,	hora simiæ 猴,	3^a et 4^a	pomeridiana,		
酉 Yeou,	hora galli 雞,	5^a et 6^a	pomeridiana,		
戌 Siu,	hora canis 犬,	7^a et 8^a	vespertina,	初更	prima vigilia.
亥 Hai,	hora suis 猪,	9^a et 10^a	noctis,	二更	secunda vigilia.

4° Æquator, tʻche tao 赤道, et ecliptica, hoang tao 黃道: ecliptica, seu via quam obit sol, duodecim Zodiaci signa seu stationes, Kong 宮, percurrens. Unaquæque statio complectitur triginta zodiaci gradus, et a duodecim cycli ramis designatur, v. gr. Tse Kong, mao Kong, etc.

5° Unaquæque statio dividitur in duas, quindecim gradibus constantes, et sic habentur 24 divisiones, 節氣 vel 節分 vel 時節 appellatæ.

1	立春	initium veris,	incipit	a 15°	gradu Aquarii.
2	雨水	pluviæ aqua,	„	a 1°	gradu Piscium.
3	驚蟄	commotio reptilium,	„	a 15°	Piscium.
4	春分	veris æquinoctium,	„	a 1°	Arietis.
5	清明	suda claritas,	„	a 15°	Arietis.
6	穀雨	segetum pluvia,	„	a 1°	Tauri.
7	立夏	initium æstatis,	„	a 15°	Tauri.
8	小滿	parva repletio,	„	a 1°	Geminorum.
9	芒種	operosa plantatio,	„	a 15°	Geminorum.
10	夏至	æstatis solstitium,	„	a 1°	Cancri.
11	小暑	modicus calor,	„	a 15°	Cancri.
12	大暑	magnus calor,	„	a 1°	Leonis.
13	立秋	initium autumni,	„	a 15°	Leonis.
14	處暑	cessans calor,	„	a 1°	Virginis.
15	白露	albus ros,	„	a 15°	Virginis.
16	秋分	autumni æquinoctium,	„	a 1°	Libræ.
17	寒露	frigidus ros,	„	a 15°	Libræ.
18	霜降	nebulæ descensus,	„	a 1°	Scorpii.
19	立冬	initium hiemis,	„	a 15°	Scorpii.
20	小雪	parva nix,	„	a 1°	Sagittarii.
21	大雪	magna nix,	„	a 15°	Sagittarii.
22	冬至	hiemale solstitium,	„	a 1°	Capri.
23	小寒	modicum frigus,	„	a 15°	Capri.
24	大寒	magnum frigus,	„	a 1°	Aquarii.

6° Quatuor tempora, 四季 vel 四時, seu ver 春, æstas 夏, autumnus 秋, et hiems 冬, singula in tres partes distincta, primam 孟, mediam 仲, et extremam 季.

7° Cyclus, inventore Hoang ti, applicatus fuit annis, mensibus et diebus. Componitur autem duplici signo, trunco et ramo : 10 characteres dicuntur decem trunci 干, et duodecim dicuntur duodecim rami 支: simul conjuncti efformant sexaginta combinationes.

1 甲子	11 甲戌	21 甲申	31 甲午	41 甲辰	51 甲寅
2 乙丑	12 乙亥	22 乙酉	32 乙未	42 乙巳	52 乙卯
3 丙寅	13 丙子	23 丙戌	33 丙申	43 丙午	53 丙辰
4 丁卯	14 丁丑	24 丁亥	34 丁酉	44 丁未	54 丁巳
5 戊辰	15 戊寅	25 戊子	35 戊戌	45 戊申	55 戊午
6 己巳	16 己卯	26 己丑	36 己亥	46 己酉	56 己未
7 庚午	17 庚辰	27 庚寅	37 庚子	47 庚戌	57 庚申
8 辛未	18 辛巳	28 辛卯	38 辛丑	48 辛亥	58 辛酉
9 壬申	19 壬午	29 壬辰	39 壬寅	49 壬子	59 壬戌
10 癸酉	20 癸未	30 癸巳	40 癸卯	50 癸丑	60 癸亥

Ad lunam spectant 1° Phases : Cho 朔, nova luna, Wang 望 plenilunium, Hien 弦 dimidiata luna arcum cum nervo referens, chang hien 上弦 crescens dichotomos (*premier quartier*), hia hien 下弦 decrescens dichotomos, luna post vigesimum secundum diem.

2° Intercalatio : juen yué 閏月 luna intercalaris, ta yué 大月 luna 30 diebus constans, siao yué 小月 luna 29 dierum.

3° Eclipsis : yué che 月食 eclipsis lunaris, 日食 eclipsis solaris.

Ad stellas spectant 1° magna ursa 北斗, et figura ad austrum respondens 南斗.

2° Quinque planetæ, seu Saturnus 土星, Jupiter 木星, Martius 火星, Venus 金星 et Mercurius 水星.

3° Viginti et octo constellationes, orientales, boreales, occidentales et australes, quibus totidem respondent animalia.

ORIENTALES.

1 角,	*seu* Constellatio	crocodili	蛟,	Spica, ζ Virginis.
2 亢,	„	draconis	龍,	ι κ λ μ Virginis.
3 氐,	„	melis	狢,	α β γ δ Libræ.
4 房,	„	leporis	兎,	β δ Scorpii.
5 心,	„	vulpis	狐,	Antares, in corde Scorpii.
6 尾,	„	tigridis	虎,	ε μ Scorpii.
7 箕,	„	leopardi	豹,	γ δ Sagittarii.

BOREALES.

8 斗,	„	grypis	獬	ξ λ Sagittarii.
9 牛,	„	bovis	牛,	α β Sagittarii.
10 女,	„	vespertilionis	蝠,	ε μ γ Aquarii.

11	虛,	*seu* Constellatio	muris	鼠,	β Aquarii.
12	危,	„	hirundinis	燕,	α Aquarii et ε Pegasi.
13	室,	„	suis	猪,	Markab, α Pegasi.
14	壁,	„	hystricis	㺄,	Algenib, γ Pegasi.

OCCIDENTALES.

15	奎,	„	lupi	狼,	Mirac, β Andromedæ.
16	婁,	„	canis	狗,	α β Arietis.
17	胃,	„	phasianæ	雉,	Musca.
18	昴,	„	galli	鷄,	Pleiades.
19	畢,	„	corvi	烏,	Hyades.
20	觜,	„	cercopitheci	猴.	λ Orionis.
21	參,	„	simii	猿,	Rigel in Orione.

AUSTRALES.

22	井,	„	tapiri	犴,	Gemini.
23	鬼,	„	ovis	羊,	γ δ η Cancri.
24	柳,	„	damæ	獐,	δ ε ζ Hydræ.
25	星,	„	equi	馬,	Alphard α Hydræ.
26	張,	„	cervi	鹿,	κ λ μ Hydræ.
27	翼,	„	serpentis	蛇,	α Crateræ.
28	軫,	„	lumbrici	蚓,	γ ε Corvi.

II. TERRA.

1° Sex partes 六 合, oriens 東, occidens 西, meridies 南, septentrio 北, summum 上, imum 下.

2° Quinque elementa 五 行, metallum 金, lignum 木, aqua 水, ignis 火, terra 土.

3° Novem provinciæ 九 州, in quas magnus Yu imperium distribuit, scilicet 1. Ki 冀, fere continens Chan si 山 西 et Tché li 直 隸: 2. Yen 兗, inter T'si et Ho fluvios, complectens Chan tong 山 東 partem occidentalem cum provinciæ Tcheli segmento: 3. T'sing 靑, inter T'ai montem et mare, complectens partem Chan tong orientalem: 4. Siu 徐, continens partem Chan tong australem et Kiang nan 江 南 borealem: 5. Yang 揚, seu reliquum Kiang nan cum Kiang si 江 西, Tché kiang 浙 江, Fou kien 福 建, et nonnihil ex adiacentibus Ho nan 河 南, Hou koang 湖 廣, et Koang tong 廣 東 provinciis: 6. King 荆, continens fere Hou koang et aliquid ex Se t'choan 四 川 et Koang si: 7. Yu 豫, complectens fere Ho nan, et aliquid

ex Tché li, Chan tong, Kiang nan et Hou koang : 8. Liang 梁, seu Se t'choan, pars Chan si 陝西 et nonnihil ex Hou koang : 9. Yong 雍, seu reliquum Chan si 陝西.

4° Quatuor montes, se yo 四嶽, seu summa quatuor partium juga, super quibus imperatores supremo Dominatori solebant sacrificare. Dynastia Tcheou addidit quintum in centro, et sic 五嶽 habiti sunt: sunt autem T'ai chan 泰山 in 山東, quo sacrificabatur 2ª luna; Hoa chan 華山 in 陝西, quo sacrificabatur 8ª luna; Heng chan 恒山 in 山西, quo sacrificabatur 12ª luna; Heng chan 衡山 in 湖南, quo sacrificabatur 5ª luna; Song chan 嵩山 in 河南.

5° Quinque lacus, ou hou 五湖: 洞庭 in Hou koang, 鄱陽 in Kiang si, 洪澤 in Kiang nan, 西湖 in Tché kiang, et 太湖 intercidens Kiang nan et Tché kiang provincias. *Vel etiam*, loco 洪澤 et 西湖, memorantur 青草 in Hou koang et 丹陽 in Kiang nan.

6° Tres fluvii, san ho 三河, Hoang ho 黃河, Hoai ho 淮河, Lo ho 洛河. Eodem nomine veniebant tres regiones croceo fluvio adiacentes, scilicet 河東, 河內 et 河南.

7° Novem amnes, kieou kiang 九江, quorum spiritus speciatim honorantur : Tché 浙江, Yang tse 楊子江, Song 松江, Ou 吳江, T'chou 楚江, Siang 湘江, King 荆江, Han 漢江, Nan 南江.

8° Quatuor canales, se tou 四瀆, per quos aquæ omnes in mare prorumpunt, Hoai 淮, Tsi 濟, Kiang 江, Ho 河.

9° Quatuor maria 四海, quibus imperium concludi putatur, orientale 東海, occidentale 西海, australe 南海, boreale 北海.

10° Tres insulæ 三島, quæ a geniis habitari dicuntur : P'ong lai 蓬萊, Fang tchang 方丈, Yng tcheou 瀛洲.

11° Trium amnium fauces, San hia 三峽: occidentalis amnis 西江, in Koang tong, ingreditur Koang k'i fauces 廣溪峽 : cœruleus amnis 楊子 ingreditur Ou chan fauces 巫山峽 in 四川 : croceus amnis 黃河 ingreditur Si ling fauces 西陵峽 in 山西.

12° Triplex naturæ regnum, yu ti 輿地, continens loca, animalia et gignentia; seu metropolim 京城, urbes 府縣, pagos 鎮市 et rura 村鄉; volatilia 飛禽 et quadrupedia 走獸; grana 五穀 et fructus 百果.

III. Homo.

1° Quinque humani generis colores 五形 : lividus 青, flavus 黃, rubicundus 赤, albus 白, niger 黑.

2° Tria vincula 三綱: principis cum ministro 君臣, patris cum filio 父子, mariti cum uxore 夫婦.

3° Quinque relationes 五倫: inter principem et subditum 君臣, patrem et filium 父子, maritum et uxorem 夫婦, fratrem et fratrem 兄弟, amicum et amicum 朋友.

4° Quatuor socialia, seu sociales virtutes, 四維: civilitas li 禮, justitia i 義, temperantia lien 廉, verecundia t'che 恥.

5° Quinque universalia, seu quinque universalium virtutum norma, 五常: humanitas 仁, justitia 義, civilitas 禮, prudentia 智, fidelitas 信.

6° Sex virtutes 六德: prudentia 智, humanitas 仁, sapientia 聖, justitia 義, moderatio 中, benignitas 和.

7° Novem consanguineitates 九族: ipsemet 已, pater 父, avus 祖, proavus 曾祖, abavus 高祖, filius 子, nepos 孫, pronepos 曾孫, abnepos 元孫.

8° Quatuor classes 四民: litterati 士, agricolæ 農, opifices 工, mercatores 商.

9° Septem passiones 七情: gaudium 喜, ira 怒, dolor 哀, amor 愛, timor 懼, odium 惡, desiderium 欲.

10° Decem officia 十義: principis sollicitudo 君敬, subditi fidelitas 臣忠, patris benevolentia 父慈, uxoris obsequentia 婦從, filii pietas 子孝, fratris majoris dilectio 兄友, minoris obsequium 弟恭, amici fidelitas 朋信, superioris amor 長愛, inferioris obedientia 幼順.

11° Sex artes liberales 六藝: ritus 禮, musica 樂, jaculatio 射, aurigatio 御, scriptura 書, arithmetica 數.

12° Quinque rituum classes 五禮: ritus fausti 吉, funebres 凶, militares 軍, hospitales 賓, festivi 嘉. Huc porro pertinent hominis propria 人事, seu vita et mors 生死, sepultura et inferiæ 葬祭, et maritale conjugium 婚娶.

NOTA 5ª VARIA SACRIFICIA.

Spiritus, quibus Sinenses ab antiquitate sacra faciebant, multiplices erant, indeque multiplex sacrificium. Primo veniunt ordine Cœlum et Tellus; 2° flumina, montes, aer; 3° Dii præsides; 4° Dii penetrales; 5° Manes defunctorum. De singulis quædam adnotanda.

1. Sacrificium Cœlo, seu supremo Dominatori, a solo imperatore peragebatur. Qui primitus varia juga ad id destinata (五 嶽) obire solebat, et confecto sacrificio, in monti adjacente aula finitimos regulos excipiebat (1). At temporis decursu, itinerum difficultate perterritus, in vicinioribus locis cœpit perpetrare sacra. Hæc autem Cœlo fiebant in monticulo rotundo (壇 t'an) intra septum erecto : septum dicebatur kiao 郊, unde et ipsum sacrificium hoc nomine appellatum. Imperator solemni trabea 袞 et sacrificis infulis indutus 冕 旒, simplici curru 素 車 (vide tabulam 12am) ad hujusmodi sacrificium vehebatur, immolabatque mundum bovem; Cœlo enim buthysia peragebatur : et sic legitur in libro annalium Tcheou Dux, metropolim ædificans, Cœlo immolasse binos boves, binos autem quod in hujusmodi 郊 sacrificiis, Cœlo Tellus sociaretur.

Sacrificium Telluri in ara peragebatur, ché 社 appellata, unde hoc nomen, et sacrificio et ipsi Terræ spiritui inditum. Quinque distinguebantur : 大 社 solius erat imperatoris pro populo sacrificantis, 王 社 erat imperatoris privatim pro se, 國 社 erat regulorum pro populo, 侯 社 regulorum pro se, 置 社 toparcharum erat aliorumque. Imperatoris ara quinquaginta pedes erat longa, et, ut a sinica figura conjici licet, sic disponebatur : magna (大 社) extra portam orientalem erecta, pineto conserebatur 松 ; orientalis, ad octo stadia, cupresseto 柏 consita; occidentalis, ad novem stadia, consita castaneto 栗; australis, ad octo stadia, consita catalpis 梓; borealis, ad sex stadia, consita sophoris 槐 : unaquæque constabat colore illius loci proprio, scilicet occidentalis albo 白, orientalis cœruleo 青, australis rubro 赤, borealis nigro 黑, et media

(1) *Hinc de claritatis aula* 明 堂, *prope T'ai montem in regno T'si, memorat Mentsius. Viguit enim apud tertiam dynastiam claritatis templum, sicut generationum ædes* 世 室, *et duplo tecto ædificium* 重 屋, *sub prima et secunda viguerat : vide figuras.*

flavo 黃. Regulorum ara in 25 pedes protensa, colorem habebat loci, ad quem pertinebat, licet plures flavum usurpaverint. Imperatoria Telluri immolatio debebat continere bovem, et dicebatur ta lao (大牢); reguli vero immolabant ovem (小牢): hinc illa suovetaurilia (一牢) a libro Annalium expressa (IV. 12.), cum Tcheou Dux metropolim condidit (1).

II. Choen perhibetur sacrificasse 1. supremo Dominatori 上帝; 2. sex venerandis 六宗, seu soli, lunæ, planetis, stellis, anni temporibus, et Telluri; 3. montibus et fluviis 山川.

Aëri, seu quatuor partium aëri sacrificium dicitur fang 祊, et victimæ color loci colori respondebat.

Quinque spiritus censentur regere quinque elementa, et successive præsidere regnantium dynastiis: hinc illa *gubernasse ab igne* et alia hujusmodi.

III. Dii præsides varii erant: in libro Carminum fit mentio de sacrificiis genio equario 伯 *seu* 馬祖 et diis vialibus 道神 peractis: illi operari in castris dicitur lei 類, in expeditionibus vero ma 禡; iis facere dicitur tsou 祖. Item memorantur spiritus frugum, agriculturæ, et alii.

IV. Ad imperatorem spectabat summa oblatio, seu sacrificare Cœlo et Telluri (天地); ad regulos oblatio localis (方祀), seu sacrificare montibus, fluviis, frugumque parenti (山川社稷); ad toparchas sacrificare Penatibus, populus autem nonnisi Majorum Manibus (先) faciebat. Quotannis Penatibus fiebant quinque lararia 五祀: primo vere sacrificabatur ostiario (祀戶), prima æstate focario (祀灶), exeunte æstate centrali (祀中霤), primo autumno janitori (祀門), primo hieme viali (祀行). Unicuique proprius locus in Rituum memorialis (月令) commentario assignatur: at singulis vicibus sacrificium complebatur in parte domus ad libonotum (*Sud-ouest*) sita 奧, ubi, ferculis transportatis, Manium Repræsentatori occurrebatur, ut sic Manibus honor præstaretur. De his omnibus consule quintæ tabulæ figuras.

V. Pro parentali sacrificio, 1°. gentilitiæ extruebantur ædes, quæ plures aulas continebant. Sub Ou rege aulæ erant septem (七廟); ad caput aula erat protoparentis Heou tsi (太廟), ad dexteram (穆) et ad sinixtram (昭) hinc inde sex progenitores, ita ut filius et pater in opposita semper essent linea; dextra enim et sinistra nullum honoris discrimen significabant: stabant ergo hinc inde pater et avus, proavus et abavus, atavus et trisavus, et postremum ad

(1) *Analogiam adnota : solemniora apud Romanos erant sacrificia, in quibus tria immolabantur animalia, sus, ovis, taurus, indeque suovetaurilia appellata : item dic de buthysia* (sacrifices de taureaux).

caput protoparens. Unaquæque aula (堂) spectabat austrum, eique posticum adnectebatur adytum (寢) : in aula, tabella illius, cui erat sacra, orienti obvertebatur ; adytum recondebat supellectilem sacrificio necessariam. At, sub Tcheou, protoparentis aula constabat 1. anticis portis, quæ imperatori quinque erant, ut dicemus alias, regulis tres, toparchis duæ ; 2. anteriore templo 堂 ; 3. posteriore adyto 寢 ; 4. posticis ædibus 室 : hæ erant quadratum ædificium, cujus quatuor latera habebant singula unum ostium 戶 inter duas fenestras 牖 ; tabellæ translatæ collocabantur ad latus occidentale orienti obversæ. Sola enim aula protoparentis stabat perennis ; ceteri successive novis defunctis locum cedebant, ita ut, rege mortuo, avi tabella ad abavi sedem, abavi vero ab trisavi sedem transferretur (遷), trisavi autem tabella ad posticas protoparentis ædes in occidentale latus asportaretur (꜀祧 t'iao) : novo item rege mortuo, pars dextera mutabatur, atque ita, ut usque sex propiores progenitores persisterent, alii vero remotioris jam consanguinitatis (親盡) ab aula everterentur (滅廟). At cum Wen et Ou regum tabellæ fuerint asportandæ, ob inclyta hominum merita, perennes aulæ speciatim ipsis positæ sunt (世室), ad quas tabellæ dein transmigrantium asportabantur, Wen rege ad dexteram (穆), filioque ad sinistram (昭) constituto, et sic novem aulæ habitæ sunt (九廟), una scilicet protoparenti, duæ fundatoribus (一祖二宗), sex progenitoribus. Sed generatim imperatoris delubrum septem habebat aulas ; regulorum autem, quinque ; toparcharum, tres ; præfectorum 上士, duas ; literatorum 下士, unam.

2° In primaria aula, solus imperator offerebat quinquennale sacrificium (禘꜄ ti) stirpis protoparenti, ejusque genitori, cui tunc protoparentis tabella suum cedebat locum orienti obversum, et ad septentrionem, austrum versus transferebatur : sic Heou tsi patri suo Ti k'ou locum cedebat. Cetera sacrificia (祫꜆ hia), non erant imperatori reservata, et bifariam distinguebantur : triennale (大祫) offerebatur protoparenti et omnibus progenitoribus, quorum tunc tabellæ in primaria aula collocabantur, hinc et inde ad septentrionem et austrum : annua (時祫) offerebantur protoparenti et sex progenitoribus, horum item tabellis ad primariam aulam asportatis, et distinguebantur, juxta anni tetrachordon, in verna (꜀祠 se), æstiva (礿꜄ vel 禴 yo), autumnalia (꜀嘗 t'chang) et hiemalia (꜀烝 tcheng).

3° In sacris gentilitiis, sorte eligebatur qui defunctorum manes repræsentaret, dicebaturque che 尸 seu Funus, ut romani aiebant. Adjutores sacrificii eligebantur magna jaculatione in imperiali palestra.

NOTA 6ª FORMA AGRICULTURÆ.

Sex pedes constituebant passum, centum passus vero modium seu jugerum (1). Jugerum (meou ʿ畝) solebant tres elices (k'iuen ʿ畎) intercidere, et porculeta (lin 疄), quæ inter elices jacebant, sementi fœcundabantur. Ex terra quam elices excavarant, fiebant tumuli (long ʿ壟), qui præsto erant ad plantas aggerandas (tse ʿ耔).

Centum jugera sub Tcheou, vel septuaginta sub Hia, committebantur uni colono, et novem hujusmodi coloniæ (夫), constituebant unum quadrum tessellatum seu alveolum (井), cujus octo tessellæ totidem colonis assignabantur, et media (公 田) communi ab ipsis labore pro solvendo colonario excolebatur. Sic unus alveolus trecentos passus seu unum stadium sinicum (里) complectebatur in quadrum; centum alveoli, seu decem in quadrum stadia, magnum unum efficiebant actum (一 成); et centum actus magnam constituebant centuriam (一 同), quæ centum in quadrum protensa stadiis, universitatem continebat agrorum inter duos fluvios interjectam. Mire enim hæc omnia canaliculata asseruntur.

Vomer (耜) erat quinque pollices latum; bina (一 耦) sulcum faciebant pede latum et pede profundum (畎), et tres hujusmodi elices jugerum intercidebant: transversi elices in recta emissaria *soei* 遂ʾ influebant, quæ singulis alveolis adiacebant, eaque in transversos euripos *keou* ‹溝, qui actum intercidebant: euripi in rectos canaliculos *siu* 洫› erumpebant singulis actibus adiacentes, et ii in transversos canales *koei* 澮ʾ centuriam intercidentes, qui adiacenti flumini *t'choan* ‹川 miscebantur. Sic unaquæque centuria continebat 9000 emissaria binos pedes lata et profunda, 900 euripos quatuor pedes latos profundosque, 90 canaliculos octo pedes latos et profundos, et 9 canales sexdecim pedibus latos profundosque. Fluentis semita, flumini via adjungebatur. Vide tabulam sextam.

Ex jugeribus, quibus media tessella seu communis ager constabat, Tcheou viginti, Hia quatuordecim jugera colonicis extruendis destinabat: hujusmodi

---

(1) *Jugerum scilicet sinense, quod revera vix dimidium actum quadratum attingebat. At hîc, ut in hujusmodi aliis, accomodata est nomenclatio.*

enim casas agrariis laboribus intendentes coloni incolebant. At quiescente agricultura, hi urbanis domibus succedebant, quæ ad eamdem tessellarum formam populo assignabantur. Ex novem scilicet, sex hinc inde tessellæ (六區) populi habitationi præsto erant, unaquaque quadraginta familias capiente : mediam et anticam occupabant regis palatium et curia et fana, posticam vero forum nundinarium *che* 市, et opificum tabernæ *t'chan* 廛. Figuram consule.

NOTA 7ª USUS DIVINATIONIS.

Divinatio apud antiquos ad aruspicium quoddam (卜) et sortilegium (筮) revocabatur. Pro illo emys 龜, pro altero achillea 蓍 usui erat, quod utraque longævitatis sint symbolum, illius vero chelonium cœli fornicem terræque exhibeat planitiem. Primum in eo erat, ut achillea supra testudinis dorsum constituta, herbæque admoto igne, statim a conjectore lucis fulgor, dorsi incisuræ et colores, animalis motus et quies observarentur. In secundo, assumptis quadraginta novem achilleæ virgulis, et in duos fasciculos ad sortientis arbitrium distributis, unus dexteræ alter sinixtræ manui submittebatur. Tunc subducta ex fasciculo dextero una virgula digitis sinixtræ interserenda, reliquæ numerantur quatuor et quatuor, quæque post numerationem supersunt, ad sinixtræ digitos transeunt: quaternatim etiam assumuntur virgulæ ad sinistram positæ, et residuæ digitis inseruntur. Digitis insertæ supputantur; obtingent duo numeri, quibus subtractis repetitur regula, et iterum evenient duo numeri, virgulisque tertio versatis, sex omnino numeri habebuntur. Porro numeri habent respondentes lineas in fluviali mappa, alias perfectas alias imperfectas: eorum ergo combinatio dabit duas trilineares figuras, seu duo hexagrammata in libro Mutationum. Ex horum sententia fit conjectura.

NOTA 8ª CURIA IMPERIALIS.

I. Imperio ad Tcheou familiam devoluto, Tcheou Dux statim cæremoniale (周禮) redegit, in sex partes distributum, juxta senos præfectorum ordines, supremis tribunalibus præpositos. Hi, et pauci ex præcipuis alii, specialem sibi vindicant mentionem.

1° Tres summates, 三公, scilicet : Summus magister 太師, summatum assessorumque præses, 阿衡 olim appellatus.

Summus adjutor 太傅, regni gubernio adlaborans.

Summus tutor 太保, publicæ tranquillitatis custos.

Tres assessores 三孤, scilicet : Secundus magister 少師, secundus adjutor 少傅, secundus tutor 少保.

2° Sex ministri 六卿, scilicet : Magnus administrator 冢宰, cui suberant 63 administri, ministris et gubernio præpositus :

Præfectus institutionis 司徒, cui suberant 78 administri, populum tanquam discipulum erudiens :

Præfectus rituum 宗伯, cui suberant 69 administri, nobilis præpositus, ob sacrificiorum honorem :

Præfectus belli 司馬, cui suberant 67 administri, rei militari præpositus :

Præfectus pœnarum 司寇, cui suberant 64 administri, nocentium punitor, exactor criminum :

Præfectus operum 司空, cui suberant 29 administri, vacuis implendis seu publicis operibus procurans.

3° Novem curatores 九牧, antiquitus 州牧 appellati, qui novem provinciarum præerant annonæ.

Summi procuratores, qui tria graviora (三事) procurabant; populi provisor 常伯, negotiorum administrator 常任, legum exactor 準人.

Interni præfecti, regio palatio (內廷) addicti; præfectus supellectilis 綴衣, armorum 虎賁, equorum 趣馬, officialium 小尹, curruum 攜僕, promptuarii 司, ærarii 府, excubiarum 師氏.

Externi præfecti, regio territorio (畿內) addicti; majoris regiæ urbis præfectus 大都, minoris regiæ urbis præfectus 小伯, magnus historiographus 太史, administrorum præfectus 尹伯.

II. Sex pedes constituebant passum 步, 100 passus jugerum 畝, 100 jugera coloniam 夫, tres coloniæ segmentum 屋, tria segmenta alveolum 井, decem alveoli tractum 通, decem tractus actum 成 seu decem in quadrum stadia, decem actus terminum 終, decem termini centuriam 同 seu centum in quadrum stadia, decem centuriæ feudum 封, decem feuda territorium 畿 seu mille in quadrum stadia. Mille in quadrum stadiorum territorium, imperiale erat dominium 王畿 : extra ipsum statuti regionum duces 方伯. Quinque principatus constituebant unam communitatem 一屬, sub uno primate 長; decem principatus unam congregationem 一連, sub uno præside 帥; triginta principatus unam societatem 一卒, sub uno rectore 正; 210 principatus unam provinciam 一州, sub uno duce 伯. Octo ergo provinciæ habebant octo ductores, et unaquæque continebat 210 principatus, seu 30 Duces aut Marchiones, 60 Comites, et 120 Vicecomites aut Barones.

Cum imperator feudum alicui conferebat, simul tesseram *choei* 瑞, velut ejusdem insigne donabat, posteris transmittendam, adeoque collati dominii sceptrum 命圭 appellatam : ea in clientari salutatione a principe, atque in magnis legationibus a legato deferebatur, veluti dignitatis testimonium, et post legationem a legato reddebatur. Ducis tessera (桓圭), referebat fornicem columnis innixum, eratque novem pollices alta : Marchionis (信圭), septem pollices alta, 信 pro 身 adhibito, habebat recti hominis effigiem : Comitis (躬圭), septem item pollices alta, curvo figurabatur homine; tres æque duos pollices latæ, et dimidio pollice spissæ : Vicecomitis (穀璧) et Baronis (蒲璧), rotundæ erant, diametro quinque pollices, medioque perforatæ, frugibus illa, typha ista effigiatæ : ut symbolice innueretur scilicet, regnum politia sustinendum, corporis incolumitati providendum, alendum populum, et, quod storea exprimit ex typha intexta, ei quietem procurandam. Ideo autem Vicecomes et Baro haud communi utebantur tessera, quod adnexa nec sui juris potirentur ditione. Imperator tandem habebat magnum dominationis sceptrum, 介圭 seu 鎮圭 appellatum, 12 pollices altum; et præterea quadrangulam tesseram (冒圭 seu 瑁, mao), qua regulos excipiebat.

Et hæ dignitatis erant tesseræ : erant autem præterea fidei tesseræ, quæ recentiorum temporum sigillo ferme respondebant, aliæ sculptiles et solidæ 節, aliæ fissiles et compactiles 符節. Compactiles istæ, antiquitus e jaspide plerumque, aut etiam e bambusa nonnunquam conflatæ, binis constabant membris, quæ litteris inscripta simul cohærere debebant ad fidem faciendam; pars dextera servabatur a principe, sinixtra alteri dabatur. Generatim fidei tesseræ bifariam distinguebantur, tesseræ regni 邦節 et tesseræ legationis 使

節. Custos imperialis servabat octo regni tesseras, et ab imperatore ad regna missi eas tenere solebant : duæ erant insigne ab imperatore collatum, gemmea 玉節 e jaspide, principis insigne, et cornea 角節 e rhinocerote, gubernatoris insigne : tres erant aureæ, tessera tigridis 虎節, draconis 龍節, et hominis 人節, et in legationibus ad regna usurpabantur, prout regnum illud montosum erat vel aquosum vel planum : tres tandem erant e bambusa, et ab acceptore debebant certo tempore reddi, compactilis (‹符節 fou tsié), e fissili bambusa litteris inscripta, pro telonio transeundo, a telonii præfecto compingenda; sigillaris (ʿ璽節 si tsié), eadem ac præcedens sed sigillo munita, pro mercium transmeatione, ferme ut nunc usu syngrapha venit; pennata (‹旌節 tsin tsié), cum pendulis pennis, pro itinere faciendo. A regulis et gubernatoribus missi sex tantum tenebant tesseras, scilicet tigridis aut draconis aut hominis, prout a regno montoso aut aquoso aut plano mittebantur; dein fissilem 符節, pennatam 旌節, et tubulatam 管節, quæ ex integra bambusa, ut in figuris videre est, conficiebatur.

Huc demum referri possunt missitiæ quædam tesseræ, certis usibus destinatæ, uti erant illæ, quas deferebant ab imperatore missi, ut regulum aliquem laudarent aut objurgarent, vel ut sponsalia inirent; prima dicebatur *yuen koei* ʿ琬圭, secunda *yen koei* ʿ琰圭, tertia *kou koei* 穀圭 : qui a regulo mittebatur ad sponsalia ineunda, deferebat *ta tchang* 大‹璋. Prima et secunda novem, ceteræ septem pollices altæ. Vide figuras in tabula 7ª.

III. Sinensium ædium dispositio ad Romanorum domus in nonnullis accedit, quæ præter vestibulum, etiam tablinum et œcum, seu exteriorem et interiorem aulam, habebant. Anticas hujusmodi aulas imperiale palatium omnino quinque complectebatur cum totidem portis in profundum exporrectas. Prima porta a magno tympano, cujus mox incidet sermo, dicebatur 皋門, secunda ab adjacentibus ærariis 庫門, tertia, seu media (中門), a depicta phasiana 雉門, quarta a respondente tympano 應門, quinta a quadrifronte tympano 路門. Inter quinque portas regium forum agebatur, trifariam distinctum : extimum 外‹朝, quo populi lites dirimebantur, inter primam et secundam portam locum habebat, cujus medio tres erant sophoræ 槐, trium summatum sedes; dextrorsum ad occidentem novem zizyphi, omnium regulorum sedes; sinixtrorsum totidem zizyphi, assessorum, ministrorum et toparcharum sedes : medium forum, seu regiminis auditorium 治‹朝, fiebat inter quartam, ideo ‹朝門 etiam dictam, et quintam portam; interius vero 內‹朝, solemnioribus lætioribusque destinatum, proindeque 燕‹朝 etiam appellatum, erat post quintam portam, quæ 虎門 vel 畢門 vel 大寢門 nomine etiam audiebat. Erat præterea peculiare forum

(中朝) in claritatis aula 明堂, quæ tertiæ et quartæ portæ interjacebat, agi solitum ad dignitates censusque impertiendum. Quinque portas subsequebantur regis ædes (六寢), et tandem reginæ conclavia (六宮): primaria regis diæta (正寢), continuo post quintam portam, 路寢 ideo dicebatur; ceteræ (燕寢) ad libonotum (S. O.), caurum (N. O.), cæciam (N. E.), euronotum (S. E.) et centrum sitæ, autumno, hieme, vere, prima æstate, summa æstate, a rege incolebantur. Ad portarum latera, hinc inde, variæ erant magnatum habitationes, et post eas ad orientem gentilitia delubra, ad occidentem Telluris aræ prostabant.

Reguli tres habebant portas, ab ærariis 庫門, a phasiana 雉門, et a quadrifronte tympano 路門. Ultra hanc portam erigebatur diathyrum 屏, ut ab imperatore esset discrimen, cujus aula diathyrum citra quintam portam (路門) erectum habebat. Intra portam et diathyrum, ut de regno Lou constare videtur, regiminis forum 治朝 stans princeps nonnunquam agebat: plerumque tamen in aula, quæ diathyrum subsequitur, suos ministros excipiebat, ubi interius forum 內朝 agebatur: extimum vero forum 外朝 intra primam et secundam portam fiebat, ut de imperatore dictum est. Rem ita haberi ex interpretibus conjicitur, qui Confucium exhibent vacuam principis ante diathyrum sedem honorantem, moxque ad interius forum scalas summis cæremoniis ascendentem: at sunt qui eam habent ambiguam, et forum agendi modum aliter statuere volentes, totam indefinitam relinquunt. Vide figuram in tabula septima. Ibidem alia conspicitur, quæ modum præsentat advenam principem excipiendi, modum scilicet, quo extra januam disponuntur, tum excipiens princeps 主君 cum suis excipientibus ministris 擯, inter quos Confucius erat, tum adveniens princeps 客君 cum suis asseclis 介.

NOTA 9^a MUSICA ANTIQUORUM.

Magni ab antiquis musica ducebatur, quippe quæ virtutum ordinem atque societatis exprimeret concentum. Hic, ad rem nostram, de sonis, de instrumentis, de usu, pauca attingemus.

I. *De sonis.* Cum Hoang ti 黃帝 toti pacem restituisset imperio, ministro Ling luen 伶倫 musicam moderandi fecit mandatum. Qui arundinetum petens, varios cecidit et multifariam tentavit tubos, multaque sic expertus, invenit tandem in intervallo, quod apud nos diapason (*octave*) appellatur, duodecim distingui sonos seu hemitonia, quorum continua series constituit diagramma chromaticum (*gamme chromatique*). Duodecim hi soni a totidem redditi tubis, appellati sunt normæ seu moduli *liu* 律, apud Sinenses admodum famosi, qui ad eos præcipuas naturæ leges referre solent, ita ut iis et menses et cycli litteræ respondeant. Tunc duodecim tuborum dimensa longitudo, diametrum et capacitas ; inditum nomen sono primitivo ejusque tubo, ille kong 宮, is Hoang tchong 黃鍾 appellatus ; et huic, utpote ceterorum principio atque fundamento, respondet luna undecima, in qua est solstitium hiemale, unde annus incipit astronomicus ; deinceps indita ceteris nomina, et habita subjecta tabella :

{ Fa	黃鍾 hoang tchong,	子 tse	hora 11^a noctis,	11^a luna,		9 pollices
{ Fa	大呂 ta liu,	丑 t'cheou	1^a noctis,	12^a	„ ,	8 pollices 3 lineas..
{ Sol	太簇 t'ai tsou,	寅 yn	3^a noctis,	1^a	„ ,	8 pollices
{ Sol	夾鍾 kia tchong,	卯 mao	5^a noctis,	2^a	„ ,	7 pollices 4 lineas..
{ La	姑洗 kou si,	辰 t'chen	7^a diei,	3^a	„ ,	7 pollices 1 lineam
{ La	仲呂 tchong liu,	巳 se	9^a diei,	4^a	„ ,	6 pollices 5 lineas..
Si	蕤賓 joei pin,	午 ou	11^a diei,	5^a	„ ,	6 pollices 2 lineas..
{ Do	林鍾 lin tchong,	未 wei	1^a diei,	6^a	„ ,	6 pollices
{ Do	夷則 i tsé,	申 chen	3^a diei,	7^a	„ ,	5 pollices 5 lineas..
{ Re	南呂 nan liu,	酉 yeou	5^a diei,	8^a	„ ,	5 pollices 3 lineas..
{ Re	無射 ou i,	戌 siu	7^a noctis,	9^a	„ ,	4 pollices 8 lineas..
Mi	應鍾 yng tchong,	亥 hai	9^a noctis,	10^a	„ ,	4 pollices 6 lineas..

In antiquorum systemate, hujusmodi tubi numero 24 erant definiti, seu 12 medii, 6 graves et 6 acuti : cumque metiendi forma statim ad decimalem, ut

dicemus, devenerat, primus tubus medius erat quatuor palmorum seu unius pedis, gravis erat octo palmorum, acutus vero duorum palmorum.

Dein duodecim soni, qui simul constituunt velut unum diapason, divisi sunt in perfectos 陽 seu impares, et imperfectos 陰 seu pares, illique vocati 陽 律, hi vero 陰 呂, aut 六 律 六 同.

Mox ut systema compleretur, sonum imperfectum perfecto unientes, formarunt quinque tonos 五 音, kong 宮, chang 商, kio 角, tche 徵, yu 羽, seu *fa, sol, la, do, re*, eisque addiderunt duo hemitonia 二 少, unum 變 宮 pien kong seu *mi*, alterum 變 徵 pien tche seu *si*, et sic series, diagramma chromaticum constituens, reducta ad septem tonos, qui constituunt apud nos diagramma diatonum, cum diagramma diatona sit notarum successio.

At juxta Sinas *hoang tchong* generat diapente *lin tchong*, hic generat *t'ai tsou*, qui generat *nan liu*, hic vero *kou si*, et hic dein *yng tchong*, et is tandem *joei pin*: hinc septem toni juxta generationis ordinem dispositi sunt, *fa do sol re la mi si*, et vocati septem principia. Quibus adde quinque a diesi complementa, seu juxta ipsum generationis ordinem *fa*♯ *do*♯ *sol*♯ *re*♯ *la*♯, et totam œconomiam musices antiquæ habebis.

Tonus solitarius dicitur 聲, sociatus dicitur 音, ambo formant melodiam 樂, et inde musicam 音 樂. Septem toni possunt successive reddi a singulis modulis, et sic habentur 84 modulationes, quas reddit sinica lyra. Quod ad harmoniam vero, non aliam, quam antiqui Græci, Sinæ cognoverunt, pinsere scilicet duas chordas, quæ diapente (*quinte*) vel diatesseron (*quarte*), invicem constituerent.

II. *De instrumentis.* Octo sonorum species vel a remotiore antiquitate Sinæ distinxerunt, quibus reddendis naturam totidem sonora corpora putarunt effinxisse, quæ triplex mineralium, gignentium et animalium genus referunt; principium igitur e numero ternario ducentia, in trigrammatum numerum desinunt : sunt autem corium 革, saxum 石, metallum 金, testa 土, sericum 絲, lignum 木, bambusa 竹 et cucurbita 匏. Ad corium pertinent tympana 鼓; ad saxum chalcophonos 磬; ad metallum campanæ 鍾; ad cretam fistularis testula 塤; ad sericum fides; ad lignum modius harmonicus 柷, tigris harmonica 敔 et numerorum moderatores; ad bambusam calami et tibiæ; ad cucurbitam fistulæ 笙. Jam singula prosequamur, tabula octava nobis prælucente.

1° Tympanum multiplex fuit.

Creteum 土 鼓, creteis scilicet parietibus, sub Chen nong usurpatum : ideo supplicando agriculturæ parenti (田 祖) inserviebat.

Pedatum 足 鼓, sub Hia, novem pedes longum.

Infixum 楹 鼓, sub Chang, duodecim pedes longum.

Suspensum 縣鼓, sub Tcheou, quod etiam erectum (建鼓) dicebatur. At suspensa præterea tympana multifariam distinguenda :

1. Octangulum 雷鼓 cœli sacrificio, hexagonum 靈鼓 telluris sacrificio, quadrifrons 路鼓 manium sacrificio inserviebat.

2. Bifrons majora et minora complectebatur. Majora erant tria; 晉 tsin kou, 6 pedes totidemque pollices longum, æribus assonans; 鼖 vel 賁 fen kou, octipes, bellicis aptum; 鼛 vel 皐 kao kou, 12 pedes longum, operis convocandis usurpatum : 12 æque pedes habebat 鼜 t'si kou, quod nocturnis vigiliis inserviebat.

3. Minora item ad tria revocabantur : (a) tympanum respondens 應鼓, quod ad orientem positum, occidentali suspenso respondebat : (b) addititia adhuc minora (小鞞), quorum unum erecto tympano 建鼓, alterum respondenti tympano, ad eis proludendum (引), addebantur, primumque cho p'i 朔鼙, secundum yn p'i 𪔏鼙 dicebatur : (c) tympanum decori 雅鼓, ita dictum quod præproperas choreas ad decorum temperaret, quatuor palmos oblongum, lobisque repletum, aulam infra collocabatur.

Manuale 拊搏 vel 搏拊, quod manu tractabatur, item fere sesquipedale et lobis plenum, supra templi scalas collocabatur : genibus innixum pulsari, dein super capsam deponi solebat.

Manubriatum 鼗 tao kou, quod, moderandæ musicæ, agitatis nodis percutiebatur, et vel uno pede longum, hastili quatuor ultra pedes alto permeabatur, vel 7 pollices longitudinis, et tripedale habebat hastile. Tympanum autem equestre 提鼓 inflexo erat hastili.

2° Saxum tinnitans, seu chalcophonos, instrumentum constituit king 磬 appellatum, ad cujus tonum cetera instrumenta exigebantur. Gnomonis proprie habet formam, cujus brevior et latior pars dicitur coxa 股, longior autem et angustior, tympanum 鼓 nuncupata, malleolo percutitur. Trifariam distingui debet :

1. Gemmeus 玉磬 vel marmoreus 石磬 : ille, quem 球 liber Annalium vocat, e multicolore jaspide, supra templi scalas; hic vero, factus potissimum ex quodam onyche (牛油石) vel quodam nigro marmore, cui chalcophonus magis accedit (響石), infra templi scalas collocatur.

2. Solitarius 特磬 et sociatus 編磬 : primus, etiam 大磬 appellatus, unico lapide constituitur, et æque ac magnum tympanum et magna campana, nonnisi ad dandum inchoandi vel finiendi signum usurpatur : alter sexdecim continet lapides, diversos sonos pro magnitudinis diversitate reddentes.

3. Fistularis 笙磬 et hymnifer 頌磬, ita dicti, quod ille fistulæ consonare,

hic hymnis concinere soleret, collocabantur extra templum ad scalarum extrema, primus ad orientem, secundus ad occidentem : illius coxa sesquipedalis, istius bipedalis erat, uterque solitarius.

3° Campana bifariam distinguitur : 1. major aut minor; major a Hia quidem, yong 鏞, a Tcheou vero tchong 鐘, 'minor a Hia porro tchong 鐘, a Tcheou autem *po* 鎛, appellata. 2. solitaria 特鐘 aut sociata 編鐘, quæ, ut de chalcophono dictum est, sexdecim diversæ magnitudinis campanas continebat.

Magna campana lunatum habebat os, ita ut in quatuor cornua curvaretur, quæ simul dicebantur *sien* ʿ銑, duo vero hinc inde cornua dicebantur *loan* ‹欒, orisque labrum dicebatur *yu* ‹于. Campanæ dein corpus variis circulis *tchoan* ʿ篆 cingebatur et in tres majores zonas distinguebatur : inferior zona labro adhærens, erat tympanum *kou* 鼓, quo fiebat pulsatio, et pulsationis locus dicebatur *toei* 隧ʾ seu *mi* ‹攠; media zona, seu potior facies, *tcheng* ‹鉦, triginta sex in orbem mammillis *mei* ‹枚 vel *king* ʿ景 circumdabatur; suprema zona dicebatur *ou* ʿ舞, quod agitationis puncta contineret. Campanæ collum habebat 1. Basim in bulbum tumescentem *kan* 榦ʾ, vermiculatam, adeoque *siuen t'chong* ‹旋 ‹蟲 etiam appellatam : 2. Ductum *yong* ʿ甬 : 3. Caput seu æquilibrii punctum *heng* ‹衡 : 4. Annulum *siuen* ‹旋.

4° Testacea fistula *hiuen* ‹塤 vel 壎, erat velut ovum fictile, flatu personum, quinque primum, dein sex foramina habens. Duplex fuit, major et minor, utraque tres pollices cum dimidio alta, basis vero diametros aut duos pollices et 4 lineas, aut unum pollicem et 7 lineas habebat.

5° Fides duo componunt instrumenta, lyram *kin* 琴 et cytharam *che* 瑟, : lyra, 5 pedes et 5 pollices longa, vel pentachorda fuit vel heptacorda : cythara, generatim 9 pedes longa, juxta plures quadruplex erat; 大瑟 quinquaginta chordis, 雅瑟 23 chordis constabat, quarum, quatuor relictis (番), novemdecim tantum adhibebantur; 中瑟 seu 頌瑟 25 chordas et sic disdiapason (*deux octaves*) complectebatur; 小瑟 quindecim vel etiam quinque chordas habebat; juxta aliquos, cythara a Fou hi ad Hoang ti, 50 chordis, deinceps nonnisi 25 constabat, quarum plures paucioresque juxta canticorum diversitatem pinsebantur.

Medius inter duo erat canon harmonicus 律準, quo soni ceteri tentabantur, duodecim passim constans chordis, totidemque divisionis punctis distinctus. Ejus probandi hæc erat methodus, ut prima fides *fà*, medio divisa seu primo puncto compressa, ejusdem notæ redderet diapason; tum secunda secundo, tertia tertio, et ita ceteræ, suo quæque puncto compressæ, primæ chordæ notam *fà* æque redderent omnes. Duplex erat, alter ad cytharam,

alter ad lyram accedens : de eo privati loquuntur auctores vel ab anno ante Christum prope quingentesimo.

6° E ligno erant 1. modius harmonicus tchou 柷, cujus os duos pedes cum quadrante habet in quadrum, et parietes cum pulsabulo 止 seu malleolo 椎 percutiuntur : 2. tigris harmonica yu 敔 vel 圉, seu tigris lignea (木 虎) capsæ tres pedes semis oblongæ incubans, dorsoque habens 27 dentes (齟 齬), qui sudicula tchen 籈 perfricantur. 3. Huc pertinent tres tubi moderatores, tou, yng, ya, quibus solum pulsabatur (chong 舂 牘 應, 雅) ad numeros moderandos : primus erat e bambusa, 7 pedes longus, utrinque apertus, binis foraminibus vertice pertusus, et utraque manu solo impingebatur ; alter quinque pedes semis longus sudiculam habebat, qua velut pistillo tundebatur ; tertius ligneus, ovino corio obductus et crasse illitus, quinque pedes et sex pollices longus, duas ansas habebat, quibus apprehendebatur ad solum pulsandum, et sic choream velut crusmata (*castagnettes*) moderabatur.

7° E bambusa confecti imprimis calami (管 子), seu duodecim tubi totidem sonos reddentes, iique in tres ordines compositi, seu duodecim pro gravibus, totidem pro mediis, totidemque pro acutis sonis producendis. Dein pares simul, et simul impares consociati, et ita compositus calamus perfectus 陽 et imperfectus 陰. Tandem uterque simul conjunctus et auctus, nomine siao (簫 olim 箾) appellatus fuit, sexdecim constans cicutis, quæ vel duodecim graves et quatuor medios reddebant modulos, vel duodecim medios et quatuor acutos ; in illis longior tubus bipedalis, in his pedalis erat. Syrinx ista duplex distinguebatur : major 言 seu 簥, 23 cicutis, minor 筊 16 cicutis conflabatur.

Successit tibia, eaque quadruplex, aperta, clausa, transversa, duplex. Prima 籥 (*flûtet*) triplici foramine pertusa (*sol*, *la*, *si*), licet alii sex foramina ipsi attribuant : caput habet apertum, et triplex distinguebatur, major 產, media 仲, minor 箹, et e singulis speciebus duodecim in concentibus inflabantur. Secunda 笛 vel 篴, eadem est, nisi quod caput habeat oppilatum, itemque major, media, minor distinguenda. Tertia 篪, hinc inde clausa, et sex foraminibus perforata, ex medio inflabatur ; major quatuor, minor tres palmos longa. Quarta 管 sex foraminibus oculata, in eo a monaulis differt, quod gemina sit simulque compacta.

8° Cucurbita originem præbuit manuali organo seu fistulæ, cheng 笙 : aptabatur scilicet colocynthidis fundo ligneum stratum, cui plures inducebantur tubi, ut ex figura patet. Varia illa fuit, et diversa eruditorum de ipsa sententia. Censent plures antiquiorem yu 竽 *seu* t'chao 巢 24 constare tubis, ho 和 vero novemdecim, et cheng 笙 nonnisi tredecim.

III. *De usu.* Supra templi scalas collocabatur 1. magnus chalcophonus cum minore (鎛 鐘) et solitaria (特 鐘) campana sociatus : 2. lyra : 3. cythara, etc. Infra templi scalas disponebantur 1. syringes, 2. tibiæ duplices, 3. modius, 4. tigris, 5. tympanum manubriatum, 6. fistulæ, 7. magna (鏞) et sociata (編 鐘) campana, etc.

Majus tympanum manubriatum, ab ipso chalcophoni pulsatore percussum, exordiendi cantum dabat signum ; minus vero unius tantum partis finem enunciabat : cythara sustentabat vocem, manuale tympanum cantum moderabatur. Modius signum incipiendi musicam, tigris vero absolvendi dabat.

NOTA 10ª PONDERA ET MENSURÆ.

Postquam Ling Luen duodecim tubos invenerit, eos dimensum fuisse diximus. Ut rem præstaret, nigri millii grana selegit, quæ magis ad regulam exacta videntur, eaque de longiore diametro juxta ponens, invenit 81 grana permetiri tubi primitivi longitudinem, tria exæquare ipsius diametrum, et 1200 ejus replere capacitatem. Tunc hæc 1200 granorum capacitas vocata fuit *yo* 龠, et unius grani diametros appellata est *fen* 分, seu linea, ut dicebant nostrates. Hinc ceterarum mensurarum progressio per novenarium numerum instituta: at ei statim suffecta progressio decupla, ut difficultates præciderentur.

1° *Extensio* 度. Quapropter, unius grani diametro lineam constituente (分), decem lineæ æquant pollicem *t'suen* 寸, decem pollices pedem *tche* 尺, decem pedes decempedam *tchang* 丈, decem decempedæ perticam *yn* 引. Ex alia vero parte, sicut Latini in scrupula, siliquas, duella subdividebant, ita apud Sinenses, decima lineæ pars est *li* 釐, decima hujus pars est *hao* 毫, decima hujus pars est *se* 絲, decima hujus pars est *hou* 忽.

2° *Capacitas* 量. *Yo* 龠 æstimatur semuncia: duæ 龠 constituunt *ko* 合, licet aliis 合 ex decem 龠 coalescat; decem *ko* constituunt *cheng* 升 (cotylam seu heminam), decem *cheng* constituunt *teou* 斗 (minam, congium), decem *teou* constituunt *hou* 斛 (metretam). At notare est, hanc mensuram 斛, quæ aliquando decem, alias quinque, nonnunquam etiam duo 斗 continere dicitur, in libris semper quinque *teou* æstimari: cum tamen pes, quo capacitatis etiam mensuræ innitebantur, brevior antiquitus quam in præsens fuerit, ita ut præsens agri modius antiquum sesquimodium exæquet, sequitur antiquam mensuram multo minorem quam in præsens fuisse. Præterea quatuor *cheng* constituunt *teou* 豆 (duos sextarios), quatuor hujusmodi *teou* constituunt *k'iu* 區 (semodium), quatuor *k'iu* constituunt *fou* 鬴 seu 釜 (duos modios, urnam et amplius). Varia pro varia capacitate extabant vasa. Congius aut modius (斗), velut quadrangula trulla, ligneus et tripedali capulo manubriatus; cotyla (升) quadrangula, sine manubrio. Medimnus (釜 vel 鬴), seu mensura capiens sex modios et quatuor cotylas, stanneus, ansatus, pedali profunditate. 庾 *Yu*, vas creteum, semuncia crassum, capiebat duodecim metretas (穀). 籔 *Chou*, vas arundineum, capiebat sexdecim metretas.

3° *Pondus* 衡. Decem granorum pondus dicitur *lei* 絫 (siliqua), decem siliquæ pensant *t'chou* 銖 (scrupulum), sex scrupula pensant *tche* 錙 (sicilicum), duo sicilici pensant *yo* 龠 (semunciam), duæ semunciæ pensant *leang* 兩 (unciam), sexdecim unciæ pensant *kin* 斤 (libram), triginta libræ pensant *kiun* 鈞 (trigessim), quatuor trigesses constituunt *che* vel *tan* 石 (decimodiam). Figuras, quæ huc pertinent, vide in tabula nona.

NOTA 11ª VARIUS VESTITUS.

Non committam ut minuta et fastidiosa eruditione studentium obruam mentem, at plura paucis de more complectens, quæ imprimis notatu sunt digna persequar.

I. Quod ad vestitum generatim attinet, antiqui inferiore atque superiore utebantur veste; illa, ut Romanorum limus, ab umbilico ad pedes tegebat; ista large manicata (袂), latoque collaris instructa limbo (領 緣), a dextera lacinia (衽) sub dextero brachio fibulabatur: superior toga *i* 衣, inferior limus *chang* 裳 dicebatur, unde geminæ litteræ vestes universim designant. Limus si simplex, 素 裳; si sinuosus, seu ampla circumductione ad latera constrictus, in sinus conopæi instar ageretur, 帷 裳; si acupictus, 繡 裳 dicebatur: toga si pellicea, dicebatur *k'ieou* 裘; si nigra et simplex, *hiuen i* 玄 衣; si phrygiana, juxta varietatem emblematum diverso nomine distinguebatur. Novem enim erant emblemata (九 章), quæ sub Tcheou in toga et limo solebant figurari: dracones 龍, montes 山, phasiani 華 蟲, flammæ 火, et sacrifica vasa 宗 彝, tigride 虎 atque simio 蜼 effigiata, præsentabantur in toga, tanquam roboris, celsitudinis, ornamenti, splendoris, et filialis pietatis symbola; ceratophylli folia 藻, oryzæ grana 粉 米, secures alba acie nigroque dorso notatæ 黼, binæ litteræ 巳 mutuo aversæ et inversæ et cæruleo nigroque distinctæ 黻, ceu puritatis, nutritionis, judicationis, et distinctionis symbola, pingebantur in limo: quibus olim sol, luna et stellæ addebantur, sed hæc tria emblemata dynastia Tcheou ad imperiale vexillum rejecit. Dracones in imperatoris trabea erant duo, unus ascendens alter descendens; primarii principes unum descendentem habebant. Quia draconis caput erat involutum, ideo picta hæc toga *koen i* 袞 衣 appellata. Quod si primo et secundo emblemate suppresso, rubeus phasianus inter cetera septem emineret, vestitus dicebatur *pié mien* 鷩 冕: si tantum vasa, ceratophyllum, et oryza in toga, secures et litteræ in limo pingerentur, et sic vasorum a brevi pilo animalia eminerent, vestis vocabatur *t'choei i* 毳 衣: si hunc ipsum limum toga solis oryzæ granis picturata cohonestaret, vestimentum appellabatur *t'che mien* 絺 冕: si nigro substratu, ut in quatuor superioribus, permanente, limus nonnisi securibus 黼 distingueretur, tunc suum *hiuen i* 玄 衣 nomen retinebat.

Togarum varietati cetera vestitus propria respondebant, cingulum, calcei, genualia, ornamenta, atque imprimis capitis tegumentum, quod ad triplex genus revocari potest, sacrificum, pelliceum atque linteum, seu tiaram, cudonem atque pileum. Tiaram, quam Hia *cheou* 收 et Chang *hiu* 冔 appellaverat, Tcheou vocavit *mien* 冕 atque infulis adauxit. Ejus captus e tela conflatus, adversus quidem rotundus, àversus autem quadratus, quadrangulæ tabellæ subjiciebatur, in anticam partem nonnihil inclinatæ, ex cujus extremis duæ pendebant infularum series. Unaquæque series octo pollices lata, 12 aut 9 aut 7 aut 6 aut 5 aut 3 fila 旒 continebat, sexdecim pollices prolixa et duodecim gemmulis inserta, filis (繅) atque gemmis (玉) quinario colore variis : at in principum tiaris, vel novem fila cum novem gemmis, vel septem fila cum septem gemmis, vel quatuor fila cum octo gemmis, vel quinque fila cum quinque gemmis, vel quatuor fila cum quatuor gemmis continebat, et fila atque gemmæ trium erant colorum. Imperatoris ergo infulis sex erant ordines, in principum vero infulis, quinque ordines. — Ceterum tiara quandoque simplex erat, sine pendulis gemmis, ut cum simplici ministrorum togæ sociabatur (玄 冕), et tunc a quodam pileo *tsio pien*, 爵 弁 vel 雀 弁 seu passerino, appellato, nihil differebat, nisi quod superior tabella in tiara pollice propenderet, in pileo vero æqua consisteret : qui pileus (周 弁) ideo passerinus sub Tcheou vocatus, quod licet e telis rubra vernice illitis constaret, macula tamen nigra, ut aviculæ caput, aspergeretur; at sub prioribus dynastiis totus niger erat, et sub Hia 毋 追, sub Chang 章 甫 dicebatur. Præter hunc duo extabant e nigra tela pilei; alter 冠 弁, qui a colore, 玄 冠, et a consistendi vultum usu, 委 貌 etiam dicebatur; alter 緇 布 冠, qui initio offendice caruisse dicitur. — Tandem cudones item duo erant, coriaceus 韋 弁, ex aluta miniatula, gemmis decoratus, et pelliceus 皮 弁, ex alba cervina pelle, duodecim pollices altus, suturarum interstitiis gemmatus. Tum tiara, tum pilei, offendice mento subligabantur; vitta (組) scilicet per genas deducta, in nodum sub mento ligabatur (纓), et dein in duas fimbrias (緌) defluebat.

Magnum cingulum (大 帶), quatuor pollices latum, albi coloris erat (素 帶), rubro limbo (朱 綠) et ornatis extremis (終 紕 vel 終 辟) : at imperatori rubro, regulis vero albo colore subsutum; toparchis erat nigro cincinno distinctum. Litteratorum cingulum duos pollices in latitudinem habebat.

Sandalium cannabinum erat, vel duplici vel simplici solea substratum; illud *si* 舄, istud *kiu* 屨 appellatum : calceus vel erat coriaceus *li* 履, vel stramineus *fei* 屝. Regium sandalium e duplici erat solea, idque rubrum, album, nigrum, et vestitui seu limi colori respondebat : reginæ sandalium e duplici solea triplex, fuscum, cœruleum, rubrum; e simplici solea item triplex erat,

flavum, album, et nigrum. In sandalio, quod repandirostrum desinebat, suturæ in funiculos ad ornatum spissescebant, et os limbo instruebatur; tria ergo distinguenda, rostrum *k'iu* 約', funiculi *i* 繶, et limbus *t'choen* '純, quæ in reginæ sandalio flavi erant coloris.

Genualia, ad cincticuli instar, vel e miniatula aluta, ornata erant et tiaræ, vel simplicia ex alba aut nigra aluta et ceteris vestibus sociabantur: hæc *pi* 韠, dicebantur; illa vero, *fou* 韍, vel 韨 vel 芾 nomine distincta, tribus etiam emblematibus, seu igne, montibus et dracone, figurabantur, quorum reguli nonnisi duo, primarii autem ministri vix unum habebant: eorum longitudo tripedanea, latitudo vero pedalis superius, inferius bipedalis.

Quod ad ornamenta, satis hic quatuor innuere. *Ki* 笄 erat acus comatoria, qua capillus atque adeo pileus coercebatur; imperator, reguli, eorumque uxores gemmea utebantur, toparchæ, litterati, eorumque uxores eburnea. Ad aures obducendas pendebant e pileo crotalia, *t'ien* 瑱', seu pensiles lapilli, sericis redimiculis *tan* '紞 adnexi, qui crotaliorum instar ex collisione sonum generabant. E cingulo varia pendebant ornamenta, ut scalptorium, spiculum, gemmæ: illud e gemmis erat potissimum, continebatque in vertice ansam *heng* 珩, ex qua pendebant tres funiculi (組), quorum duo laterales habebant in medio quadrangulam *kiu* 琚, in fine vero semicircularem gemmam *hoang* 璜; medius autem intersectus rotunda *yu* '瑀, terminabatur triangulari 衝牙, quæ lateralibus impingens sonum edebat. Denique in manu ad ornamentum tabella *hou* 笏, deferebatur, quæ in eo a tessera *koei* 圭 differebat, quod hæc insigne esset et dignitatis indicium, illa vero ornatui tantum subserviret: ab imperatore gemmea, a regulis eburnea, a ceteris arundinea præferebatur. Reginæ utebantur capitis ornamento, adscititiis capillis innexo, eratque triplex: gemmatum (副), intextum (編), connexum (次 *seu* 髮).

II. Nunc ad specialia devenientes, duodenarium imprimis innuimus imperatoris vestimentum. 1° 大' 裘 *ta k'ieou*. Rheno ex nigra agni pelle, cui simplex nigra toga (玄衣) superinducebatur, rubro ad collum et manicas limbo; limus helveolus (纁裳), rubra genualia (朱韍), alba zona, rubra sandalia nigro rostro funiculo et limbo, infulæ quarti ordinis, zonariæ gemmæ albæ, gemmea tabella (笏): usurpabatur in sacrificiis summo Dominatori (上帝), quinque imperatoribus (五帝), excelso monti (崑崙) et regionum spiritibus (神州) peragendis. 2° '袞 '冕 *koen mien*. Nigra trabea cum helveolo limo, novenario emblemate decorata, infulæ primi ordinis, rubra genualia, alba zona: usurpabatur in sacrificiis majorum, qui fuerant imperatores (先王), et in regulorum salutatione. 3° 鷩, '冕 *pié mien*. Phasianea vestis,

septenario emblemate insignita, secundi ordinis infulæ, genualia, zona et sandalia ut supra : usurpabatur in sacrificiis majorum, qui non fuerant imperatores (先 公), et in magna jaculatione. 4° 毳' ʻ冕 t'choei mien. Quinque emblemata, tertii ordinis infulæ : usurpabatur in sacrificiis, quæ quatuor regionum montibus fluviisque offerebantur. 5° ‹絺 ʻ冕 t'che mien. Trina insignia, quinti ordinis infulæ : usui erat cum imperator Telluris atque Frugum spiritibus (社 稷) et quinque Penatibus (五 祀) operabatur. 6° ‹玄 ʻ冕 hiuen mien. Toga nigra simplex, limus uno emblemate insignitus, sexti ordinis infulæ : usurpabatur in sacrificiis minorum spirituum (羣 小), quo nomine veniebant silvæ, lacus, aggeres, paludes, aliaque hujusmodi. 7° ‹韋 弁' wei pien. Loco tiaræ, pelliceus pileus deferebatur, qui gemmas habebat in interstitiis, plures vel pauciores, pro deferentis gradu : imperator, reguli, toparchæ his insignibus utebantur in rebus militaribus, et tunc tabella (笏) non gestabatur. 8° ‹皮 弁' p'i pien. Pelliceus pileus, duodecim gemmis multicoloribus in quovis interstitio exornatus; simplex toga rubro ad collum et manicas limbo, limus multis sinibus coalescens, alba zona, alba genualia (素 韠), alba sandalia cœruleo rostro funiculo atque limbo, albæ e zona pensiles gemmæ : usurpabatur in agendo extimum vel interius forum, et in convivali jaculatione. 9° ‹冠 弁' koan pien. Pileus linteus, toga e nigra tela, rubro limbo, limus ut supra, alba sandalia : hoc vestitu utebatur imperator in venatione, senum visitatione et familiari convivio, reguli vero in itineribus et agendo foro. 10° ‹玄 ‹端 hiuen toan. Nigra toga rubro limbo, niger pileus, niger limus, nigra genualia, alba zona, nigra sandalia rubro rostro funiculo et limbo, albæ gemmæ : utebatur imperator in casto et in majorum spirituum sacrificiis; itemque reguli et ceteri in casto, at regulorum offendix erat rubri coloris, litteratorum vero viridis. 11° 爵› 弁' tsio pien. Pileus ut simplex tiara, simplex vestis : usus idem ac de coriaceo pileo dictum est. 12° 燕' 服› yen fou. Pileus linteus, nigra vestis rubro limbo, albus limus, alba genualia, alba zona, alba sandalia cæruleo rostro funiculo et limbo, pensiles gemmæ nigri coloris : erat imperatoris convivalis vestis, et usurpabatur a regulis in foro agendo.

Jam quod ad magnatum vestitum spectat, 1° Summi principes, cum imperatorem visitabant, vel sacrificantem adjuvabant, trabeam et infulas induebant (袞 冕), nisi quod abesset ascendens draco, et infulæ novem essent. 2° Marchiones et Comites induti phasianea veste (鷩 冕) adjuvabant imperatorem majoribus, qui non regnarunt, sacrificantem : infulæ secundi ordinis. 3° Tres Summates induebant quinque emblematum insignia (毳 冕) et tertii ordinis infulas. 4° Vicecomes et Baro adjuvantes montibus fluviisque sacrificantem,

habebant quinque emblematum insignia (毳 冕) et quarti ordinis infulas. 5° Assessores (孤) adjuvantes sacrificantem Telluri, trium emblematum veste (絺 冕) et quinti ordinis infulis insigniebantur. 6° Ministri et toparchæ adjuvantes minoribus spiritibus (羣 小) sacrificantem, nigra toga et simplici tiara utebantur (玄 冕): ruber ad collum et manicas limbus, helvolus limus, rubra genualia, alba zona nigro cincinno, rubra sandalia nigris ornamentis, zonariæ gemmæ veneti coloris. 7° Litterati vestitus simplex erat cum pelliceo pileo (皮 弁); alba genualia, alba zona rubro limbo, alba sandalia cœruleis ornamentis, zonariæ gemmæ nigri coloris. 8° Litteratus in sacrificiis induebat nigram vestem cum nigro pileo (玄 端).

Reginæ vestis etiam multifariam distinguitur. 1° Picta vestis, *hoei i* 褘 衣, fusco colore, tota phasiano mongolico (翬 雉) picturata; gemmatum anadema (副), fusca sandalia flavo rostro funiculo et limbo: ea utebatur regina, cum sacrificantem majoribus imperatoribus (先 王) adjuvabat. 2° Cœrulea vestis, *yao ti* 揄 狄, versicolore phasiano (揄 狄 seu 搖 翟) a cyaneo pectore colorata; gemmatum anadema, cœrulea sandalia albis ornamentis: utebatur adjuvans sacrificantem majoribus privatis (先 公). 3° Coccinea vestis, *k'iué ti* 闕 翟, decolore adeoque manco phasiano figurata; gemmatum anadema, rubra sandalia nigris ornamentis: usurpabat adjuvans sacrificantem minoribus spiritibus (羣 小). 4° Flava vestis, *kiu i* 鞠 衣, e chrysanthemi (鞠 seu 菊) colore; intextum anadema (編), flava sandalia albis ornamentis: usurpabat monens defunctos majores se bombycum opus jam aggressuram. 5° Candida vestis, *t'an i* 展 衣, 展 pro 襢 seu simplex; intextum anadema, alba sandalia nigris ornamentis: deferebat visitans regem aut hospites. 6° Nigra vestis, *t'oan i* 褖 衣, rubro limbo, et albo serico subsuta; connexum anadema (次), nigra sandalia albis ornamentis: induebatur ad venientem regem excipiendum.

Prædictis omnibus addendæ, palla sponsalitia, matronalis stola et toga prætexta. Prima dicebatur *t'choen i* 純 衣 limbata vestis, quod, e fusco conflata serico, tota esset helvolo limbo, *hiun jan* 纁 袡, exornata: capillaceum anadema ei respondens, tertii erat generis, seu connexum capillamentum (次). Altera, propria erat matronæ, quæ sponsæ tanquam magistra assistebat, dicebaturque *siao i* 宵 衣, quod e crudo serico (siao 綃) haberet collaris limbum. Tertia, quam adolescentes nondum pileati deferebant, vocabatur *t'sai i* 采 衣 polymita vestis, quod e variegato serico, miniatulum ornatumque haberet limbum, et coccinea zona cohonestaretur: pileo autem adolescentes, ut Romani virili toga, donabantur.

III. Demum funebre vestimentum est etiam notatu dignum, quod ad quinque species revocari potest, juxta luctus totidem gradus. Primus et strictissimus gradus erat triennalis in morte genitoris aut filii primogeniti, ʿ斬 ‹衰 *tchan t'soei.* Secundus ‹齊 ‹衰 *tse t'soei,* item triennalis erat in morte matris, si pater jam defunctus fuerit; annuus, patre adhuc superstite : annuus item cum gestamine baculi (杖 期) in morte uxoris, annuus sine gestamine baculi in morte avi et aviæ, patrui et amitæ, nepotis, fratris ejusque filii : trimestris, in morte proavi et proaviæ, abavi et abaviæ. Tertius 大 功, novem aut septem mensium, sequebatur mortem nurus, patruelis etc. Quartus 小 功, quinque mensium, ad mortem propatrui, proamitæ, pronurus etc. Quintus ‹緦 ‹麻 *se ma,* trimestris ad mortem pronepotis, abnepotis etc.

In summi luctus vestitu, vestium limbus non assutus, toga, limus, cingulum, pileolus, e cannabe mascula, *tsiu ma* ‹苴 麻 : cingulum triplex, majus *tsiu tié* 苴 絰, , medium *yao tié* ‹要 絰, minus *kiao tai* ʿ絞 帶ʾ : calceus e graminea planta *kien kiu* ‹菅 屨ʾ, baculus arundineus *tsiu tchang* 苴 杖. Secundi gradus lugubria limbum habebant assutum, et erant e cannabe fœmina *si ma* ʿ枲 麻; baculus e pawlonia *sio tchang* 削, 杖. In tertio gradu, toga et limus e tela, cingulum e cannabe : reguli, usquedum imperator sepultura, septimo post mortem mense, afficeretur, vestem rarioris telæ (繐ʾ ‹衰 soei t'soei) deferebant, quæ inter tertium et quartum gradum tenebat locum. In quarto porro gradu, toga et limus e tela minus rudi, cingulum e puerariæ (1) fibris (葛 絰), pileolus e tertiaria tela, cujus duæ partes ex cannabe et una ex bombyce (緦 麻). Et ex hac tela omnes erant vestes remissioris per trimestre luctus.

---

(1) 葛, *Ko, pueraria phaseoloides, planta e cujus fibris textitur tela.*

NOTA 12ª VARIA INSTRUMENTA.

Quæ specialem sibi vindicant mentionem, in decem capita colliguntur.

1° *Pantomimica.* Chorea (ʻ舞 ou), quæ ad pantomimum potius accedebat, in civicam 文舞 et militarem 武舞 generatim distinguebatur : in sacris potissimum adhibebatur, et tunc a variis, quæ pantomimi deferebant, instrumentis, vario nomine appellabatur, seu armata, vexillifera, pennigera, cristata, inermis, signifera. Armata 兵舞, sic dicta, quod mimi asciam et scutum gestarent, adeoque 干舞 etiam appellata, in sacrificio montibus fluviisque faciendo usurpabatur. Vexillifera 帗舞, in qua multicoloris fimbriæ vexillum *fou* 帗, ferebatur, sacra cohonestabat, quæ Telluris Frugumque spiritibus fiebant. Pennigera 羽舞, cum albarum pennarum panicula in sacris quatuor regionum aëri perpetratis exercebatur. Cristata 皇 vel 翌舞, siccitatis spiritui agitabatur : tunc actores pileolum coloriis plumis cristatum (鳥冠) gestabant, quem etiam octoni solemniorum sacrorum chori, *pa i* 八佾, gestare solebant; ‹皇 vel 翌 *hoang*, colorias ad phœnicis 鳳皇 instar plumas significat, quibus, vel in cristam coactis, vel, ut volunt alii, in vexillum explicatis, tripudiantes caput obumbrabant. Inermis 人舞, in aula gentilitia solis hominum gestibus conficiebatur. Signifera 旄舞, in imperiali palæstra *pi yong* 辟, ‹廱 ducebatur, dum pensiles floccos seu villos mimorum manus præferebant; flocci, e versicoloris bovis (氂牛) cauda, hastili suspensi, signi genus (‹旄 mao) constituebant.

2° *Jaculatoria.* Jaculatio triplex erat : solemnis (大 vel 饗射) in imperiali palestra, ad sacrificii adjutores seligendos; honoraria (賓射) in auditorii aula, ad regulos honorandos; convivalis (燕射) in templi adyto, ad ministros invitandos. Sagittarii bini adæquabantur; tria paria selectu designabantur (三耦), ceteri pro lubitu socium sibi adjungebant (衆耦) : socii vero, ad scalas, ad instrumenta, eundo, recedendo, perpetuas invicem faciebant salutationes (揖). Ad aulæ occidentem, magna collocabatur incitega (*soucoupe*) formam hominis referens (‹豐 fong), quæ pœnale poculum excipiebat, a victis in pœnam exsiccandum. Jaculatores eburneum digitale, *kiuė* 決, , dextero pollici inferebant; coriaceo rubro *che* 韘, , ut volunt quidam, tres digitos intermedios inducebant; coriaceum brachiale, *che* 拾, sinixtro brachio aptabant : arcus theca (hou tʻchang

虎韔’) e tigridis, pharetra (矢服 *seu* 魚服) ex otariæ pelle confecta; arcus e ligno osseis cornibus, imperatori erat sculptilis (tiao ‹彫弓), regulis rubro vernicio illitus (t‘ong ‹彤弓) toparchis nigro vernicio obductus (lou ‹玈弓); sagittæ arcui respondentes, hastile (‘笴 ko) habebant tripedale, pennam 羽 vero sex, et aciem 刃 duos pollices longam. Scopus *heou* ‹侯, erat ex panno, sed umbilicum habebat vel ex belluina pelle, vel ex ipso panno depicto; primus dicebatur pellitus (皮侯) et umbilicus *kou* 鵠, alter linteus (布侯), et umbilicus vocabatur *tcheng* ‹正. Pellitus ex pellis, qua umbilicus et limbus constabat, diversitate, tigrini (hou ‘虎侯), ursini (hiong ‹熊侯), pantherini (pao 豹’ 侯), cervini (mi ‹麋侯), mixti (san ‘糝侯), canini (ngan ‹豻侯) nomen obtinebat : linteus ex picturæ, qua umbilicus figurabatur, varietate, quinquepartitus, tripartitus, bipartitus, belluatus dicebatur. Quinquepartitus 五正侯, miniato centro, alba, cœrulea, indica, flava fasciolis circumducto, cirris erat limbatus; tripartitus 三正侯, indica et flava fasciola imminutus; bipartitus 二正侯, minio et viridi distinctus; belluatus 獸侯, aut ursi capite in albo strato, aut cervi capite in rubro strato, aut tigridis et pardi, aut cervi suisque capite effigiatus, cirris item erat exornatus. Magnus seu regius scopus 大侯, constabat novem panni commissuris 幅, ut viginti pedum latitudinem, octodecim vero altitudinem obtineret : in quinque commissuris intermediis, decempeda in quadrum circumducta dicebatur corpus 身, cujus medio erat sagittarum meta 鵠, sex in quadrum pedes lata; quatuor vero commissuræ laterales dicebantur linguæ 舌, iisque superius adhærebat pensilis restis 綱, qua ad stipitem scopus alligabatur. In solemni jaculatione, imperator tres erigebat pellitos scopos, pro tribus diversi gradus turmis, quæ invicem sibi in sagittando succedebant; tigrinum sibi, octodecim pedes altum; ursinum regulis, quatuordecim pedes altum, cujus interior meta quatuor semis in quadrum pedes prope habebat; pantherinum toparchis, decem pedes altum, cum meta tres pedes et quadrantem lata : imperialis autem territorii reguli erigebant ursinum quatuordecim pedes altum, et toparchæ cervinum decem pedes altum : extra vero territorium imperiale, reguli erigebant magnum scopum sibi, octodecim pedum; mixtum toparchis, quatuordecim pedum; caninum litteratis, decem pedum. In honoraria jaculatione, imperator erigebat tres colorios scopos, quinquepartitum sibi, tripartitum regulis, bipartitum toparchis, octodecim item quatuordecim et decem pedibus altos. In convivali tandem jaculatione, imperator erigebat quatuor belluatos scopos, omnes decem pedibus altos; caput ursinum sibi, cervinum regulis, tigridis et pardi (虎豹首) toparchis, cervi et suis (鹿豕首) litteratis.

3° *Pugillares.* Usque ad Han dynastiam, scriptio assulis exarabatur, quas alii putant e bambusa fuisse, alii ex quolibet etiam ligno. Triplicis erant generis, majores *t'che* 策›, mediæ *kien* ʿ簡, minores *tou* 牘›. Primæ 24 pollices oblongæ, in libri formam colligabantur, cujus titulus fronti inscribebatur : hujusmodi momentosa tantum opera excipiebant. Secundæ, 12 pollices longæ, nonnisi res fugaces admittebant. Tertiæ ita erant angustæ, ut unam litterarum caperent seriem, erantque longiores vel breviores juxta litterarum numerum. Libri canonici et dein chronica Confuciana majoribus assulis fuerant inscripta; adeoque dynastiæ Han imperatores suis edictis exscribendis, observantiæ causa, viginti pollices longas præscripserunt.

4° *Currus.* Antiqui currus quadrangulæ capsæ referebant formam. Super stratum *yu* ‹輿, imponebatur hinc inde quadrilatera armatura *tchen* ʿ軫, et elevabantur costæ *i* ‹輢, cancellis, *fou* ʿ輔, quandoque clathratæ, quæ in duas aures *kio* 較› desinebant : a fronte transversum ducebatur lignum *fan* 軓', frontique imminebat fulcrum *ohe* 軾›, cui sedens innitebatur; sedile autem storeis vel tigrina pelle insternebatur. Hinc inde axi *tchou* 軸›, duæ rotæ affixæ cum eo simul gyrabant, orbitamque *t'che* ‹轍 vel *koei* ʿ軌 producebant : axis cornui, seu modiolo *kou* 轂›, infigebantur triginta radii *fou* 輻›, qui orbili *luen* ‹輪, per aciem *ya* ‹牙 adhærebant. Temo *yuen* ‹轅 desinebat in ponticulum *tcheou* ‹輈, cui transversim supponebatur jugum *heng* ‹衡, et jugo equi jungebantur. In bellicis essedis equi erant loricati, et arma currui infigebantur : majus 元戎 appellabatur.

Imperatoris currus, 輅' vel 路 *lou*, quinque recensebantur, ad eamdem formam exacti, at ornatu admodum varii : gemmatus (大 輅 vel 玉 輅), auratus (tchoei 綴' 輅 vel 金 輅), eburatus (次 輅 vel 象 輅), coriaceus (革 輅) et ligneus (先 輅 vel 木 輅) : coriaceus, corio obductus et vernicio illitus, militaris erat; ligneus vernice illitus, erat venaticus : currus umbraculo 車 蓋 obtegebatur, magnoque vexillo 太 常 ornabatur.

Reginæ currus etiam quinque (五 路). Primo (重 翟), a tentorio duplicatis phasiani pennis decorato, ad sacra ipsa vehebatur : secundum (厭 翟), a tentorio stipatis pennis exornato, regulos excipiens conscendebat : tertium (安 車), acosmo tentorio instructum, visitans imperatorem usurpabat : quarto (翟 車), vix latera pennis ornato, ad moros accedens utebatur : quinto (lien ʿ輦 車), quid vernicio illitus et vix umbraculo erat obtectus, inter palatii claustra servorum manibus deferebatur.

Administrorum currus item quinque : assessorum currus (ʿ夏 ʿ篆 tchoan), præter pellitum stratum, habebat modiolum colorium et fasciolis circumductum;

ministrorum currus (夏 縵 man). habebat pellitum stratum et modiolum colorium; toparcharum currus (mé 墨, 車). erat corio stratus et nigro vernicio illitus; litteratorum currus (tsan 棧 車). erat vernicio illitus, at corii carebat ornamento; plebeiorum currus (役 車), quadrata capsa ad merces capiendas constabat.

Funebris regius currus (lieou 柳 車), curriculum erat, plumatili conopæo totum obvelatum et ab hominum turma promotum, quorum moderator, in imperatoris funere, plumeam paniculam (翿 *seu* 翢 tao) manu præferebat, qua, ut funerea tela (功 布) in litterati exequiis, viæ inæqualitates præmonstrabat; stipabatur autem sex aut octo magnis flabellis, prout de principe aut de imperatore ageretur, quæ vel albo nigroque (fou cha 黼 翣), vel nigro et cyaneo (fou cha 黻 翣), vel variis coloribus (畫 翣), vel draconis figura (龍 翣) distinguebantur.

5° *Vexilla* Novem universe numerantur, e flammei coloris serico cum ornamentis, *kieou k'i* 九 旗 generatim appellata: sunt vero quinque vexilla, duo signa et duæ flammulæ. 1. 太 常 vexillum imperiale, duodecim constans commissuris (斿 yeou) dracone figuratis, cum solis lunæque emblemate. 2. 旂 *k'i*, vexillum draconis, cui tintinnabula etiam appendebantur: Duces habebant novem commissuris consutum, Marchiones et Comites vero septem, Vicecomites et Barones nonnisi quinque, omnes conjugatis draconibus effigiatum. 3. 旗 *k'i*, vexillum ursi et tigridis, sex habens commissuras. 4. 旟 *yu*, vexillum falconis e septem commissuris. 5. 旐 *tchao*, vexillum anguiferæ testudinis e quatuor commissuris. 6. 旞 *soei*, signum pennatum, constabat integris pennis multicoloribus cum lemniscis. 7. 旌 *tsing*, erat plumeum, e coloriarum plumarum paniculis, itemque lemniscatum. Quibus addi potest villosum signum, 旄 *mao*, e versicoloris bovis cauda conflatum. 8. 旜 vel 旃 *tchan*, flammula simplex, unica flammeoli coloris commissura, sine ornatu, et in modum hirundininæ caudæ desinente. 9. 物, 㫚, *ou*, flammula bicolor, flammea commissura albo serico limbata.

6° *Arma*. Ex corio erant lorica 甲, *kia*, galea 冑 *tcheou*, scutum 干 *kan*, vagina 鞞 *pi*: scutum, quod etiam *choen* 盾 appellabatur, aliud brevius (子 盾) curule erat, aliud longius, (步 盾) a peditatu ferebatur. Securis alia major *yang* 揚 seu *yué* 鉞, alia minor *t'si* 戚 dicebatur. Hasta 殳 *t'chou*, alias ad lanceam alias ad clavam accedebat. Lancearum vero multiplex genus: 戟, *ki*, erat tricuspis; 戈 *kouo*, sparum aut dextera aut sinistra cuspide acutum; sarissa 矛 *meou*, aut erat uncinata aut flocco distincta, aliaque triangularis (k'ieou meou 厹 矛), alia viginti (tsieou meou 酋 矛), alia viginti quatuor pedes longa (i meou 夷 矛). Arcus ejusque theca, sagittæ et pharetra, ut in jaculatione.

7° *Tintinnabula.* Quæ linguata erant manuque agitabantur, ad tria possunt revocari. Primum erat musicum ‹錞 *toen* vel *choen*, medio latius quam extremis, et ænea lingua instructum : in musica tympano consonabat. Alterum stimulator 鐸› *to* dicebatur, quod bellico vel civico ordini inserviret; illud ænea (金 鐸), istud lignea lingua (木 鐸) instructum. Tertium erat sacrificum ‹鈴 *ling*, eratque præcedente minus. His accedunt duo cymbala seu sistra, item manubriata et ad campanulæ formam exacta, sed quæ elinguata nonnisi percussione resonabant. Majus 鐲› *tcho*, idem ac ‹鉦 *tcheng*, in militari incessu, tympani sonum moderabatur : minus ‹鐃 *nao*, etiam ʿ武 *ou* appellatum, ad tympanum sistendum usurpabatur.

8° *Scabella.* Scabella seu potius mensulæ, quibus storea incubantes inniti solebant, *ki* ʿ几 dicebantur, erantque quinque aut tres pedes longæ, duos altæ : sæpe miniata habebant extrema, medium vero nigri coloris; at quinariæ generatim distinguebantur, gemmatæ 玉, sculptiles 雕, illitæ 漆, miniatæ 彤, et simplices 素. Abacus 案ʾ *ngan* duodecim habebat pollices, et lapillis ornabatur.

9° *Cistæ.* Ex usu et forma, vario nomine distinguebantur. 1. Arundinea pro frugibus excipiendis dicebatur *k'oang* ‹筐 si quadrata, *kiu* ʿ筥 si rotunda erat, licet forma nonnihil variaret. 2. 笥 *se*, alias pro oryza, alias pro vestibus, erat quadrata : ‹簞 *tan*, alias pro oryza, alias pro pectendi instrumentis, erat rotunda. 3. ʿ篚 *fei*, e bambusa et operculata, scyphis et cochlearibus potissimum recondendis : ‹筲 *chao*, e graminea planta (䈰) et rotunda, seminibus colligendis 4. 筬› *k'ié*, quadrata, supellectilem; ʿ匴 *siuen*, item quadrata et arundinea, pileos asservabat.

10° *Vasa.* De variis habendus est sermo, et sacrifica imprimis recensenda :

Pien ‹籩, calathus, seu vas arundineum, pro bellariis : 豆ʾ *teou*, pyxis lignea, pro jurulentis.

Fou ʿ簠, chytra interius rotunda et exterius quadrata, pro sorgho et oryza : *koei* ʿ簋, chytra interius quadrata et exterius rotunda, pro millio et panico : *toei* 敦ʾ, chytra e ligno interius miniata et auratili ore, pro millio et panico : tres æque erant operculatæ, et testudinis effigiem in vertice habebant.

Hing ‹鉶, tripus pro jusculo, operculatus, quem litterati ferreum, toparchæ æneum, reguli argento, auro imperator ornatum habebant : *ting* ʿ鼎, tripus pro carnibus, varie juxta hominum dignitatem ornatus, qui major et latior dicebatur *nai* 鼐ʾ, minor et ore angustior dicebatur *tse* ‹鼒.

Quadra, ad exartuatam victimam excipiendam, ʿ俎 *tsou*, quadruplex erat : *k'oan* ʿ梡 俎, pedes habebat rectos; *kiué* 嶡› 俎, habebat vara compactos;

pei 椇' 俎 valgos, et *fang* ‹房 俎, pedes varos habebat; prima sub Choen, secunda sub Hia, tertia sub Chang, et quarta sub Tcheou usui fuit : quadra erat viginti quatuor pollices longa, duodecim lata, et decem alta, extremis rubro, medio vero nigro vernicio illita.

Crateres liquoribus capiendis multigeneres erant. Simpliciores in augustioribus sacris adhibebantur : sic fictilis ʻ瓦 ʻ甒 *wa ou*, in sacrificio Cœli; testaceus item 大 ‹罍 *ta lei*, in sacrificio Telluris; cucurbitinus 匏 爵, e media colocynthide confectus, in sacrificio Cœli et Telluris; ostreatus ʻ蜃 ‹尊 *t'chen tsuen*, vernicio et ostrea exornatus, in sacrificio montium et fluviorum. In avorum templis adhibebantur crateres e ligno sculptili et illito (‹彝 i), cum incitega (‹舟 tcheou *cymbium*) simili ornamento decorata : sex erant, a varia effigie distincti; tres pura aqua pleni, seu gallina (‹雞 ki i), frugibus (ʻ斝 kia i), tigride (ʻ虎 hou i) effigiati; tres aromatite 鬱, 鬯' *yu tchang* pleni, seu phœnice (鳥 niao i), aureis oculis (黃 hoang i), simio (蜼' hoei i) picturati : ‹彝 *i* erant majoris capacitatis, mediæ autem *yeou* ʻ卣, et minoris dicebantur *lei* ‹罍. Libationibus faciendis præsto item erant sex crateres (tsuen 尊) cum supposito vase seu incitega (罍), quam imperator gemmatam, reguli auratilem habebant : horum alius bovis (獻 尊 hien tsuen), alius elephantis (象 siang tsuen) figura depictus, alius urceoli formam referebat (‹壺 hou tsuen); alius fictilis (太 t'ai tsuen) ad Choen, alius montibus figuratus (山 chan tsuen) ad Hia, alius pede mancus adeoque sessilis (著› tcho tsuen, a 著 地) appellatus, ad Chang pertinebat.

Cochleare 勺› *tcho*, duplex erat, aliud aquæ, aliud vino transfundendo destinatum : manubrium viginti quatuor pollices longum, aut vernicio aut argento aut auro ornabatur; caput draconis effigie (龍 勺) figuratum. Simpulum 柶' *se*, manubrio sex pollices longo, aut ligneum et jusculo, aut osseum et vino transfundendo adhibebatur.

Libatorium 瓚' *tsan*, aut integro aut dimidiato sceptro manubriatum; illud *koei* ‹圭 瓚, istud *tchang* ‹璋 瓚 appellatum, et hoc alterum in majus, medium et minus distinguebatur, prout magnis aut minoribus aut minimis montibus sacra fierent.

Nunc ad calices et pocula quod spectat, calix dynastiæ Tcheou, *tsio* ʻ爵, vel ligneus vel gemmeus erat : is sub Chang, *kia* ʻ斝, jaspius et ansatus, magis ad capidem vel cantharum accedebat; sub Hia dicebatur *tchan* ʻ琖, et a gemmea subsequentis dynastiæ capide non multum videtur discessisse. Poculum angulatum, *kou* ‹觚, vernicio cirrisque depictum, duas capiebat cotylas; tres aut quatuor capiebat anancæon, *tche* ‹觶, quod etiam pœnale poculum

habebatur; quinque vero aut septem rhytium, *kong* ‹觵 vel 觥, e sylvestris bovis (兕ʾ se) cornu confectum, aut saltem e ligno in cornu formam inflexo, quod æque ut pœnale poculum aliquando adhibebatur. Calici submittebatur incitega, *tien* 坫ʾ, quæ sub pœnali poculo in convivali palæstra proposito solebat *fong* ‹豐 appellari.

Cortina ʻ錡 *i*, erat caldarium pedatum; ahenum, ʻ釜 *fou*, sine pedibus; cacabus, ‹鬵 *sin*, ore latior quam basi. Olla, ʻ缶 *feou*, fictilis erat, testa nempe, non modo vino capiendo aut aquæ hauriendæ apta, sed quæ ad musicam moderandam etiam pulsabatur.

Et hæc, ne notæ ultra fines excrescant, innuisse satis : quæ adhuc ad litteraturæ cursum expediendum desiderantur, suis locis explanabuntur.


Nunc vero raptim oculos in emensum iter jam referentes, illud sane conspicimus, Sinarum criticen haud satis in nonnullis constare, ut ei possit certa fides adhiberi. Quæ enim ad remotiorem pertingunt antiquitatem, densioribus plane obvolvuntur tenebris, ut vel limatuli judicii acies facile perrumpere possit. Certe dynastiæ tertiæ genealogiam, ut id saltem cum P. Gaubil attingam, quæ vulgo, duce historiarum principe Se ma tsien, tradi solet, mancam omnino esse atque improbabilem, legentium fugit neminem. Ou rex a secundæ dynastiæ aditu haud minus sexcentos quadraginta quatuor abest annos, et tamen inter ipsum ejusque progenitorem K'i 棄 *seu* Heou tsi 后 稷, vix quindecim intercesserint generationes? quando a coævo progenitore Sié 契 ad Chang dynastiæ conditorem ipsæ defluxerint generationes tredecim? Inclytum historiographum, qui rem ex regnorum actis 國 語 excerpserat, acriter perstringit imperialis editio (歷 代 年 表) : tum negat, quod Pou tchouo 不 窋 fuerit ipsius Heou tsi filius, cum tradant memoriæ, nonnisi deficiente Hia, magistratu Pou tchouo excidisse : dein expiscatur in genealogiarum codicibus nova quatuor nomina; bina rursus ex montium mariumque libro (山 海 經) expromit, et sic suam compingit tabellam, ut post Heou tsi continenter apponat 黎 監 li kien, atque 叔 均 chou kiun. Veniunt dein, facto intervallo, 不 窋 pou tchouo, cum septem sequentibus : ante 高 圉 kao yu inducitur 辟 方 pi fang, et post Kao yu inseritur 侯 牟 heou meou, cui duo filii attribuuntur 亞 圉 ya yu et 雲 都 yun tou. Hic, relicto Ya yu, fratri Yun tou adscribitur filius 組 紺 tsou kan, et huic filius 都 盩 tou tcheou, a quo 太 王 et dein 王 季, tum 文 王 et demum 武 王 processerunt.

At fatentur ipsi auctores in Han dynastiæ libris pro 侯牟 reperiri 夷蚗 i se, nullum vero inveniri 諸盩 : et assignant ipsimet inter Heou tsi et Ou regem triginta amplius generationes : Pou tchouo vero tanquam Heou tsi filium tradit altera imperialis editio, K'ang hi dictionarium. Nutant igitur hæc omnia, resque haud sunt ita ad liquidum compertæ, uti a Sinensibus genealogis in tabulis belle repræsentari videntur. At quo demum cumque hæc se habeant modo, nullatenus rei nostræ officiunt : ad Sinensem enim litteraturam, quod unum nostri est instituti, probe intelligendam, satis erit res, prout a Sinis traduntur, cognovisse.


THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS

Tabula Iª. Mappa ante Tcheou.



Tabula IIa. Mappa ineuntis Tcheou.




AND


THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.

Tabula III.ª Mappa mediæ Tcheou.




Tabula IVª: Mappa obeuntis Tcheou.




THE NEW Y RK
PUBLI

Tabula V^a^. Mappæ et sacrificia




Tabula VIª. Agricultura.




THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS

*Tabula VII*ª. Regia curia.




Tesseræ.




THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.

Tabula VIII^a. Tympana.




Instrumenta musica.



THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS

Tabula IX^a. Mensuræ.



Tabula X^a.



Vestes.




LENOX AND

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX AND TILDEN FOUNDATIONS

Tabula XIª. Pantomimica.




Jaculatoria.




THE N
PUBLIC
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.

Tabula XII^{a}.




Currus.




THE NEW
PUBLIC L
ASTOR, LENOX AND

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.

Tabula XIII^a.




Vexilla.



PUBLIC L
ASTOR LENOX AND
TIL

Tabula XIV[a]. Arma.




Tintinnabula.



ASTOR, LENOX AND
TILDEN

Tabula XV^a. Mensulæ, cistæ.




THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS.

Tabula XVIª. Vasa.



Vasa.



THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX AND
TILDEN F[illegible]DATIONS.

PRÆVIARUM NOTARUM INDEX.

Sex primi conditores.................. pag. 3
Duo summi legislatores............... „ 4
Prima dynastia Hia................... „ 5
Secunda dynastia Chang............ „ 6
Tertia dynastia Tcheou.............. „ 9
Confucius ejusque discipuli......... „ 12
Bellantia regna.......?.................. „ 13
Ceteræ dynastiæ........................ „ 15
Trium dynastiarum genealogia..... „ 20
Series viginti duarum dynastiarum. „ 22
Viginti sex principatuum reguli... „ 32
Ceteri sub Ou rege principatus..... „ 43
Cosmogonia sinica...................... „ 48
Duodecim dici partes.................. „ 49
Viginti quatuor anni divisiones... „ 50
Sexaginta cycli combinationes...... „ 51
Viginti et octo constellationes...... „ 51
Physicæ de Terra notiones......... „ 52
Morales de Homine notiones....... „ 53
Sacrificium Cœlo et Telluri......... „ 55
Montibus, Fluviis, Aëri............. „ 56
Variis Diis præsidibus............... „ 56
Quinque Diis penetralibus........... „ 56
Inferiæ Manibus Defunctorum...... „ 57
Famosa antiquorum jugeratio...... „ 58
Canaliculorum distributio............ „ 58
Forum et tabernæ..................... „ 59
Aruspicium et sortilegium.......... „ 60
Varii sub Tcheou præfecti........... „ 61
Territorii distributio.................. „ 62
Tesseræ dignitatis, fidei, missitiæ.. „ 62
Palatium imperiale et regium........ „ 63
Duodecim moduli et soni............ pag. 65
Musices varia instrumenta.......... „ 66
Instrumentorum usus................. „ 70
Extensionis et capacitatis mensuræ. „ 71
Varia pondera.......................... „ 72
Generalis vestium modus............ „ 73
Novem vestium emblemata......... „ 73
Triplex pilei genus.................... „ 74
Magnum cingulum..................... „ 74
Sandalium et calceus................. „ 74
Genualia ornata et simplicia........ „ 75
Quatuor ornamenta................... „ 75
Duodenarius imperatoris vestitus.... „ 75
Varius magnatum vestitus.......... „ 76
Senarius reginæ vestitus............ „ 77
Tres speciales vestes................. „ 77
Funebre vestimentum................ „ 78
Pantomimica instrumenta........... „ 79
Jaculatoria, scopus.................... „ 80
Triplicis generis pugillares.......... „ 81
Currus partes et species............. „ 81
Vexilla, signa, flammulæ............ „ 82
Arma bellica............................ „ 82
Tintinnabula et sistra................ „ 83
Scabella et mensæ..................... „ 83
Vario usu cistæ........................ „ 83
Chytræ, tripodes, quadræ............ „ 83
Triplicis usus crateres................ „ 84
Cochlearia et libatoria................ „ 84
Calices et incitegæ..................... „ 84
Caldaria et ollæ........................ „ 85
Sequuntur duodecim tabulæ......................

三字經

人之初、性本善、
性相近、習相遠、
苟不教、性乃遷、
教之道、貴以專、
昔孟母、擇鄰處、
子不學、斷機杼、
竇燕山、有義方、
教五子、名俱揚、
養不教、父之過、
教不嚴、師之惰、
子不學、非所宜、
幼不學、老何爲、
玉不琢、不成器、
人不學、不知義、
爲人子、方少時、

人 JEN, homo.

之 TCHE, nota genitivi et articuli : iste : ire.

初 T'CHOU, initium.

性 SING, natura.

本 PEN, radix : proprium : principale.

善 CHAN, bonus.

相 SIANG, mutuo. 相, Auxiliari.

近 KIN, prope, propinquare. 近, Propiorem facere, admovere.

習 SI, assuescere, exercitatus.

遠 YUEN, longe, distare. 遠, Removere.

苟 KEOU, si : vere. 苟且, Inconsiderate.

不 POU, non.

教 KIAO, doctrina, docere. 教, Ad faciendum adducere.

乃 NAI, inde, scilicet.

遷 T'SIEN, transmigrare.

道 TAO, ratio, ordo : via. 道, Dicere : regere.

貴 KOEI, nobilis, pretiosus.

以 I, ut : adhibere : juxta.

專 TCHOAN, attendere : unice.

昔 SI, olim.

孟 MONG, natu major : conari.

母 MOU, mater.

擇 TCHÉ, eligere.

鄰 LIN, vicinus.

處 T'CHOU, morari : collocare, accomodare. 處, Locus.

子 TSE, filius : magister, dominus.

學 HIO, discere, studere, imitari.

斷 TOAN, abrumpere, præcidere.

機 KI, textoria : artificium : occasio.

杼 TCHOU, radius textorius.

竇 TEOU, foramen parietis.

燕 YEN, hirundo : quiescere. 燕, Antiquum regnum.

山 CHAN, mons.

有 YEOU, habere.

義 I, aequitas : sensus.

方 FANG, quadratum : regula : locus : dum.

五 OU, quinque.

名 MING, nomen, fama.

俱 KIU, omnes.

揚 YANG, evulgare.

養 YANG, alere. 養, Majoribus ministrare.

父 FOU, pater. FOU, titulus virorum.

過 KOUO, transire : culpa : superare.

嚴 YEN, severus, gravis : serio.

師 CHE, magister, dux : imitari.

惰 TOUO, pigritia.

非 FEI, non : improbare.

所 SOUO, qui : locus.

LIBER
TERNARUM LITTERARUM.

CONFECIT DYNASTIAE SONG LITTERATUS
WANG PÉ HEOU 王伯厚.

Hominis initio, natura per se est bona : et sic naturæ invicem approximant; at mores invicem distant. Si desit educatio, natura jam degenerabit. — Educationis ratio exigitur ex toto animo. Olim Mentsii mater selegit vicinatum ad habitandum (1), et cum filius non addisceret, fregit textorium radium (2). Teou yen chan habebat aequum modum; educavit quinque filios, fama omnes celebres. Alere et non instruere, patris est culpa : instruere at non serio, est magistri pigritia. Filium non addiscere, non est quod conducit : juvenis non addiscis, senex quid ages? Lapillus non cælatus non fiet vasculum : ita homo sine studio non sciet æquitatem. Qui est familiæ filius, dum pueritiæ est tempus, adeat magistrum amicosque,

(1) Mentsii mater primum habitavit prope lanium; puer assuescebat laniense rebus : mater expavit, et transmigravit ad sepulcretum; puer cœpit joco imitari funebres ritus. Mater expavit, et transmigravit ad gymnasii latus, ubi puerum decori leges addiscentem videns, sedem tandem suam defixit.

(2) Mentsius olim, cum spatiatus fuisset, domum repetiit : mater, ut vidit, telam quam conficiebat abrupit; filioque deterrito explicavit causam, dicens : tua studia assimilantur istius telæ confectioni : ex cubitis fit ulna, ex ulnis fit volumen. Si tu studium abrumpis, juxta ac si telæ fila abrumpantur; volumen qui conficietur? Mentsius resipuit, et magistro Tse se 子思 seriam dedit operam.

親師友、習禮儀、
香九齡、能温席、
孝於親、所當執、
融四歲、能讓棃、
弟於長、宜先知、
首孝弟、次見聞、
知某數、識某文、
一而十、十而百、
百而千、千而萬、
三才者、天地人、
三光者、日月星、
三綱者、君臣義、
父子親、夫婦順、
曰春夏、曰秋冬、
此四時、運不窮、
曰南北、曰西東、

宜 I, decet.
幼 Yeou, junior, decennis.
老 Lao, senex.
何 Ho, quomodo, quare?
爲 Wei, ut, propter. 爲, Facere: esse : gerere.
玉 Yu, gemma, jaspis.
琢 Tchouo, scalpere lapillos.
成 T'cheng, perficere.
器 Ki, vas, quodlibet instrumentum.
知 Tche, scire.
少 Chao, parum. 少, Juvenis.
時 Che, tempus.
親 T'sin, parentes, consanguinei : diligere : proximare.
友 Yeou, amicus.
禮 Li, ritus, civilitas.
儀 I, decorum : forma : regula.
香 Hiang, fragrantia.
九 Kieou, novem.
齡 Ling, ætas.
能 Neng, posse.
温 Wen, lenis : tepidus.
席 Si, storea simplex : convivium.
孝 Hiao, pietas filialis.
於 Yu, in, a, quoad, præ.
當 Tang, oportet : tolerare : ipso tempore. 當, Valere : pignus.
執 Tche, capere, tenere.
融 Yong, concors : clarus.
四 Se, quatuor.
歲 Soei, annus.
讓 Jang, cedere : reprehendere.
棃 Li, pyrus.
弟 Ti, frater minor. 弟, Observantia fraterna.
長 Tchang, superior : crescere. 長 T'chang, longus : diu.
先 Sien, antea.
首 Cheou, caput, initium.
次 T'se, ordo, vices.
見 Kien, videre.
聞 Wen, audire : olfacere.
某 Meou, quidam, talis.
數 Chou, numerus. 數 Cho, sæpe: molestus.
識 Che, cognoscere.
文 Wen, elegans.
一 I, unus : idem.
而 Eul, et : tu.
十 Che, decem.
百 Pé, centum.
千 T'sien, mille.
萬 Wan, decem mille.
三 San, tres.
才 T'sai, dotes.
者 Tché, nota participii.
天 T'ien, cœlum.
地 Ti, terra.
光 Koang, lux, splendor.

ediscere ritus et decorum. — Hiang novem annorum sciverat tepefacere stoream (1) : pietas erga parentes est quod debet arcte teneri. — Yong quatuor annorum sciverat cedere pyra (2) : fraterna observantia erga majorem, oportet imprimis sciri. — Caput est pietas et observantia ; dein videre et audire, ut noscas aliquot numeros et scias aliquot notiones (3).

1° Unum indeque decem, decem indeque centum, centum indeque mille, mille indeque decem millia. Tres potentiæ sunt cœlum, terra, homo : tria luminaria sunt sol, luna, stellæ : tria officia sunt principis subditique æquitas, patris filiique amor, mariti uxorisque obsequentia. Ver, æstas, autumnus, hiems, ista quatuor tempora gyrant sine termino : meridies, septentrio, occidens, oriens, istæ quatuor oræ respondent cum centro. Aqua, ignis, lignum, metallum, terra, ista quinque elementa fundamentum sunt pro numeratione

---

(1) Sub dynastia Han, novennis 江夏黃香, æstate refrigerabat parentum cervical, hieme calefaciebat culcitram, ut parentes commode quiescerent.

(2) Sub dynastia Han, 孔融 e regno Lou, cum quondam pyrorum cista dono familiæ allata fuerit, omnesque fratres manducanda assumerent, ipse ultimus accessit, et sequiora sibi adjudicavit.

(3) Jam fit primo de aliquot *numeris*, seu numeratis rebus, dein de aliquot *notionibus* sermo.

日 Je, sol : dies.
月 Yué, luna, mensis.
星 Sing, stella.
綱 Kang, funis retia muniens : cardo, principium.
君 Kiun, princeps.
臣 T'chen, minister, subditus.
夫 Fou, maritus, vir. Fou, particula initialis et finalis.
婦 Fou, uxor.
順 Choen, obsequi, docilis, facilis.
曰 Yué, inquit : particula inserviens enumerationi et explanationi.
春 T'choen, ver.
夏 Hia, æstas.
秋 T'sieou, autumnus.
冬 Tong, hiems.
此 T'se, hic.
運 Yun, gyrare : fortuna.
窮 K'iong, exhaurire : pauper : finis.
南 Nan, auster.
北 Pé, septentrio.
西 Si, occidens.
東 Tong, oriens.
應 Yng, respondere : convenire.
應, Oportet : cognomen.

此四方、應乎中、曰水火、
木金土、此五行、本乎數、
曰仁義、禮智信、此五常、
不容紊、稻粱菽、麥黍稷、
此六穀、人所食、馬牛羊、
雞犬豕、此六畜、人所飼、
曰喜怒、曰哀懼、愛惡欲、
七情具、匏土革、木石金、
與絲竹、乃八音、高曾祖、
父而身、身而子、子而孫、
自子孫、至玄曾、乃九族、
人之倫、父子恩、夫婦從、
兄則友、弟則恭、長幼序、
友與朋、君則敬、臣則忠、
此十義、人所同、凡訓蒙、
須講究、詳訓詁、明句讀、

乎 Hou, necne? In.
中 Tchong, medium. 中, Attingere.
水 Choei, aqua.
火 Houo, ignis.
木 Mou, lignum : arbor.
金 Kin, aurum, metallum.
土 T'ou, terra.
行 Hing, ire, agere : elementa. 行, Actiones. Hang 行, linea.
仁 Jen, humanitas, charitas.
智 Tche, prudentia.
信 Sin, credere : fidelis.
常 T'chang, stabilis, semper : ordinarius.
容 Yong, continere : tolerare : vultus.
紊 Wen, intricatus, perturbare.
稻 Tao, oryza nondum trita.
粱 Leang, setaria italica. 高 Kao leang, sorghum vulgare.
菽 Chou, phaseoli.
麥 Mé, triticum.
黍 Chou, milium nigricans.
稷 Tsi, panicum miliaceum : spiritus frugum.
六 Lou, sex.
穀 Kou, fruges : bonus.

食 Che, comedere. Se 食, Cibus.
馬 Ma, equus.
牛 Nieou, bos.
羊 Yang, ovis.
雞 Ki, gallina.
犬 K'iuen, canis.
豕 Che, porcus.
畜 T'chou, animalia domestica. Hiu 畜, Alere : congregare.
飼 Se, cibare.
喜 Hi, lætari.
怒 Nou, irasci.
哀 Ngai, commiserari.
懼 Kiu, timere.
愛 Ngai, amare.
惡 Ou, odisse. 惡, Quomodo. Ngo 惡, malum.
欲 Yu, velle.
七 T'si, septem.
情 T'sing, affectus : attributa.
具 Kiu, præparare : utensilia.
匏 Pao, colocynthis.
革 Ko, corium : abrogare.
石 Che, lapis : decimodia.
與 Yu, dare : annuere : cum. 與, Interesse. 與, Nota dubitantis.
絲 Se, filum sericum.

rerum (1) : pietas, justitia, urbanitas, sapientia, fidelitas, ista quinque officia non patiuntur perturbari. Oryza, sorghum, pisum, triticum, milium, panicum, istæ sex segetes sunt quas homines manducant : equus, bos, ovis, gallina, canis, sus, ista sex animalia sunt quæ homo alit. Gaudium, ira, compassio, timor, amor, odium, desiderium, septem affectus completi. Cucurbita, argilla, corium, lignum, lapis, metallum, filum et bambusa (2), dant octo sonos. Abavus, proavus, avus, pater indeque stipes, stipes indeque filius, filius indeque nepos, et a filio et nepote, adusque pronepotem et abnepotem, sunt novem consanguinei gradus, hominum relationes. Patris filiique amor; mariti uxorisque obsequentia; fratris quidem majoris benevolentia, minoris autem reverentia; majoris minorisque ætatis ordo, amicis atque sociis (3); principis quidem gravitas, subditi autem fidelitas; istæ decem sunt relationes, homines quas communes habent.

---

(1) Siquidem omnia ex his conflantur, et sic constituitur numerabilis individuorum series.

(2) Vide notam de musica.

(3) Cum amici inter se æquales sint, ut inter eos ordo constet, ratio ætatis habenda est, et sic juniores senioribus primos accubitus cedere debent.

竹 TCHOU, bambusa.
八 PA, octo.
音 YN, sonus.
高 KAO, altus.
曾 T'SENG, jam, adhuc. TSENG 曾, augere : 曾祖, proavus.
祖 TSOU, avus.
身 CHEN, corpus : persona.
孫 SUEN, nepotes.
自 TSE, ipsemet : ex : naturaliter.
至 TCHE, pervenire, ad : summitas.
玄 HIUEN, cœruleus : profundus. 玄孫, Abnepos.
族 TSOU, consanguinei, genealogia.
倫 LUEN, ordo, relatio.
恩 NGEN, beneficium : amor.
從 T'SONG, sequi : ex.
兄 HIONG, frater major.
則 TSĔ, regula : ergo, exinde.
恭 KONG, venerari.
序 SIU, ordo : collegium : procemium.
朋 PONG, amicus, socius.
敬 KING, colere : attendere.
忠 TCHONG, fidelis, devotus.
同 T'ONG, simul : idem.
凡 FAN, plerique, ordinarius.
訓 HIUN, edocere.
蒙 MONG, rudis : contegere : recipere.
須 SIU, oportet : expectare.
講 KIANG, explicare.

爲學者、必有初、
小學終、至四書、
論語者、二十篇、
羣弟子、記善言、
孟子者、七篇止、
講道德、說仁義、
作中庸、乃孔伋、
中不偏、庸不易、
作大學、乃曾子、
自修齊、至平治、
孝經通、四書熟、
如六經、始可讀、
詩書易、禮春秋、
號六經、當講求、
有連山、有歸藏、
有周易、三易詳、

究 KIEOU, investigare : finis.
詳 SIANG, examinare minutatim.
詁 KOU, antiquorum dicta : commentaria.
明 MING, claritas : intelligere.
句 KIU, phrasis.
讀 TOU, studere. TEOU, 讀, incisum.
必 PI, certe, necessario.
小 SIAO, parvus.
終 TCHONG, finis.
書 CHOU, liber : epistola : scribere.
論 LUEN, disserere.
語 YU, verbum, eloquium.
二 EUL, duo.
篇 PIEN, libri capita.
羣 K'IUN, grex.
記 KI, recordari : annotare.
言 YEN, verbum, loqui.
止 TCHE, sistere : cessare : duntaxat.
德 TÉ, virtus.
說 CHOUO, dicere. CHOEI 說, suadere. YUÉ 說, , lætari.
作 TSO, facere : incipere : surgere.
庸 YONG, ordinarius : uti.
孔 K'ONG, foramen : magnus.
伋 KI, urgere : sollicite.
偏 P'IEN, obliquus.
易 I, mutare. 易 , Facile.
大 TA, magnus.
修 SIEOU. ornare, restaurare.
齊 T'SI, æqualis : componere.
平 P'ING, planus : tranquillus.
治 TCHE, recte administrare. 治, Componi.
經 KING, stamen : canon, rectum : pertransire.
通 TONG, penetrare : communicare.
熟 CHOU, maturus, concoctus : assuetus.
如 JOU, sicut : si.
始 CHE, initium. 始, Tunc.
可 K'O, posse, licere : satis.
詩 CHE, carmina.
號 HAO, titulus, signum. 號, Invocare.
求 K'IEOU, rogare, petere.
連 LIEN, continuus, simul.
歸 KOEI, domuitio : confluere.
藏 T'SANG, recondere. TSANG 藏, latebra.
周 TCHEOU, circum : completum.
典 TIEN, canon, lex.
謨 MOU, molimentum, consilium.
誥 KAO, jussum, edictum.
誓 CHE, jurare.
命 MING, mandatum : vita.
奧 NGAO, mysterium, arcanus : domus pars obscurior.

紫 TSE, violaceum, purpureum.
塞 SAI, confinia 塞, SÉ, CHÉ, obstruere.
赤 T'CHE, rubicundus.
城 T'CHENG, mœnia.
昆 KOEN, frater major.
碣 KIÉ, scopulus, tabula lapidea rotunda.
鉅 KIU, magnus.
野 YÉ, deserti campi.
洞 TONG, specus.
庭 T'ING, aula.
曠 K'OANG, amplus, vacuus.
綿 MIEN, subtile gossypium : continuus : remotus.
邈 MO, remotus.
巖 YEN, mons altus et præruptus : caverna in saxis.
岫 SIEOU, mons cavernosus.
杳 YAO, obscurus, profundus.
冥 MING, obscurus.
務 OU, incumbere, intendere.
稼 KIA, seminare.
穡 CHÉ, metere.
俶 CHOU, exordiri.
畝 MEOU, jugerum sinense.
藝 I, ars : habilitas : plantare.
稅 CHOEI, vectigal.
新 SIN, novus.

勸 K'IUEN, hortari.
賞 CHANG, præmium : delectari.
黜 T'CHOU, e gradu dejicere.
陟 TCHE, ascendere, promovere.
軻 K'O, nomen Mentsii.
敦 TOEN, amplificare, amplus.
素 SOU, simplex, albus, communis.
秉 PING, tenere.
直 TCHE, rectus, recta.
庶 CHOU, multitudo : fere.
幾 KI, fere. 幾, Quot?
謙 K'IEN, humilitas.
謹 KIN, diligentia.
勅 T'CHE, mandatum regium : prohibere : cautus.
聆 LING, audire, auscultare.
察 T'CHA, examinare.
理 LI, ratio naturalis : moderari : ordinare.
鑑 KIEN, inspectare : speculum.
貌 MAO, vultus.
色 CHÉ, color : species.
貽 I, relinquere, transmittere.
厥 KIUÉ, ille, suus.
嘉 KIA, pulcher, bonus : laudare.
猷 YEOU, molimen, consilium.
祗 TCHE, venerari : solummodo.
植 TCHE, plantare : erigere. 植, inniti.
省 SING, examinare. 省 CHENG, compendifacere : provincia.
躬 KONG, corpus, persona.

lacus, late extenduntur, longeque continuantur, cum antris et specubus profunde obscuris (1).

§ 4. FAMILIÆ PROPRIÆQUE PERSONÆ GUBERNATIO.

1. *(CURA REDITUS, ESTO VIGIL, CEDE TEMPORI, CAVE VERBIS)*. Gubernationis fundamentum in agricultura; incumbe in id ut plantes et colligas. Incipitur opus in australibus jugeris, ego sero millium et panicum (2). Vectigal ex granis maturis, tributum ex granis novis; dentur exhortationes et præmia, dimissiones et promotiones. — Mong k'o aestimabat simplicitatem, historicus Yu tenax recti (3), ut sic proximarent immutabili medio : sis laboriosus, humilis, attentus, cautus; audiens verba examina an recta, prospiciens vultum discerne colorem; transmitte propria egregia consilia, enitere ut ipse caute consistas. — Examina te an exprobrandus et absterrendus, an

---

(1) Novem provinciarum divisio tribus dynastiis perduravit. 秦始皇 Imperium distribuit in 26 郡. Han divisit in centum; quas nempe T'sin univerat. Sacri montes quinque : eous 太, occiduus 華, australis 衡, borealis 恒, medius 嵩. In primo sacrificabatur Cœlo, ara e terra extructa, quod dicebatur 封; dein infra in parvo monte, complanata terra ad constituendam aream, sacrificabatur Telluri. Sic 泰岱 seu 太山, est ad septentrionem 泰安府, 云云山 ad euronotum, et 亭亭山 ad austrum. Claustrum est in Chan si; mœnia decem mille stadiorum sic dicta quod e terra subrubra; statio veredariorum in 冀州; residentia antiqui potentis T'che yeou 蚩尤 est in 宣化府; piscina est in Yun nan fou; mons in Pétcheli; stagnum in Chan tong jam exsiccatum; lacus est in Hou koang.

(2) Textus ex carmine deductus : sex pedes olim conficiebant unum passum, 100 passus unum jugerum : at a 秦 usque adhuc, jugerum 畝 constat 240 passibus, et hodiernus passus constat 5 pedibus.

(3) 子魚 erat 衛大夫.

譏 Ki, conviciari : examinare.	抗 K'ang, resistere : elevare.
誡 Kiai, mandatum : vetare.	極 Ki, summum, exhaurire.
寵 T'chong, gratia, favor.	殆 Tai, periculum : fere, prope.
增 Tseng, augere.	辱 Jou, injuriari, dedecus.

省躬譏誡、寵增抗極、
殆辱近恥、林皐幸卽、
兩疏見機、解組誰逼、
索居閒處、沈默寂寥、
求古尋論、散慮逍遙、
欣奏累遣、慼謝歡招、
渠荷的歷、園莽抽條、
枇杷晚翠、梧桐蚤凋、
陳根委翳、落葉飄颻、
游鵾獨運、淩摩絳霄、
耽讀翫市、寓目囊箱、
易輶攸畏、屬耳垣牆、
具膳餐飯、適口充腸、
飽飫烹宰、飢厭糟糠、
親戚故舊、老少異糧、
妾御績紡、侍巾帷房、

恥 T'CHE, verecundari.
皐 KAO, littus.
卽 TSI, statim : præsto.
疏 CHOU, rarus : remotus. 疏, Distincte commentari.
組 TSOU, vitta serica : funiculus.
誰 CHOEI, quis?
逼 PI, adigere, urgere.
閒 HIEN, otiari, quiescere. 閒 KIEN, intra, in medio : intervallum. 間 KIEN, interrumpere.
默 MÉ, silere.
寂 TSI, solitarius, quies.
寥 LEAO, solitudo, vacuus.
尋 SIN, inquirere.
散 SAN, dispergere, separari. 散, Vagus.
慮 LIU, cogitare, angi.
逍 SIAO, otiari, jocari.
遙 YAO distans, remotus.
欣 HIN, lætari.
奏 TSEOU, offerre, exhibere : regi significare : symphoniæ tractus.
累 LEI, vincire. 累, Superimponere. 累, Implicare.
遣 K'IEN, mittere.
慼 TSI, tristis.
歡 HOAN, lætari.

招 TCHAO, manu advocare.
渠 K'IU, magnus : ille : aquæductus.
荷 HO, nymphæa. 荷, Humeris gestare.
的 TI, clarus : scopus.
歷 LI, successiones, ordo : experiri. 歷錄, Elegantia.
園 YUEN, hortus.
抽 T'CHEOU, attrahere, avellere.
條 T'IAO, ramus, articulus.
枇 P'I, eriobotrya japonica.
杷 PA, eriobotrya.
晚 WAN, vespere, sero.
翠 TSOEI, cœruleæ plumæ.
梧 OU, sterculia platanifolia.
桐 TONG, pawlonia.
凋 TIAO, folia decidentia : flaccescere.
根 KEN, radix.
委 WEI, delegare : abjicere. 委 congregare.
翳 I, obumbrare : delere.
落 LO, cadere : statio, spatium.
飄 P'IAO, a vento agitari.
颻 YAO, a vento agitari.
遊 YEOU, vagari, deambulare.
鵾 KOEN, tetrao quidam.
獨 TOU, solus : derelictus.

honoribus augescentibus assurgas ad summum : si imminet injuria et propinquas dedecori, silvestris ora commodum prostabit. Sic duo Chou praesentientes circumstantias, resolverunt sigilli vittam nemine urgente (1). Et seorsim habitans vacivus manebis, sepultus silentio tranquillaque solitudine, et scrutans antiquitates inquires dissertationes, dissipatisque curis laetus vagaberis : et laetis admissis sollicitudines dimittentur, tristibus amandatis arridentia advocabuntur. Ibi canalitia nymphaea vivide splendescit, hortenses plantae emittunt surculos; et mespilus in serum virescit, sterculia maturius flaccescit : et vetustae radices derelictae pereunt, deciduae frondes a vento agitantur; et vagabundus tetrao solus circinat, et praetergressus tangit rubescentes aereas regiones. Concupiscens studium (2) frequentabat mercatum, et figebat oculos in peras et capsas librorum. — Incuria et levitas quod timendum; applicatur auris parieti et muro.

2. *(VICTUS, INTERIOR DOMUS, CONVIVIA, LITAMINIS RITUS, RESPONSA, HOMINUM AFFECTUS, ANIMALIUM NUTRITIO, MODUS CAVENDI CALAMITATES, COMMODUM INSTRUMENTORUM).* Præparantur cibi, inglutitur oryza, ut sequentes os repleant ventrem : ideo satur fastidit conditas victimas, famelicus satis habet floces et glumas. Cognatorum proinde et affinium, et antiquorum familiarium senes vel juniores diverse alimententur (3). — Subnuba adstans net cannabim et sericum, assistitque cultui in

---

(1) 疏廣 et 疏受 regii præceptores sub dyn. Han, ob senectutem statim abdicarunt, proprio motu.

(2) Wang t'chong 王充 e dyn. Han, pauper non poterat emere libros; adibat vendentes, et lustratum librum statim retinebat memoria. Hic adducitur in exemplum scrutandi antiquitates quærendique dissertationes.

(3) Senes enim nonnisi carnibus saturantur.

淩 Ling, transgredi.
摩 Mouo, tangere, palpare : extergere.
絳 Kiang, flammeolus color.
霄 Siao, suprema aeris regio.
耽 Tan, studere oblectamentis.
翫 Wan, spatiari : assuescere.
市 Che, forum nundinarium.
箱 Siang, capsa.
輶 Yeou, currus levis, levis.
攸 Yeou, qui : locus.
畏 Wei, timere.
屬 Chou, dependere, pertinere : 屬 Tchou, adjungere, connectere.
耳 Eul, auris.
垣 Yuen, murus humilis.
牆 T'siang, murus.
膳 Chan, fercula, cibi.

紈扇圓潔、銀燭煒煌、晝眠夕寐、藍筍象牀、弦歌酒讌、接杯舉觴、矯手頓足、悅豫且康、嫡後嗣續、祭祀烝嘗、稽顙再拜、悚懼恐惶、牋牒簡要、顧答審詳、骸垢想浴、執熱願涼、

餐 T'SAN, deglutire. 飧 SUEN, cœna.
飯 FAN, oryza cocta. 飯 FAN, comedere.
適 CHE, ire, sequi : contentus : fortuito, ecce tibi. 適 TI, judicium pertinax.
腸 T'CHANG, viscera, intestina.
飽 PAO, saturari.
飫 YU, satur.
烹 P'ENG, P'ONG, coquere cibos.
饑 KI, fames.
厭 YEN, satur : fastidire. 厭, Plenus, satisfactus.
糟 TSAO, vini fœces.
糠 K'ANG, frugum cortex.
故 KOU, causa, quia : antiquus.
舊 KIEOU, antiquus, vetustus.
糧 LEANG, alimenta, commeatus : vectigal.
妾 T'SIÉ, subnuba.
御 YU, gubernare : imperialis : adstare.
績 TSI, nere cannabim : connectere : facinus.
紡 FANG, nere : ducere sericum.
侍 CHE, assistere ad latus.
巾 KIN, velum, sudariolum : pileus.
帷 WEI, conopœum.
紈 HOAN, simplex sericum.
扇 CHAN, flabellum.
圓 YUEN, rotundus.
潔 KIÉ, purus, nitidus.

銀 YN, argentum.
燭 TCHOU, candela.
煒 HOEI, splendere, fulgor.
煌 HOANG, lucere.
晝 TCHEOU, media dies, dies.
眠 MIEN, dormire.
寐 MEI, dormire.
笋 筍 SIUN, turio bambusæ.
象 SIANG, elephas : figura.
牀 T'CHOANG, lectus.
弦 HIEN, arcus nervus, chorda.
歌 KO, cantilena.
酒 TSIEOU, vinum, convivium.
讌 YEN, convivium.
接 TSIÉ, unire : recipere.
杯 PEI, scyphus.
觴 CHANG, cyathus.
矯 KIAO, simulare : fortis : attollere.
手 CHEOU, manus.
頓 TOEN, capite percutere terram.
足 TSOU, pes : sufficere.
豫 YU, contentus : præcavere.
嫡 TI, uxor legitima.
嗣 SE, posteri, soboles.
續 SOU, succedere, continuare.
祭 TSI, sacrificium.
祀 SE, sacrificium.
烝 TCHENG, ad vaporem coquere : ignem excitare : multitudo : sacrificium hiemale.
嘗 T'CHANG, degustare : olim : sacrificium autumnale.

conopœi cubiculo (1). Sericum ventilabrum rotundum et mundum, argenteus cereus rutilat et splendet. Die cubatur, noctu dormitur super cœruleis cannulis vel eburneo lecto (2). — Fidibus cantuque instructo convivio, recipiuntur scyphi, elevantur crateres, attolluntur manus, plauditur pedibus, gestit laetitia et est prosperitas. — Filius legitimus subsequitur ut successio continuetur, inferias facit majoribus oblatione hiemali et autumnali : tunc flectit humi frontem iterumque prosternitur, timore trepidus, metuque pavidus. — Exarata epistola sit brevis et concisa, at coram responsio sit considerata et evoluta. — Corpus sordescens cogitas abluere ; tenens calentia,

(1) Subministrat ad cultum et munditiem mantilia (*pour la toilette*) in tori cubiculo.

(2) Cannulis, scilicet canneis storeis.

稽 K'i, prosternere se : 稽 Ki, examinare.
顙 Sang, frons.
拜 Pai, adorare, salutare.
悚 Song, pavere.
恐 K'ong, forsan : timere. 恐, Perpendere : dubitare.
惶 Hoang, timere, perturbari.
牋 Tsien, epistola.
牒 Tié, epistola, diploma.
答 Ta, respondere : retribuere.
審 Chen, examinare.
骸 Hiai, ossium compages.
垢 Keou, sordes.
想 Siang, cogitare.
浴 Yu, lavare corpus.
熱 Jé, calor.
願 Yuen, desiderare.
涼 Leang, aura refrigerans.
驢 Liu, asinus.
騾, 驘 Lo, mulus.
犢 Tou, vitulus.
特 T'é, solummodo : bos.
駭 Hiai, perterritus.
躍 Yo, saltare.
超 T'chao, superare.
驤 Siang, equus agitans caput et subsultans.
斬 Tsan, decollare.
賊 Tsé, latro, noxius.
盜 Tao, furari.
捕 Pou, capere, prehendere.
獲 Houo, obtinere.
叛 P'an, rebellis.
布 Pou, tela : spargere.
射 Ché, jaculari.
遼 Liao, remotus.
丸 Hoan, Wan, sphærula, pilula.
嵇 Hi, n. montis : cognomen.
嘯 Siao, sibilare.
恬 T'ien, quies, tranquillitas.
筆 Pi, pennicillus.
紙 Tche, papyrus.
鈞 Kiun, æquabile : tricessis.

驢騾犢特、駭躍超驤、
誅斬賊盜、捕獲叛亡、
布射遼丸、嵇琴阮嘯、
恬筆倫紙、鈞巧任釣、
釋紛利俗、竝皆佳妙、
毛施淑姿、工顰妍笑、
年矢每催、曦暉朗曜、
璇璣懸斡、晦魄環照、
指薪修祜、永綏吉劭、
矩步引領、俯仰廊廟、
束帶矜莊、徘徊瞻眺、
孤陋寡聞、愚蒙等誚、
謂語助者、焉哉乎也、

巧 K'IAO, solertia.
釣 TIAO, hamus, hamiota.
釋 CHE, solvere, expedire.
紛 FEN, turbare, mixtum.
俗 SOU, sæculi mores.
竝, 竝, PING, simul.
佳 KIA, bonus : pulcher.
妙 MIAO, mirus, excellens.
淑 CHOU, mitis, bonus.
姿 TSE, venustas, forma.
工 KONG, opus, opifex.
顰 P'IN, supercilium contrahere.
妍 YEN, elegans, pulcher.
笑 SIAO, ridere.
矢 CHE, sagitta.
每 MEI, quisque : semper.
催 T'SOEI, urgere, stimulare.
曦 HI, solis lux.
暉 HOEI, fulgor.
朗 LANG, splendor.
曜 YAO, solis claritas.
璇 SIUEN, gemma. 璇璣, Sphæra exhibens planetarum motum.
璣 KI, unio non rotundus.
斡 KOAN, curare : præesse. 斡, WA, volvere, gyrare.
晦 HOEI, obscurus, luna deficiens.
魄 P'É, corpus, crassior materia.

環 HOAN, annulus, armilla.
照 TCHAO, illuminare.
指 TCHE, digitus : indicare.
祜 HOU, felicitas.
永 YONG, æternus.
綏 SOEI, tranquillitas, pax.
劭 CHAO, excitare, conatus.
矩 KIU, norma, gnomon.
引 YN, ducere : inducere.
領 LING, collum : ducere : accipere.
俯 FOU, caput demittere.
廊 LANG, porticus.
廟 MIAO, fanum.
帶 TAI, zona : deferre.
矜 KING, commiserari : se jactare : sibi invigilare.
徘 P'EI, hæsitare.
徊 HOEI, 徘徊, anceps, incerte vagari.
瞻 TCHAN, aspicere.
眺 T'IAO, prospicere : intueri.
孤 KOU, solus, pupillus : frustrari.
陋 LEOU, rudis, vilis.
寡 KOA, modicus ; rarus : solus : vidua.
愚 YU, rudis, stupidus.
等 TENG, ordo : similis : expectare.
誚 T'SIAO, irridere, conviciari.

desideras refrigerare. — Asinus, mulus, vitulus, bos, terrefacti saliunt plus quam dissultans equus (1). — Eneca et detrunca latrones et fures, cape et tene rebelles perfugas. — Pou in sagittando, Leao in pila, Hi in cithara, Yuen in fistula, T'ien in pennicillo, Luen in papyro, Kiun in dexteritate, Jen in piscando, explicarunt implicata et benefecerunt sæculo, insimul omnes insignes et admirabiles (2).

3. *(CAVE A FORMOSA SPECIE, INSTA BONIS OPERIBUS, ATTENDE GRAVITATI. HIS OMNIBUS STUDE. — COMPLETUR LITTERARUM NUMERUS).* Mao et Che pulchra specie, artificiose supercilia contrahebant, et venuste subridebant (3). — Anni ut sagittae semper urgent, et solis jubar fulgore illustrat; sphæræ machina suspensa gyrat, et obscuratus discus circumiens illuminat. Si indicando ligna te perficias ad beatitudinem (4), tunc aeterna quies fauste erit incitamento. — Moderare passus et produc collum sicut demittentes et attollentes caput in xysto et fano, qui stricto cingulo, cauti modesti, reverenter incedendo cernunt et suspiciunt. — Segregatus et illitteratus pauca noscit, rudiumque stupidorumque more deridetur.

Quae vocantur dictionis auxiliares, sunt particula finalis, admirationis, interrogans et pausans.

---

(1) Hujusmodi naturæ animalia usui esse possunt, adeoque nutrienda.

(2) 呂 Liu pou ex Han, ut litigantes componeret, sagitta attigit ensis cuspidem : 宜 I leao novem pilas ita jaciebat, ut octo aerem, una manum semper occuparent : Hi k'ang 康 cythara, Yuen tsi 籍 fistula excellebant : 蒙 Mong t'ien ex Tsin, invenit pennicillum : 蔡 T'sai luen sub dynastia Han (Ho ti, 89 anno Christi) invenit papyrum : 馬 Ma kiun fecit automata : Jen kong 公 hamiota erat, quem Tchoang philosophi apologus finxit, quinquaginta bobus in illicium adhibitis, immanis molis piscem cepisse, et sic totam pavisse conregionem.

(3) Mao t'siang 嬙 et 西 Si che, licet tam venustæ, adhuc etiam artificio utebantur ; homo facile capitur.

(4) Dies et noctes invicem urgentur : ideo instanter perfectioni operandum. Tchoang tse ostendebat ex lignis consumptis ignem excitari : ita, si studeas perfectioni, annis consumptis, æterna felicitas superaddetur.

謂 Wei, dicere, alloqui.
助 Tchou, auxiliari.

焉 Yen, quomodo ? particula finalis.
也 Yé, particula finalis.

神童詩

天子重英豪、文章教爾曹、
萬般皆下品、惟有讀書高、
少小須勤學、文章可立身、
滿朝朱紫貴、盡是讀書人、
學向勤中得、螢牕萬卷書、
三冬今足用、誰笑腹空虛、
自小多才學、平生志氣高、
別人懷寶劍、我有筆如刀、
朝爲田舍郎、暮登天子堂、
將相本無種、男兒當自强、
學乃身之寶、儒爲席上珍、
君看爲宰相、必用讀書人、
莫道儒冠悞、詩書不負人、
達而相天下、窮亦善其身、
遺子滿籯金、何如教一經、
姓名書錦軸、朱紫佐朝廷、

豪 HAO, præclarus, heros, superans centum homines.

般 PAN, modus : migrare : moveri. 般 P'AN, lætari : vagari.

品 P'IN, gradus, ordo : regula, exemplar.

牕 T'CHOANG, fenestra.

卷 KIUEN, libri volumen. 卷, Glomerare, convolvere.

腹 FOU, venter, interiora.

刀 TAO, cultrum.

暮 MOU, vesper.

種 TCHONG, semen : fruges chordæ. 種, Seminare.

儒 JOU, litteratus.

看 K'AN, videre.

悞 OU, errare, decipere.

姓 SING, cognomen.

錦 KIN, tela serica floribus contexta.

軸 TCHOU, axis : numerale picturarum.

IN PERINGENIOSUM PUERUM CARMEN.

1° Litterarum præstantia. 2° Diligentia sola requiritur. 3° Imperio, sibi, soboli profutura. 4° Formatur, accedit, subit examen, fit licentiatus, fit doctor, et recreat parentes. 5° Fit academicus et aguntur festa. 6° Redit, offendit per viam amicos, ducit sponsam. 7° Domi agit anni tempora. 8° Domi fruitur anni floribus. 9° Vitam per annum ducit felicem.

1° Cœli filius aestimat eruditione praestantes; porro litteraria scriptio erudiet vos : cujusvis generis omnia inferioris sunt ordinis, tantum extat studere libris excelsum. Junior puer debes incumbere studio, cum elegans scriptio possit elevare personam : replentes regiam coccinati purpuratique nobiles, omnes sunt studentes litteris homines.

2° Scientia in diligentiae medio reperitur, cum vigilanda sint decem mille volumina librorum (1) : trimestris hiems porro sufficit ad rem (2) ; quis ergo irridebit mente te esse vacuum? Si a pueritia alescat eruditio et scientia, tota vita animi sensus elevabitur : alii homines accingant pretiosum ensem, mihi erit pennicillus pro gladio. Mane existens rusticae familiae filius, vespere ascendit cœlestis filii aulam : ducum ergo ministrorumque proprie non extat semen, masculus puer debet ipse niti.

3° (*Imperio*) Scientia est personae thesaurus, litteratura est mensam supra onyx (3) : domine, viden', creandi supremi ministri, profecto adhibentur studiosi litterarum viri. (*Sibi*) Neque dicas litterati pileolum fallere ; humaniores litterae non frustrantur hominem : promotus quidem adjuvabit imperium ; derelictus, aeque perficiet suam personam. (*Posteris*) Relinquere filio plenis cistis aurum, qui valebit docuisse unius classis librum (4) ? Cognomen nomenque inscribetur sericis involucris (5), et coccinatus purpuratusque adjuvabit regiam curiam.

---

(1) Lampyridum fenestra (螢牕), ob eum, qui oleo destitutus, ad illuminatam a cicindelis fenestram noctes vigilabat, translatum ducit sensum.

(2) Antiquitus nonnisi hieme studebatur, cum agricultura quiesceret.

(8) Olim tabella onychina erat invitationis regiæ, et visitationum nobilium schedula.

(4) Olim examina ab uno ex præcipuis libris habebant varios gradus.

(5) 軸 Bacillum, cui glutinatæ chartæ convolvuntur.

古有千文義、須知後學通、
聖賢俱間出、以此發蒙童、
神童衫子短、袖大惹春風、
未去朝天子、先來謁相公、
年紀雖然小、文章日漸多、
待看十五六、一舉便登科、
大比因時舉、鄉書以類升、
名題仙桂籍、天府快先登、
喜中青錢選、才高壓俊英、
螢牕新脫迹、鴈塔淡書名、
年少初登第、皇都得意回、
禹門三級浪、平地一聲雷、
一舉登科日、雙親未老時、
錦衣歸故里、端的是男兒、
玉殿傳金榜、君恩賜狀頭、
英雄三百輩、隨我步瀛洲、

衫 Chan, subucula, vestis simplex.
袖 Sieou, manica.
惹 Jé, provocare.
未 Wei, nondum.
謁 Yé, ire salutatum.
然 Jan, ita, attamen.
漸 T'sien, paullatim.
待 Tai, expectare : tractare.
便 Pien, commodum, opportunum : statim.
科 K'o, series, gradus : examen.
鄉 Hiang, oppidum 12500 familiarum.
類 Lei, species : similis.
升 Cheng, ascendere : decima modii pars.
題 T'i, libri titulus, inscriptio, thema.
快 K'oai, celer : lætus.
選 Siuen, eligere. 選, Eligere ad dignitatem.
壓 Ya, opprimere, subigere.
脫 T'ouo, auferre : evadere : exuere, solvere.
塔 T'a, turris.
第 Ti, ordo : duntaxat.
回 Hoei, redire.
浪 Lang, fluctus.
里 Li, pagus 25 domuum : stadium 360 passuum.
榜 Pang, tabula, elenchus licentiam et doctoratum adeptorum.
賜 Se, inferiori largiri.
狀 Tchoang, forma, figura. 狀元, Academiæ princeps.
輩 Pei, gradu similes, ordo.
瀛 Yng, pelagus. 瀛洲, Insula a spiritibus habitata.
洲 Tcheou, parva insula : magna continens.
慷 K'ang, magnanimus.
慨 K'ai, compati : magnanimus.
丈 Tchang, decempeda : seniorum appellatio.
岧 T'iao, altus.
嶢 Yao, elevatus.

4° Antiqui habebant mille litterarias eruditiones, quas scito posterioribus discipulis callendas : sancti sapientesque omnes identidem exorti, per eas erudierunt rudes pueros. Peringeniosi pueri est toga curta (1), at manicae largae provocant vernam auram (2) ; antequam it invisere cœli filium, prius venit salutare adjutorem ministrum. Annorum aetas licet ita parva, litteraria eruditio in dies sensim gliscit : expecta et videbis, decimo quinto vel sexto, prima promotione statim ascensurum gradum (3). Magnum periculum juxta tempora factum, patriae suffragium juxta classes datum ; nomen inscribitur «Immortalium Osmanthi» codice (4), et in regio archivio gaudet prior ascendere. (*Doctor*) Gaudet ferre cuprei teruncii selectum (5), dotumque celsitate vincit praestantiora ingenia : e vigili schola nuper eduxit vestigia, et jam «Anseris» turri decolor inscribitur nomen (6). Ætate juvenis modo adeptus gradum, e regia urbe compos voti redit ; Yu men (7) trinum ascendisse fluctum, plana regione tota fama tonat. Primo concursu ascendendi gradum die, tunc duo genitores nondum senuerant ; variegatis vestibus redibit paternam domum, explorate scilicet est masculus juvenis (8).

5° (*Academicus*) Augusta aula proclamatur aureus elenchus (9), principisque gratia concedit academicum primatum : praestantissimi dotibus tercenti viri, sequentes me gradiuntur ad immortalium sedem (10). Generosi

---

(1) Toga simplex exterior.

(2) Litterato modo incedit, et juxta morem, ministrum adit examen licentiæ subiturus.

(3) 科 Gradum seu ordinem : siquidem examen complectebatur varios gradus, seu ordines, seu, uti dicimus, facultates. Ante concertationem debebat quis consequi suffragium in patria, quod ferebatur juxta civium classes.

(4) Examen fiebat cum osmanthus floret.

(5) Grati populares cuidam præfecto discedenti obtulerant singuli 200 sapecarum donum : ille recipere nolens, ab unoquoque selegit optimam unam.

(6) Nomen turris, qua sine colore Doctorum (Tsin che) inscribebantur nomina : minio autem nomen supremorum ducum ministrorumque notabatur.

(7) Locus est, quem fluctus magnus irrumpit : eum transivit triplicem, seu lauream, licentiam et doctoratum.

(8) *Assurément c'est un homme.*

(9) Nomina academicorum (Han lin) scribuntur litteris aureis.

(10) Thronus imperialis.

慷慨丈夫志、生當忠孝全、
爲官須作相、及第必爭先、
宮殿岧嶤聳、街衢競物華、
風雲今際會、千古帝王家、
日月光天德、山河壯帝居、
太平無以報、願上萬年書、
久旱逢甘雨、他鄉遇故知、
洞房花燭夜、金榜掛名時、
土脉陽和動、韶華滿眼新、
一枝梅破臘、萬象漸回春、
柳色侵衣緑、桃花映酒紅、
長安遊冶子、日日醉春風、
數點雨餘雨、一番寒食寒、
杜鵑花發處、血淚染成丹、
春到清明好、晴天錦繡紋、
年年當此節、底事雨紛紛、

聳 Song, altum prominens : exhortari.

街 Kiai, quadrivium.

衢 K'iu, via, compitum.

際 Tsi, occasio : conjungi : terminus, ora.

報 Pao, retribuere : par pari reddere : annuntiare.

旱 Han, siccitas.

他 T'a, ille, alius.

遇 Yu, occurrere : hiemalis regulorum clientela.

脉 Mé, vena, venæ pulsus.

眼 Yen, oculus.

破 P'ouo, rumpere, findere.

臘 La, sacrificium post hiemale solstitium. 臘月, Ultima luna.

侵 Tsin, usurpare, invadere. 大侵, Quinque frugum penuria.

緑 Lou, viridis.

桃 T'ao, persicus.

醉 Tsoei, ebrius.

點 Tien, punctum. 點, Inficere, maculare.

番 Fan, mutare : vices.

鵑 Kiuen, cuculus. 杜鵑花, Azalea.

血 Hiué, sanguis.

淚 Lei, lacryma.

到 Tao, pervenire.

清 T'sing, purus, nitidus.

晴 T'sing, sudum, serenum.

繡 Sieou, acu pingere.

底 Ti, fundus : pervenire : *et in poesi*, ecquid?

閣 Ko, tabulatum : 內閣, regium consilium.

昏 Hoen, obscurus.

開 K'ai, aperire : incipere.

芰 Ki, trapa bicornis.

霽 Tsi, cessatio pluviæ, serenitas post pluviam.

送 Song, abeuntem comitari : offerre dona.

strenuique herois animus, natus profecto fidelitati pietatique adimplendae : agens magistratum oportet assurgat minister, subiensque gradus debet competere primas. (*Festa quæ sequuntur*) Palatia aulae excelso fastigio eminent, viarum compita certatim ornatu splendent; princeps et subditus nunc simul convenerunt (1), remotae antiquitatis regum diceres familiam. Ut sol et luna splendent regiae virtutes, ut montes et fluvii superbit imperatoris habitatio : summa pace, deest quo gratias habeat, vult offerre laudum et ominum libellum.

6° Diuturna siccitas nacta est dulcem pluviam, aliisque terris offendit antiquos amicos; intimis aedibus florei cerei nox (2), est, quo aureus elenchus suspendit nomina, tempus.

7° (*Ver*) Terrae venis vernus humor movetur, lenisque viror tota conspicione novatur : ille pruni ramus rumpit decembre gelu, totaque natura sensim vergit in ver. Salicis colore invadente, vestis viridatur (3), persicique flore reflectente, vinum rubescit : regia urbe vage spatiantes heri (4), quotidie inebriantur ad vernam auram. Paucas guttas pluent jam reliquae pluviae, et vix erit frigidarum dapum frigus (5); et azaleae gemmantis locum, sanguinea lacrima illiniens efficit rubentem. Ver attingens serenitatis tempus, pulchrum est, sudumque cœlum variegatis cirris crispat : quotannis per istud tempus, qua causa imbres tam effuse cadunt? —

---

(1) Nubes sequitur draconem, ventus sequitur tigrim, ait Mutationum liber : hinc nubes et ventus imperatorem ministrumque designant, quorum draco et tigris sunt emblemata.

(2) Nuptiarum nocte, rubra candela dracone et phœnice picturata, infixis floribus ornabatur.

(3) Vestis transeuntium, compotantium vinum.

(4) Tchang ngan erat regia metropolis sub dynastia Han occidentali, in præsens 西安府.

(5) 寒食, seu 禁烟節, nempe tres dies ante T'sing ming 清明, cum frigidi cibi manducabantur. Fuit enim olim regulus 晉文公, qui, ut fugientem præfectum 介之推 recuperaret, monti ignem ingessit; sed præfectus combustus quin prodiverit : regulus rem dolens, ea die ignem accendi prohibebat, et dapes pridie coctas comedebat : hinc mos omnibus invaluit. T'sing ming est 150 dies post solstitium.

風閣黃昏後、開軒納晚凉、
月華當戶白、何處芰荷香、
一雨初收霽、金風特送凉、
書牕應自爽、燈火夜偏長、
庭下陳瓜果、雲端望綵車、
爭如郝隆子、只曬腹中書、
九日龍山飲、黃花笑逐臣、
醉看風落帽、舞愛月留人、
昨日登高罷、今朝再舉觴、
菊花何太苦、遭此兩重陽、
北帝方行令、天晴愛日和、
農工新築土、共慶納嘉禾、
簾外三竿日、新添一線長、
登臺觀氣象、雲物喜呈祥、
冬去更籌盡、春隨斗柄回、
寒暄一夜隔、客鬢兩年催、

爽 Choang, clarus, apertus : excitatus, expeditus.
燈 Teng, laterna, lucerna.
瓜 Koa, cucurbita.
望 Wang, plenilunium : sperare, intueri.
只 Tche, duntaxat.
曬 Chai, insolare.
飲 Yn, bibere. 飲, Potum dare.
帽 Mao, pileus.
舞 Ou, tripudiare : excitare.
留 Lieou, relinquere : detinere : morari.
昨 Tso, heri.
罷 Pa, cessare, finire.
菊 Kiu, chrysanthemum.
遭 Tsao, occurrere.
築 Tchou, pavire, tundere.
共 Kong, simul. 共, Reverentia externa.
禾 Houo, fruges.
簾 Lien, transenna arundinea.
竿 Kan, virga, hastile arundineum.
添 T‘ien, augere, superaddere.
線 Sien, filum.
呈 T‘cheng, offerre, exhibere.
祥 Siang, faustitas, fortuna.
籌 T‘cheou, supputare, frusta arundinea ad supputandum.
斗 Teou, modius : constellatio.
柄 Ping, manubrium : auctoritas.
暄 Hiuen, temperatum, solis calor.
隔 Ko, intercludere.
客 K‘o, hospes, advena.
鬂, 鬢, Pin, capilli circa tempora.
斜 Sié, obliquus.
豔 Yen, venustus.
院 Yuen, claustrum : collegium, academia.
曉 Hiao, aurora : percipere, clarus.
濕 Che, humidum, madefactum.
妃 Fei, regiæ subnubæ.
妝 Tchoang, ornatus : dos muliebris.

(*Aestas*) In aërea contignatione post crepusculum, aperto xysto recipitur serotina aura; lunae splendore perculsae valvae albescunt, et undenam ista trapae et nelumbii fragrantia (1)? — (*Autumnus*) Jam pluvia cœpta cessari, serenatur, et occiduus ventus (2) potissimum apportat auram : vigiliarum museum natura ipsa renidet (3), et ad lucernam vigilandae noctes obstinant prolongari. — (7° *Die* 7^{ae} *lunæ*) Dum aulam ante exponuntur cucurbitae et fructus, et nubes inter suspicitur nuptialis currus (4), ego velim sicut Ho long tse tantum insolare memoriae mandatos libros (5). — (9° *Die nonæ lunæ*) Nono die, cum ad draconis montem bibitur (6) et chrysanthemum irridet dejectum praefectum (7), ebrio mihi aspicienti ventus demittat pileum, et tripudians amo ut luna detineat homines. Hesterni diei scansione in altum finita, hodierno mane iterum elevantur scyphi; at chrysanthemum cur tam miserum, cum offenderit istud repetitum nonae nonum? — (*Hiems*, 10^{a} *luna*) Borealis Semo incipit emittere jussa, cœlo sereno amatur solis calor : agricolarum labor denuo componit solum, invicem gratulantes accepisse optimam messem. — Transennam extra tribus perticis elevatus sol, modo addit penso unius fili longitudinem (8) : ascendendo turrim video aetheris aspectum, et aetherea entia gaudeo offerre bonum omen.

8° Hieme abeunte vigiliarum tessellae exhaustae sunt (9), et vere subsequente Modii manubrium vertitur (10) : frigus et tepor eadem nocte

---

(1) Binæ litteræ, 菱 et 荷, solent sociari, quod plantas designant æque in stagnis ali solitas.

(2) Aurum et lignum, ignis et aqua, denotant O et E, S et N, terra denotat medium. Occiduus ventus, autumnalis scilicet.

(3) Autumno bene studetur, cum museum hilarescit.

(4) Duo sidera 牛 et 女 ea die occurrunt simul, ut ad viam lacteam mutent locum : id habetur ut matrimonii symbolum, ideoque offeruntur iis Diis edulia.

(5) Omnes tunc exponunt vestes etc.; ille nil habens exponit se.

(6) Quidam olim ad vicinum draconis montem aufugiens, impendentes domui calamitates vitavit : hinc scansio hujus montis effugium calamitatis significat.

(7) 孟嘉 famosus litteratus, sed non fortunatus præfectus; pileum amisit quin senserit, unde omnes irriserunt.

(8) Post solstitium hiemale, sol serius occidens, altior apparet extra textas fenestræ crates, sinitque acu pingentem adhuc unum filum suo impendere penso.

(9) Media scilicet nox est.

(10) Modii manubrium est majoris Ursæ cauda, quæ sinensis modii figuram refert.

解落三秋葉、能開二月花、過江千尺浪、
入竹萬竿斜、人在艷陽中、桃花映面紅、
年年二三月、底事笑春風、院落沉沉曉、
花開白雪香、一枝輕帶雨、淚濕貴妃妝、
枝綴霜葩白、無言笑曉風、清芳誰是侶、
色間小桃紅、傾國姿容別、多開富貴家、
臨軒一賞後、輕薄萬千花、牆角數枝梅、
凌寒獨自開、遙知不是雪、惟有暗香來、
柯榦如金石、心堅耐歲寒、平生誰結友、
宜共竹松看、居可無君子、交情耐歲寒、
春風頻動處、日日報平安、春水滿泗澤、
夏雲多奇峰、秋月揚明輝、冬嶺秀孤松、
詩酒琴棋客、風花雪月天、有名閒富貴、
無事散神仙、道院迎僊客、書堂隱相儒、
庭栽棲鳳竹、池養化龍魚、春遊芳草地、
夏賞綠荷池、秋飲黃花酒、冬吟白雪詩、

綴 Tchoei, connectere : coloribus aspergere.
葩 P'a, florum nitor.
芳 Fang, fragrantia.
侶 Liu, collega, socius.
暗 Ngan, tenebrosus, occultus.
榦 Kan, arboris truncus : tabulæ inter quas muri terrei ædificantur.
耐 Nai, patientia, sufferre.
頻 P'in, multoties.
保 Pao, protegere, custodire.

泗 Se, fluvius in Chan tong : mucus.
峯 Fong, montis assurgentes apices, saxorum projecturæ.
輝 Hoei, splendens, fulgor.
嶺 Ling, montana semita : pervium jugum.
秀 Sieou, amœnus, florens.
迎 Yng, occurrere.
栽 Tsai, plantare.
棲 Si, avium quies, subsidere.

intercipiuntur, et hospitum crines duo anni ad canitiem urgent. — (*Ventus*) Sciens excutere trimestris autumni folia, potest aperire secundae lunae flores ; pertranseunte fluvium, fiunt mille pedum fluctus, ingrediente arundinetum, mille cannae obliquant. — (1. *Persici flos*) Homines sunt in pulchri influxus medio, persicique flores reflectentes augent vultus ruborem : quotannis secunda et tertia luna, qua causa subrident vernae aurae ? — (2. *Armeniacum*) Claustri spatia profunde dilucescunt, floresque effundunt candidae nivis fragrantiam ; en ramus levem portat pluviam, et lacrimae madefaciunt nobilis sponsae ornatum. — (3. *Pyrus*) Ramus aspersus pruinae floribus albescit, et mutus subridet matutinae aurae ; purâ fragrantiâ quis erit socius ? Color intercidit tenelli persici rubrum. — (4. *Pæonia*) Prosternens regna formosus vultus secernitur (1), et frequens aperitur divitum nobiliumque familiis ; postquam innixus fenestrae rex semel laudaverit, flocci facit omnes alios flores. — (5. *Prunus*) Ad muri cornu aliquot ramorum prunus, despecto frigore sola ipsa hiat ; quod eminus scias non esse nivem, nonnisi quia occulta fragrantia venit. Rami et truncus sicut metallum lapisque, cor firmum supportat anni frigora : consuetudine vitae quicum jungit amicitiam ? Profecto cum bambusa et pino videbis. Habitatio qui potest carere tali sapiente (2), qui unito ingenio suffert anni frigora ; vernaeque aurae continue spirantis locis, quotidie dicit prosperam salutem. Veris aquae implent Se lacum, aestatis nubes variant miras expressiones, autumni luna profert micantem splendorem, hiemis montes exornant solitariam pinum.

9° Poesis, vini, lyrae et latrunculorum amans, in venti, florum, nivis lunaeque diebus, habens famam, est vacivus dives, et vacans negotiis, est liber Genius. In Rationis cœnobio, est offendens Genios hospes, in litterario museo est celans ministrum litteratus ; pro aula plantatur consistens phœnicem bambusa, piscina alit convertendos in draconem pisces. Vere spatiatur per odorarum plantarum loca, aestate delectatur viridantium nelumbiorum stagnis, autumno bibit chrysanthemi vinum, hieme cantat candidae nivis poema.

---

(1) Formosus vultus prosternit regna : nunc sub hujusmodi vultus symbolo designatur pœonia moutan.

(2) Hoc sapientis nomine appellatur bambusæ species : quæ, ingruente vento, se inclinans, inquilinos dicitur salutare.

大學

大學之道、在明明德、在親民、在止於至善。

大 Ta, magnus, ampliare. 太 T'ai, magnus : nimis.

學 Hio, discere, studium, schola.

之 Tche, nota genitivi, articuli, passivi : is : ire. *Radix* 4.

道 Tao, ratio, via : lex, ordo. 道, dicere : 導, regere.

在 Tsai, inesse, penes esse.

明 Ming, claritas, illuminare.

德 Té, facultas, vis : virtus.

親 T'sin, parentes, consanguinei : diligere : proximare. 親 家 Duorum conjugum cognati.

民 Min, populus : civis absque muniis. *R.* 83.

止 Tche, sistere : solum.

於 Yu, a, ad, in, quoad, præ. Ou 嗚, heu !

至 Tche, pervenire, adusque : summum, apex.

善 Chan, bonum. 善, Bonum existimare. *R.* 30.

---

(1) In sinica syntaxi nomen adjectivum præcedit substantivum; si enim subsequatur, jam est attributum, verbi copulâ, quod sæpe fit, subauditâ : ex. gr. 惡人 improbus homo, 人惡 homo est improbus. Item nominis regimen, seu simplex seu compositum sit, nomen ipsum præcedit : particula autem 之, hic genitivi, cui ancillatur, est nota.

(2) Notum est sinicam orationem litteris constare, aut solidis (實字) seu orationi essentialibus, aut vacuis (虛字) seu meris particulis; solidas autem in vivas (活字) seu verba, et mortuas (死字) seu nomina subdividi. At eadem littera, quod imprimis notandum est, modo nominis, modo verbi subit vices, et sic illud 明 bifariam hic efferri, facile ipse perspicies : tales imo litteras sub hac mutatione invenire est, quæ magis ab illa alienæ viderentur ; ut cum de bonziis dixit Han yu (韓愈) tersissimus sub decima tertia dynastia

MAGNA SCIENTIA.

Caput hoc, quod a magna, seu, ut ait interpres, adultorum scientia inscribitur, ex Rituum memoriali extractum, continet Confucii documentum, a discipulo Tseng tse 曾子 propositum atque explanatum. Decem sunt puncta, quorum tria præcipua a septem aliis evolvuntur. Debet scilicet vir 1° renovare se, 2° renovare alios, et 3° utrumque perfecte : adeoque 4° rei cardini attendere, 5° cognoscere bonum, 6° serio velle, 7° corrigere passiones, 8° ordinare familiam, 9° componere regnum, 10° sedare imperium.

Magnae scientiae ratio (1) consistit in illustrando intelligentem facultatem (2), est in renovando cives (3), est in sistendo in summa honestate (4).

---

scriptor, 人其人, homines reddendos hujusmodi homines. Item inter plures solidas vacuasque litteras, ultro citroque datur permeatio, ut sæpe postmodum exemplis patebit. In his tamen nil temere audendum.

(3) Verbum substantivum triplex est : aliud enim copulat, uti 是, 爲; aliud est neutrum, uti 有; aliud, 在, usurpatur cum agitur de loco : est ergo 在 *esse in*. 親 Habetur uti mendum, et corrigitur 新 *novus*, vel ut hîc, *renovare* : ceterum plura in litterariis libris occurrunt librariorum menda, quæ Sinæ religioni sibi ducunt expungere, adeoque servant in textu, corrigunt in notis. — 民 vel significat populum, vel privatum civem, vel, ut hîc accipitur, homines generatim : est autem verbi regimen. Verbum præcedit semper nominativus, subsequitur ordinarie accusativus : elegantiæ tamen causa, regimen aliquando ponitur ante verbum, ut suo loco annotabimus.

(4) 於, seu, quod idem est, 于, frequentissimi usus particula, 1° est præpositio, et significat *in* : 2° fit nota passivi, et significat *a* : 3° innuit objectum, et significat *quoad* : 4° servit comparativis, et significat *præ*. — Nota etiam illud 至善 : prima vox hîc est adjectivum, *summus* ; alias erit verbum, *pervenire* ; alias locum tenebit præpositionis, *usque, quoad* : altera alias erit adjectivum, *bonus* ; hîc est substantivum, *bonum*, innuiturque summa actionum cum recta ratione conformitas.

知止而后有定、定而后能靜、靜而后能安、安而后能慮、慮而后能得、物有本末、事有終始、知所先後、則近道矣、古之欲明明德於天下者、先治其國、欲治其國者、先齊其家、

知 TCHE, scire. 智, Sapiens. *R.* 111.

而 EUL, et, et tamen : tu : particula auxiliaris.

后 HEOU, rex, regina. 後, Postea.

有 YEOU, habere : extare. 又, Adhuc, ultra. *R.* 74.

定 TING, fixum, stabilire, determinare.

能 NENG, posse, aptus. T'AI, 三能 vel 三台, tres stellæ ad Ursæ calcem. *R.* 130.

靜 TSING, quiescere : immotus.

安 NGAN, pax, tranquillare : quomodo? *R.* 40.

慮 LIU, perpendere, anxie considerare : multitudo. *R.* 61.

得 TÉ, obtinere.

物 OU, res, entia. 旀, Flammula seu vexillum bicolor.

本 PEN, radix, fundamentum.

末 MO, extremitas : haud. *R.* 75.

事 CHE, negotium : servire, operari. *R.* 6.

終 TCHONG, finis.

始 CHE, principium. 始, Tunc, vix, modo.

所 SOUO, qui : locus. *R.* 63.

先 SIEN, ante. 先, Antehabere.

後 HEOU, postea. 後, Posthabere.

則 TSÉ, ergo, exinde, statim : lex, exemplar. *R.* 18.

近 KIN, prope, vicinus : fere. 近, Appropinquare : propiorem facere. 近 KI, age, jam.

矣 I, particula finalis, auxiliaris.

古 KOU, antiquus. *R.* 30.

欲 YU, velle.

天 T'IEN, cœlum. *R.* 37.

下 HIA, infra. 下, Descendere. *R.* 1.

者 TCHÉ, nota participiis, adjectivis et explicandis litteris postponi solita. *R.* 125.

治 TCHE, regere, rite administrare. 治, Rite componi.

其 K'I, ille. KI, particula finalis. 其 KI, auxiliaris. *R.* 12.

國 KOUO, regnum.

齊 T'SI, æqualis, compositus. TCHAI 齋, purum, : jejunium. TSI 劑, æqualiter partiri. TSE 齍, vestium limbus.

家 KIA, domus, familia.

(1) 而 est conjunctio, sed copulat cum quadam oppositione, *et tamen*, *autem*, vel cum quadam illatione, *et sic* : omnino significat *tamen*, cum consequitur

Cognosce terminum sistendi, et tunc habebis quid determinatum (1) : determinator, et tunc poteris tranquillari; tranquilleris, et tunc poteris conquiescere; conquiesce, et tunc poteris media perpendere; perpende, et tunc poteris assequi terminum (2). Res habent principale et secundarium (3); actiones habent finem et principium (4) : scito quod praemittendum postponendumve, jamque propinquas perfectionem (5). Antiqui volentes expolire rationalem facultatem in imperio, prius recte administrabant suum regnum (6); volentes recte administrare suum regnum, prius ordinabant

---

adversativam *quamvis* : specialia autem sunt illa 已 而 desine jam, 而 今 而 後 et nunc et postea. — Imprimis vero nota translationem illam in confusione verborum positam, 后 pro 後 : solemne enim Sinis est in pluribus litteris alteram pro altera adhibere, ut in adverso etiam vocum syntagmate passim erit videre.

(2) Juvat Sinas gradatio ab ipsis 連 文 appellata : luculentum hujus figuræ hic habes exemplum, quod exploratius alterum mox excipiet.

(3) Uti arbor radicem 本 et ramos 末. Nota in duplici vocabulo metaphoram : sed et illud nota, nil Sinis usitatius, quam conjunctiones copulativas supprimere. Ego vero illas supplere non omittam, ne obstructa hærescat oratio, cum præsertim tale sit additamentum, quod oculos fallet nullius.

(4) Sic perficere se est principale, renovare alios vero secundarium : cognoscere terminum est principium, assequi est finis.

(5) 所 est pronomen relativum, sed non adhibetur nisi ut regimen verbi activi, poniturque inter subjectum verbi, si est, et verbum ipsum; v. g. 我 所 說 quod ego dico : certe verbum præcedere debet, ut in textu, *scito quod præmittas quodve postponas*, et nunquam usurpatur uti verbi activi subjectum. 先 et 後 sunt generatim præpositiones aut adverbia; sed hic sunt verba. — 則, quatenus simplex particula, est illativa, *tunc*, *igitur*, et indicat unum ab altero defluere. — Particula 矣 est mera finalis.

(6) 之 non modo est nota genitivi vel adjectivi et passivi; sed etiam, quod imprimis hic notandum penitusque memoriæ mandandum, sequitur passim nominativum, et est articulus; sive nominativus sit simplex, 古 之 *les anciens*, 人 之 *l'homme;* sive sit compositus, 天 命 之 cœli numen ; sive participium, 學 者 之 studentes; sive participium cum suo regimine, 主 之 者 之 dominans his; sive etiam pronomen, 此 之 hoc. — Hinc jam patet, particulam 者, verbis junctam, denotare participium : sed illud etiam notatu quam quod maxime dignum est, ab ea terminari phrasim incidentem, ut habes in textu luculenter,

欲齊其家者、先脩其身、欲脩其身者、先正其心、欲正其心者、先誠其意、欲誠其意者、先致其知、致知在格物、物格而后知至、知至而后意誠、意誠而后心正、心正而后身脩、身脩而后家齊、家齊而后國治、國治而后天下平、自天子以至於庶人、壹是皆以脩身爲本、其本亂而末治者否矣、其所厚者薄、而其所薄者厚、未之有也、

脩 SIEOU, caro sicca. 修, Componere, restaurare. *R*. 130.
身 CHEN, corpus, persona.
正 TCHENG, rectus. 正, Domus frons : prima luna : scopus. *R*. 77.
心 SIN, cor, animus.
誠 T'CHENG, veritas, naturalis rectitudo.
意 I, intentio, cogitare.
致 TCHE, ad summum adducere : occasionem præbere : offerre. *R*. 133.
格 KO, pervenire : intelligere : commovere : norma. Obstruere, separare. HÉ, pertinax.
平 P'ING, æqualis, uniformis, æquare. P'IEN P'IEN, complanatus.
自 TSE, ex : ipse : per se, ultro sine conamine.
子 TSE, filius : magister, dominus : baro : littera horaria.
以 I, uti, per : ad, ut : juxta, secundum : usque, in. *R*. 9.
庶 CHOU, multitudo : prope, fere.
人 JEN, homo.
壹 I, unus. *R*. 33.
是 CHE, esse : is, hujusmodi.
皆 KIAI, omnes, simul. *R*. 106.
爲 WEI, esse : facere : gerere, exercere. 爲, Pro, ad, juvare.
亂 LOAN, perturbare. Ordinare.
否 FEOU, non ita. PI, malus. P'I, occludere.
厚 HEOU, crassus, spissus : magnifacere, opipare.
薄 PO, tenuis, parce, parvifacere.
未 WEI, nondum : littera horaria. *R*. 75.
也 YÉ, littera finalis : etiam. *R*. 5.

(1) Gradatio, quæ hucusque procedit in ordine intentionis, mox recurret in ordine executionis.

(2) 治, superius primo tono, *recte administrare ;* hîc tertio tono, est *rite componi*, effectus rectæ administrationis.

suam familiam; volentes ordinare suam familiam, prius componebant propriam personam; volentes perficere se ipsos, prius correxerunt proprium cor; volentes corrigere proprium cor, prius direxerunt suas intentiones; volentes dirigere suas intentiones, prius promoverunt proprias cognitiones: promovere cognitiones consistit in perscrutando res (1). Res perscrutantur, et tunc cognitio fit summa; cognitio summa, et tunc voluntates diriguntur; voluntates diriguntur, et tunc cor corrigitur; cor corrigitur, et tunc persona perficitur; persona perficitur, et tunc familia ordinatur; familia ordinatur, et tunc regnum componitur (2); regnum componitur, et tunc imperium tranquillatur (3). A cœli filio usque ad plebis homines, ad unum omnes habeant perficere se tanquam principale (4): quod ipso principali subverso, nihilominus secundarium rite componatur, nequit esse; aliquem, quod bene tractandum, leviter tractare, et nihilominus eum, quod leviter tractandum, bene tractare, nondum id extitit (5).

---

(3) 天下, quod cœlo subest, dicitur imperium, ob ejus immensitatem: 天子, cœli filius, dicitur imperator, quod imperium cœlitus conferatur.

(4) 以, inter alia significat, ut hîc, termini connexionem, *usque, in*: sic 自漢以來 ab Han usque adhuc, 自今以後 jam nunc in posterum: unde 以至於 idem est ac 至於. Cum 爲 vero copulatum, sive continua sive interpolata sint, 以 significat *existimare, sumere in, habere pro*. 壹是 seu 一切, peræque omnes: 皆, juxta ac 俱, 咸 et 都, quæ multitudinem denotant, postponi debet, et quotquot præcedunt veluti complectens, significat *omnes simul*: 庶 vero, æque ac 衆, 諸 et 多, quæ etiam multitudinem denotant, debent anteponi.

(5) 矣 et 也, æque finales particulæ, æque respondent particulæ 者: in eo autem, si quod est, cernitur discrimen, quod 矣 adhibeatur, cum res, ut hîc, nude asseritur; 也 vero, cum aliquid explicatur. — Illud 之有, idem ac 有之, *habetur, existit*.

Comprehendere res, perficere intelligentiam, dirigere intentionem, corrigere cor, seipsum ordinare, constituunt rationalis naturæ cultum; recte instituere familiam, regnum et imperium, constituunt populi renovationem: illud radix, hoc rami, ex radice succus in ramos diffunditur.

Huc usque Confucii oraculum, quod doctor Tseng variis auctoritatibus jam suscipit illustrandum.

○康誥曰、克明德
大甲曰、顧諟天之
明命、帝典曰、克明
峻德、皆自明也、
○湯之盤銘曰、苟
日新、日日新、又日
新、康誥曰、作新民、
詩曰、周雖舊邦、其
命維新、是故君子
無所不用其極、
○詩云、邦畿千里、
惟民所止、詩云、緡
蠻黃鳥、止於丘隅、

康 K'ANG, tranquillitas.

誥 KAO, mandatum, monitio.

曰 YUÉ, fari : particula explanans.

克 K'E, K'O, posse : domare, subjicere. *R.* 10.

甲 KIA, cycli littera, primus : lorica.

顧 KOU, intendere : caput vertendo intueri : porro.

諟 CHE, regere : examinare : hic.

命 MING, mandatum : cœli numen : vita. *R* 30.

帝 TI, dominator.

典 TIEN, regula, institutum. *R.* 12.

峻 SIUN, excelsus, eminens : arduus, periculosus.

湯 T'ANG, jusculum, aqua calida. 湯, Calida adurere. CHANG 湯湯, aqua magna.

盤 P'AN, pelvis : lætari.

銘 MING, sculpere, cælare, monumento memorare.

苟 KEOU, si : vere : 苟且, perfunctorie.

日 JE, sol : dies.

新 SIN, novus.

又 YEOU, iterum, etiam.

作 TSO, exurgere : excitare : facere : exordiri. 作, Facere, extruere.

TCHOU 詛, imprecari.

詩 CHE, carmen.

周 TCHEOU, circuire : perfectus : opitulari : 3ª dynastia. *R.* 30.

雖 SOEI, quamvis.

舊 KIEOU, antiquus : vetustus. *R.* 134.

邦 PANG, regnum.

維 WEI, ligare : considerare : quatuor cœli partes, cardinales virtutes. 惟, Nonnisi, at, scilicet.

故 KOU, causa, quia : antiquus : mori.

君 KIUN, princeps.

無 OU, non, carere.

不 POU, non. FEOU 否, secus. 不 FOU, necne. *R.* 1.

用 YONG, uti.

極 KI, apex, valde.

云 YUN, fari : particula auxiliaris.

畿 K'I, territorium imperiale mille in quadrum stadiorum : limen.

千 T'SIEN, mille. *R.* 24.

里 LI, pagus 25 familiarum : stadium 360 passuum.

惟 WEI, solummodo : considerare.

緡 MIN, funiculus piscatorius. MIEN 緜, continuus.

蠻 MAN, barbari australes : 綿蠻, croceæ avis vox.

1. K'ang monitum ait : « volebat illustrare facultatem » ; T'ai kia habet : « intendebat illi cœlesti intelligentiæ dono » ; Imperatoris instituta ferunt : « volebat illustrare vastam facultatem. » Omnes ipsi se excôlebant (1).

2. T'ang regis pelvi inscriptio aiebat : vere aliquando renovatus, quoque die te renoves, ulteriusque in diem te renoves (2). Et K'ang monitum ait : stimula se renovantem populum. Et carmen (III. 1.) inquit : «Tcheou, licet antiquus principatus, ejus ad imperium destinatio nonnisi nova. » Hâc de causa sapiens vir nulla re non adhibet hujusmodi summum (3).

3. Carmen (IV. 38.) inquit : Regius districtus mille stadiorum, scilicet populus quo sistit (4). Carmen (II. 72.) ait : cantum protrahens crocea avis,

---

(1) Sunt hæc tria ex libro Annalium capita, quorum primo de Wen rege, secundo de T'cheng t'ang, et tertio de Imperatore Yao fit sermo. — Illud 顧 est intentis oculis aspicere; 諟 idem ac 是, licet aliis æquivaleat 審, explorare. Illud 之, nota genitivi seu adjectivi, quæ inter duo æque simplicia nomina plerumque supprimitur, apponi vero solet si alterutrum sit compositum : sic 大學之道, 天之明命. — Rationalis facultas relate ad possidentem dicitur 德, relate ad infundentem dicitur 命 : est enim 命 cæli numen, seu in lege naturæ, seu in providentia mundi, seu in collatione imperii, homini exhibitum.

(2) Pelvi, seu piscina, balnearia. — In sinica oratione geminata littera passim occurrit, additque vim si adjectivum sit, denotat pluralitatem si substantivum, ut hîc 日日.

(3) Tres reges se renovabant ad renovandum populum, et nonnisi quando Wen rex ita fuerit renovatus, Tcheou familia suscepit imperium : ergo sapiens quisque in utraque sui populique renovatione, sicut ipsi, summam perfectionem prosequetur. Textus Carminum habetur, ut citati numeri indicant, in libri tertii oda prima. — Illud 維, quod probe notandum est, sæpe copulæ locum tenet, *nonnisi, scilicet, est.* 君子, hominem non vulgarem exprimit, et modo privatum, modo imperantem sapientem designat : ei oppositus, popularis vulgarisve homo, dicitur 小人. — Nota tandem illud 無所不 nullo loco non, nihil in quo non.

(4) Nota illud 所 inter subjectum verbi et verbum cujus est regimen, *populus quem habitat.*

黃 Hoang, flavus.
鳥 Niao, avis.
于 Yu, in : ire. *R.* 7.

丘 K'ieou, colliculus : nomen Confucii, ideo sinenses ob reverentiam legunt Meou. *R.* 1.

子曰、於止、知其所止、可以人而不如鳥乎、詩云、穆穆文王、於緝熙敬止、爲人君、止於仁、爲人臣、止於敬、爲人子、止於孝、爲人父、止於慈、與國人交、止於信、詩云、瞻彼淇澳、菉竹猗猗、有斐君子、如切如磋、如琢如磨、瑟兮僩兮、赫兮喧兮、有斐君子、終不可諠兮、如切如磋者、道學也、如琢如磨者、自修也、瑟兮僩兮者、恂慄也、赫兮喧兮者、威儀也、有

隅 Yu, angulus.

可 K'o, posse, licere, decere.

如 Jou, sicut, similis : ire : si. *R.* 38.

乎 Hou, ad, in : particula interrogantis : 呼, interjectio. *R.* 4.

穆 Mou, revereri : reconditus.

文 Wen, ornatus. 文, Fucare, dissimulare.

王 Wang, rex. 王, Regnare, regimen. *R.* 95.

緝 T'si, cumulare, continuare.

熙 Hi, splendor.

敬 King, revereri : sibi invigilare, attendere.

仁 Jen, charitas : cordis perfectio.

臣 T'chen, vassallus, minister regius.

孝 Hiao, pietas filialis.

父 Fou, pater. Fou, virorum titulus; 魚父, piscator.

慈 T'se, benignitas.

與 Yu, dare : annuere : cooperari : amice congredi : sequi, stare ab aliquo : uti : expectare : cum, et, simul : præ : sicut. 與, Interesse, participare : 猶與, anceps. 與, Particula dubitandi vel exclamandi : 與與, cum gravitate. *R.* 134.

交 Kiao, congredi.

信 Sin, sincerus : credere. Chen 伸, exhibere.

瞻 Tchan, suspicere, intueri.

彼 Pei, ille.

淇 K'i, fluvius in provincia Ho nan.

澳 Yu, portus, curva ripa. 澳 Ngao, aqua profunda.

菉 Lou, cannula. 綠, Viridis.

竹 Tchou, bambusa.

猗 I, vox suspirantis : folia decerpere. 倚, Inniti. 猗 I, vel ob rhythmum Ngo, abundans, florens.

斐 Fei, exornatus. *R.* 67.

切 T'sié, secare : urgens. 切 Tsi, omnes simul.

磋 T'souo, limare, polire.

琢 Tchouo, gemmas elaborare.

sistit in collium angulis; et Confucius exclamat : in sistendo, scit ipsi quo sistendum; qui fit ut homo tamen nec aequiparabilis avi (1)? Carmen (III. 1.) ait : «profunde sublimis Wen rex, quam constanti splendore studuit consistere (2)!» Agens aliorum principem, constitit in benignitate; agens aliorum subditum, constitit in observantia; agens aliorum filium, constitit in pietate; agens aliorum patrem, constitit in benevolentia : cum regni civibus colligatus, constitit in sinceritate (3). Carmen (I. 55.) ait : «suspice illum K'i fluvii sinum; viridantes arundines amœne luxuriant. Ita, habens ornatum sapiens princeps : imitatur cædentem imitatur limantem ebur, similat scalpentem similat polientem gemmas : quam sibi severus, quam fortis, quam splendidus, quam nobilis! habens ornatum sapiens princeps, in finem non poterit obliterari (4).» Illud imitari cædentem et levigantem ebur, exprimit sapientiae studium; illud imitari scalpentem et polientem lapillos, seipsum perficere; illud, quam sibi severus et quam fortis, sollicitam cautelam; illud, quam splendidus et

---

(1) Nota illud 於, innuens, si vis, objectum, *quoad sistendum*. 以, utendi, adhibendi significatione, vulgare est, 以禮 *uti ritibus*, 吾以 *me uti*; vulgarius etiam illud 可以 *potest adhiberi* : at in proposita phrasi, tam proprie belleque constructum, speciali sane dignum est animadversione, ut quid simile et nos tentemus. 乎 in fine, interrogationem denotat. — Crocea avis est oriolus sinensis.

(2) Nota geminatum adjectivum, ad vim addendam : nil hac repetitione frequentius. 於 sonat ou 嗚, et exclamantis est.

(3) 臣, dicitur de magnatibus regi subditis, regioque servitio addictis magistratibus.

(4) In hoc tractu, qui Wei (衛) regni Ducem laudat, habes in comparatione a rebus petita repetitionem, et cum repetitione congeriem : nota particulas 如 et 兮 quater repetitas, secundam præsertim, quæ hic in carmine, ut alias de 也 et 矣 notabis, belle terminat incisa.

磨 Mouo, polire lapillos. 磨' molere, mola. *R.* 112.

瑟 Che, cythara : gravis, decorus.

兮 Hi, littera finalis in carmine.

僴 Hien, strenuus, magnanimus.

赫 Ho, terrere : majestate præditus. Che, celeriter.

喧 Hiuen, vociferari : clarescens.

諠 Hiuen, vociferari. 諼, Oblivisci.

恂 Siun, sincerus. 恂' timidus, cautus.

慄 Li, trepidare, cavere.

威 Wei, majestas, gravitas, potentia.

儀 I, decorum, forma, regula.

斐君子、終不可諠兮者、道、盛德至善、民之不能忘也、詩云、於戲前王不忘、君子賢其賢而親其親、小人樂其樂而利其利、此以沒世不忘也、

○子曰、聽訟、吾猶人也、必也、使無訟乎、無情者、不得盡其辭、大畏民志、此謂知本、

○此謂知本、此謂知之至也、

○所謂誠其意者、毋自

盛 CHENG, abundans. 盛 T'CHENG, capere, continere : sacrifica grana in vase.

忘 WANG, oblivisci.

戲 HI, ludere. 戲 HOU, heu!

前 T'SIEN, prius, ante, coram. *R.* 18.

賢 HIEN, sapiens. *R.* 154.

小 SIAO, parvus.

樂 YO, musica. Lo, lætari. 樂 YAO, amare, delectari. *R.* 75.

利 LI, acutus : lucrum, utile : solers.

此 T'SE, hic. *R.* 77.

沒 MOU, non : finire : submergi.

世 CHE, spatium 30 annorum : mundus, sæculum. *R.* 1.

聽 T'ING, audire : obsecundare : judicare.

訟 SONG, lis civilis, accusare, litigare.

吾 OU, ego.

猶 YEOU, adhuc, sicut : consilium 猷. 猶豫, Anceps.

必 PI, certe, omnino, oportet.

使 CHE, facere ut : occupare, mandare, mittere. 使, legatus, nuntius.

情 T'SING, affectus, motus : proprietates, adjuncta : veracitas.

盡 TSIN, finire, exhaurire.

辭 T'SE, vocabula : recusare : valedicere.

畏 WEI, timere : revereri.

志 TCHE, intentio, voluntas.

謂 WEI, loqui ; nuncupare.

毋 OU, non, ne.

---

(1) Quoties aliqua dictio assumitur explicanda, adhibetur 者 cum 也 sibi respondente, ut hic imprimis animadvertas velim. — Recole illum 之 articulum, 民之.

quam nobilis, ingenuam majestatem; illud, habet ornatum sapiens princeps, in finem non poterit obliterari, exprimit quod provectae virtutis summam excellentiam populus non potest oblivisci (1). Carmen (IV. 4.) ait : « oh ! priores reges non obliterabuntur (2). » Viri principes sapiebant illorum sapientiam, et studebant illorum studia (3) ; vulgi homines gaudebant illorum gaudia, et fruebantur illorum fructibus (4) : propterea elapsi saeculo non obliterabantur (5).

4. Magister aiebat : « audiendis litibus, ego adæquo ceteros : at nonne illud potius, facere ut absint lites (6) ? » Expertes sinceritate ne obtineant exequi sua commenta, magnopere deterrere populi animos, id appellabis scire principale (7).

5. Hoc dicitur scire principale, hoc dicitur scientiæ apex (auctoris explanatio deficit).

6. Quod dicitur dirigere suas voluntates, est nolle sibi illudere, perinde

---

(2) 於戲 sonat 嗚呼, et est interjectio.

(3) Sequebantur scilicet transmissa documenta, et curabant, sicut prisci reges, suæ stirpi conservare imperium. Alii explicare vellent : æstimabant sapientes illorum sapientes, habebant caros illorum caros, seu sequebantur ipsos illorum sapientes ministros, sive extraneos 賢, sive consanguineos 親. Recole illam 而, cum quadam illatione copulantem.

(4) Gaudia pacis et fructus agrorum, bona erant ab illis procurata. 樂 Lo.

(5) Quinque hactenus adducta Carminum loca, quinque in summo consistendi exempla exhibent : duo tamen priora symbolica sunt, quatenus summitatem repræsentant tum imperialis districtus tum collium anguli ; in ceteris, Wen rex summa tenet, Ou Dux ad summa tendit pervenitque, priores reges populum perfecte renovarunt. — Notanda hîc tertia particulæ 以 significatio : significat nempe causam et objectum, *ad*, *ut*, *propter* ; sic 所以 propter quod, 是以 propter hoc, 足以 sufficit ad.

(6) Illud 必也 in 乎 particulam desinens, specialem sibi vindicat animi attentionem. Duplex est ejus vis : aliquando, ut hîc, *at oporteret*, *nonne illud potius fieri oporteret*, *ut* ... aliquando vero, *at certo*, *in eo casu nonne illud certo haberetur*, *ut* ...

(7) Recole illam participii notam 者, *carentes*, *qui carent sinceritate* : sic hujusmodi phrases sinice efferri debent.

欺也、如惡惡臭、如好好色、此之謂自謙、故君子必慎其獨也、小人閒居爲不善、無所不至、見君子而后厭然、揜其不善而著其善、人之視己、如見其肺肝然、則何益矣、此謂誠於中、形於外、故君子必慎其獨也、曾子曰、十目所視、十手所指、其嚴乎、富潤屋、德潤身、心廣體胖、故君子必誠其意、

欺 K'i, decipere, ludificare.

惡 Ngo, malum : improbus, deformis. 惡 Ou, quomodo? 惡 Ou, odisse.

臭 T'cheou, odor, fœtor. Hieou, odorari. *R.* 132.

好 Hao, bonus, pulcher. 好, Amare.

色 Chě, color : species, forma : voluptas, mulierositas.

謙 K'ien, humilitas. K'ié 慊, contentus.

慎 Chen, attentus, cautus.

獨 Tou, solus : senex sine filiis : conscientia individualis.

閒 Kien, intus, in medio. 間, Sejungere, interrumpere. 閒 Hien, otiari.

居 Kiu, habitare, morari. Ki, particula auxiliaris.

見 Kien, respicere, videre : nota passivi. Hien, patere : præsens.

厭 Yen, plenus, satisfactus. 厭, Satur : fastidire. 厭 Aversari : 黶, tecte. 厭, Yé, se subdere : subigere. Ya 壓, comprimere.

然 Jan, ita, approbare : nota adverbii : cremare 燃.

揜 Yen, contegere, cooperire.

著 Tchou, manifestare. 著, Tcho, adhærere. 著, Cho, induere. 著 Tchou, prothyrum.

視 Che, intueri.

己 Ki, seipsum : cycli littera.

肺 Fei, pulmones. P'ei, abundans, frondosus.

肝 Kan, jecur.

何 Ho, quare. 荷, Humeris gestare.

益 I, addere, magis : utilitas. 溢, Exundare.

中 Tchong, medium, dimidium. 中, Ferire scopum. 仲, Secundus natu, medius. *R.* 2.

形 Hing, forma, imago.

外 Wai, foras, extra. *R.* 36.

曾 T'seng, jam, olim, adhuc. Tseng, augere : 曾孫, pronepos : 曾祖, proavus. *R.* 73.

十 Che, decem.

目 Mou, oculus.

手 Cheou, manus.

ac horremus malum odorem, perinde ac amamus bonam speciem, et hoc vocatur sibi satisfacere : ideoque sapiens vir profecto invigilat suo interiori (1). Viles homines soli secubantes agunt non recte, et nusquam quo non excurrant : perspicientes sapientem virum, tunc vero dissimulare videntur ; celant suam improbitatem, et exhibent se probos (2). At cum alii interspiciant eos, velut inspicerent eorum interiora viscera scilicet, jamvero quid proderit (3)? Ita dicitur si realitas in interno, indicium erit in externo. Quapropter sapiens vir profecto invigilat suo interiori. Tseng tse ideo aiebat : tot oculi quod vident, et tot manus quod monstrant, id nonne pertimescendum (4) ? Ut divitiæ exornant domum, ita virtus cohonestat personam, internum dilatando sicque externum explicando. Proinde sapiens profecto dirigit suas voluntates.

---

(1) 誠意, sincero veroque animo velle et prosequi bonum, aversari et fugere malum, sicut ultro aversamur fœtorem, et amamus pulchritudinem. 謙 seu 慊, suæ conscientiæ, non aliorum oculis satisfacere. 獨, quod solus quisque noscit, interiora et secreta.—Recole hæc quatuor : 所, regimen verbi activi, *quod dicimus :* 者 cum 也, explicat : 惡 et 好, verba et nomina ; verba tertio tono efferuntur : 之, articulus post pronomen.

(2) 厭 valet 黶, exprimitque se tenebris involvendi modum. 然 est nota adverbiorum, sive simplex afficiat vocabulum, ut 喟然曰, suspiranter ait : sive geminum, ut 循循然 ordinatim ; sive integram phrasim, ut mox apparebit : adverbium autem, quod hîc probe notare juvat, verbi potest tenere locum, et totam claudere phrasim, estque hîc quasi diceretur, *tunc vero sunt dissimulantium instar.* — Recole etiam illius 而 oppositionem, *celant quod non bonum, exhibent autem quod bonum* : unde illud conjicere juverit, sæpe hujus particulæ vim non aliam esse, quam ut superiorem phrasim reddat incidentem aut absolutam, *celantes sua non bona exhibent sua bona.*

(3) 之 articulus, *les hommes, les autres :* 則 concludit : 然 *ita, nec aliter,* nota adverbii totam phrasim afficiens.

(4) Alii explicant : velut esses decem oculis observatus et decem manibus monstratus, sic caute vivas. Interpres (Tchou hi) vero exponit, nil esse occultum, quin aliquando se prodat.

<table>
<tr><td>

‘指 Tche, digitus, digito monstrare : docere, significare.

‘嚴 Yen, severus : sedulus. *R.* 30.

富’ Fou, locuples, ditare.

</td><td>

潤’ Joen, fœcundare, imbuere.

屋, Ou, domus, tectum.

‘廣 Koang, amplus, ampliare. 廣’, Metiri latitudinem.

</td></tr>
</table>

○所謂脩身在正其心者、身有所忿懥、則不得其正、有所恐懼、則不得其正、有所好樂、則不得其正、有所憂患、則不得其正、心不在焉、視而不見、聽而不聞、食而不知其味、此謂脩身在正其心、

○所謂齊其家在脩其身者、人之其所親愛而辟焉、之其所賤惡而辟焉、之其所畏敬而辟焉、之其所哀矜而辟焉、之其所敖惰而辟焉、故好而知其惡、惡而知其美者、天下鮮矣、故諺有之曰、人莫知其子之惡、莫知其苗之碩、此謂身不脩、不可以齊其家、

體 T'i, substantia, corpus : adhærere.

胖 P'an, pinguis, dilatatus. 胖, Dimidium captæ feræ.

忿 Fen, ira.

懥 憤 Tche, ira.

恐 K'ong, timere : forsan. 恐, Perpendere, dubitare.

懼 Kiu, timere.

憂 Yeou, tristari. *R.* 61.

患 Hoan, ægritudo, angi : calamitas.

焉 Yen, quomodo. Yen, littera finalis.

聞 Wen, audire : olfacere. 聞, Fama.

食 Che, comedere. 食 Se, cibus, cibare.

味 Wei, gustus, sapor.

愛 Ngai, amare. *R.* 61.

辟 Pi, regula ; princeps. Pi 避, declinare. P'i 譬, comparare. P'i 僻, pravus. P'i 闢, aperire, exordiri, ampliare.

賤 Tsien, vilis, abjectus.

哀 Ngai, dolor, compati. *R.* 30.

矜 King, compati : se jactare.

敖 Ngao 遨, spatiari. Ngao 傲, superbus.

惰 T'ouo, 惰 Touo, piger.

美 Mei, pulcher, bonus. *R.* 123.

鮮 Sien, recens, venustus. 鮮, Paucus, rarus. *R.* 195.

諺 Yen, proverbium. Ngan, ferus, immitis.

莫 Mo, non, nullus : stabilire : moliri : vix, fere. Mé, quiete venerabundus. 莫 Mou, Rumex acetosa. 暮, Vesperum.

苗 Miao, segetum germina.

7. Quod dicitur componere suam personam esse in corrigendo suum cor, nempe cor (1) habens quod irascens indignetur, jam non potitur sua rectitudine; habens quod pavens timeat, jam non tenet suam rectitudinem; habens quod amans studeat (2), jam non possidet suam rectitudinem; habens quod dolens mœreat, jam non obtinet suam rectitudinem. Porro, animo non præsente, intueris et tamen non vides, audis et tamen non percipis, comedis et tamen non discernis rei saporem (3). Hoc est quod dicitur, recte componere suam personam, consistere in corrigendo proprium cor.

8. Quod dicitur, ordinare suam familiam consistere in compositione propriæ personæ, nempe homines quoad ejus quod amant et diligunt, sunt vero inordinati (4); quoad ejus quod vilifaciunt et aversantur, sunt vero inordinati; quoad ejus quod verentur et reverentur, sunt vero inordinati; quoad ejus quod miserentur et compatiuntur, sunt vero inordinati: quoad ejus quod gloriantur aut fastidiunt, sunt vero inordinati. Ideo amantes, et tamen scientes hominis defectus, aversantes et tamen scientes hominis perfectiones, cœlum infra rari quidem (5). Ideo proverbium habetur, dicens: hominum nemo scit sui filii defectus, nemo agnoscit suæ segetis abundantiam. Et hoc dicitur, seipso nondum perfecto, nec fieri ut ordinetur propria familia.

---

(1) 身 corrigendum 心.

(2) 好', 樂', hao, yao, tertio tono.

(3) Cor non rectum fit absens, et sic impossibile erit se componere. 焉 est littera finalis; quæ si præcedat, interrogat et significat quomodo? 焉知, quomodo scis, 夫焉有所倚, is quomodo haberet cui adhæreret? Cum vero interrogat, tunc solet a Sinis circulo ad distinctionem annotari.

(4) Particula 之, præterquam quod sit articulus, ut pluries notatum fuit, est 1° nota genitivi, aut etiam adjectivi; 2° pronomen, et aliquando ut nota passivi haberi potest; 3° verbum, et idem ac 至 *ire*: quæ tria possunt etiam simul reperiri, v. gr. 不知之之之路 haud scio eundi illuc viam. Hîc 之 est quasi 至 seu 於 *quoad, in eo quod ipsi amant*. 辟 sonat 僻. Particula adversativa 而, plane ut Latinorum *vero*, hîc ad expletivam accedit, quod est ceteroquin frequentissimum.

(5) 惡 *Odisse* et 好 *amare* tertio tono efferuntur, 敖 pro 傲 item tertio tono, 鮮 secundo tono; quæ toni mutatio in ipso textu notata conspicitur, ut jam necesse non sit singula persequi.

○所謂治國必先齊其家者、其家不可教、而能教人者、無之、故君子不出家、而成教於國、孝者、所以事君也、弟者、所以事長也、慈者、所以使衆也、康誥曰、如保赤子、心誠求之、雖不中、不遠矣、未有學養子、而后嫁者也、一家仁、一國興仁、一家讓、一國興讓、一人貪戾、一國作亂、其機如此、此謂一言僨事、一人定國、堯舜帥天下以仁、而民從之、桀紂帥天下以暴、而民從之、其所令反其所好、而民不從、是故君子有

碩 Che, magnus. *R.* 112.

教 Kiao, doctrina, docere. 教, Ad faciendum adducere.

出 Tʻchou, egredi : emittere. 出, Extrahere, producere.

成 Tʻcheng, perficere.

弟 Ti, frater minor. Ti 悌, fraterna observantia. *R.* 57.

長 Tʻchang, longus : diu. 長 Tchang, superior : crescere. 長 Tchang, superesse, excedere : metiri longitudinem.

衆 Tchong, multi, omnes. *R.* 143.

保 Pao, conservare : complecti : fidejussor.

赤 Tʻche, rubicundus ; nudus.

求 Kʻieou, petere. *R.* 85.

遠 Yuen, distans, procul. 遠, Removere.

養 Yang, alere. 養, Majoribus servire, ministrare.

嫁 Kia, nubere.

一 I, unus, idem.

興 Hing, erigere : surgere : viviscere. 興, Ab analogia describere. *R.* 134.

讓 Jang, cedere : reprehendere.

貪 Tʻan, concupiscere.

戾 Li, distortus, malus : pertingere : desistere.

機 Ki, elaterium : occasio : instrumenta textoria.

言 Yen, verbum, dicere.

僨 Fen, evertere, perdere.

堯 Yao, eminens : nomen sapientis imperatoris. *R.* 32.

舜 Choen, nomen pii imperatoris. *R.* 136.

帥 Choei, Tʻsoei, dux. 帥, So, regere, praeire.

9. Quod dicitur, bene administrans regnum, debet prius ordinare suam familiam, nempe suam familiam non posse instituere et tamen posse instituere alios, id non existit. Ideo sapiens vir non egreditur domo, et tamen perficit institutionem in regno : nam pietas filialis, ea est qua inserviendum principi, et reverentia fraterna, illa quacum obtemperandum magnatibus, et domestica benignitas, illa quacum imperandum populo (1). K'ang monitum, fove populum, ait, « sicut foveres modo genitum infantulum. » Matris cor impense inquirit ejus desideria, et etiamsi non attingat, haud longe abscedit : et sane nondum fuit quæ disceret enutrire filium, et postea nuberet (2). Una familia pia, toto regno florebit pietas ; una familia officiosa, totum regnum evadet officiosum ; ex uno homine cupido et malo, totius regni exurgit turbulentia : horum momentum sic est. Hinc dicitur : unum verbum evertit negotia, unus vir firmat regnum. Ita Yao et Choen gubernabant imperium cum benevolentia, et populus imitatus est eos : Kié et Tcheou gubernabant imperium cum crudelitate, et populus imitatus est eos. Si id quod præcipitur, contrarium sit ei quod factis amatur, tunc populus non obsecundabit. Hac de causa, sapiens habet in seipso, et tunc exigit ab aliis ;

---

(1) Recole illud 者 也 explicans aliquam litteram, et illud 所 以 indicans usum, *qua adhibita, per quam.*

(2) Hic enim amor a natura inditur. Nota vero modum alterum, quo 者 et 也 simul conjunguntur : alias enim 者 incidentem, 也 absolutam phrasim concludebat ; hic utraque ad finem rejicitur, 者 participium æque denotante, *discens et nubens, quæ disceret et nuberet.*

꜀從 T'SONG, obsecundare : sequi : ex : ꜀從 容, sponte et pacate. CHONG, ꜀從 容, diu in se reflectere. TSONG 縱, recta. ꜄從 TSONG, altus cincinnus. 從꜅ TSONG, assecla. SONG, esse de communi stirpe. TSONG 縱꜅, remittere.

桀꜆ KIÉ, Nero sinensis, finiens primam dynastiam : stipes quo gallina insidet.

꜄紂 T'CHEOU, TCHEOU, Nero sinensis, finiens secundam dynastiam : lignea postilena.

暴꜅ PAO, crudelis. 暴 POU, insolare : manifestare. *R.* 72.

令꜅ LING, edictum : nobilis, honoratus. 令 LING, 使 令, servus. *R.* 9.

꜄反 FAN, contraire : reverti : subvertere. ꜀反, subjicere rebelles : volare. *R.* 29.

諸已、而后求諸人、無諸已、而后非諸人、所藏乎身不恕、而能喻諸人者、未之有也、故治國、在齊其家、詩云、桃之夭夭、其葉蓁蓁、之子于歸、宜其家人、宜其家人、而后可以教國人、詩云、宜兄宜弟、宜兄宜弟、而后可以教國人、詩云、其儀不忒、正是四國、其爲父子兄弟足法、而后民法之也、此謂治國、在齊其家、

○所謂平天下、在治其國者、上老老、而民興孝、上長長、而民興弟、上恤孤、而民不倍、是以君子有絜矩之道也、所惡於上、毋以使下、所惡於下、毋以事上、所惡於前、毋以

諸 TCHOU, omnes : ad, in : nota dubitandi.

非 FEI, non : defectus, defectus notare.

藏 T'SANG, abscondere, reponere. 藏 TSANG, latebra : 寶藏, thesaurus absconditus.

恕 CHOU, clemens : alios ut se tractare.

喻 YU, docere : scire : comparatio.

桃 T'AO, malus persica.

夭 YAO, tenellus et amœnus. 夭, mors immatura. *R.* 37.

葉 YÉ, folium. CHÉ, urbs regni TCHOU.

蓁 TCHEN, luxuries plantarum.

歸 KOEI, redire : domuitio : tendere. 饋, cibaria offerre. *R.* 77.

宜 I, convenire, decere.

兄 HIONG, frater major. *R.* 10.

忒 T'É, error, culpa, excessus.

四 SE, quatuor.

足 TSOU, pes : satis, sufficiens, par. 足 TSIU, excedere.

法 FA, regula, modus : imitari.

上 CHANG, supra. 上, ascendere.

老 LAO, senex.

恤 SIU, compati.

孤 KOU, pupillus, solus : antiqua dignitas.

倍 PEI, duplicare, multiplicare. 背, contraire.

絜 HIÉ, mentemetiri. KIÉ 潔, purus.

矩 KIU, regula : norma, gnomon.

non habet in semetipso, et tunc carpit in aliis (1). Quod includitur in seipso non ita exæquans, et tamen valens convincere alios, is nondum extitit (2). Ideo componere regnum consistit in ordinanda sua familia. Carmen (I. 6.) ait : «persicus illa quam tenellula, ejus folia quam virentia ! ista puella est in nuptiis, quadrabit suæ familiæ hominibus, » quadrabit suæ familiæ hominibus, et tunc poterunt edoceri regni homines (3). Carmen (II. 19,) ait : «convenienter tractatis fratrem majorem, convenienter minorem :» convenienter tractant fratrem majorem, convenienter minorem, et tunc poterunt instituere regni homines. Carmen (I. 152.) ait : «illius integritas est sine labe, dirigat hæc quatuor regna : » nempe is agens patrem, filium, fratrem majorem et minorem, dignus est imitatione, et tunc populus imitabitur ipsum. Id dicitur quod componere regnum consistit in ordinando suam familiam.

10. Quod dicitur pacificare imperium consistere in componendo proprio regno, nempe superior honoret seniores, et populus excitabitur ad pietatem ; superior revereatur majores, et populus erigetur ad fraternam observantiam ; superior misereatur orphanorum, et populus non rebellabit. Quapropter sapiens princeps tenet metientis normæ principium (4). Quæ displicent in superiore, ne cum his jubeas inferiores ; quæ displicent in inferiore, ne cum his servias superiori : quod aversaris in præcedente, ne adhibeas in præcedendo

---

(1) 諸 et 乎 in medio phrasis idem sunt ac 於, proindeque æque sunt præpositio et significant *in*, æque sunt nota passivi et significant *a*. In fine vero, sicut 乎 interrogationem denotat, ita et 諸 interrogantis vel dubitantis est, 有諸 extatne ? 盍去諸 quidni abis ?

(2) Exæquans, scilicet a se metiri alios. Ornetur virtute quam ab aliis exigit, careat vitio quod in aliis carpit.

(3) Quod in Carmine passim occurrit, obiter hîc de particula 于 unum, nec nullius illud ad intelligendum scribendumque momenti, adnotare præstabit : exprimit scilicet actum præsentem, esse in agendo, ire ad agendum ; unde et 往, seu *ire*, significat. Sic in textu : 歸 enim dicitur de puella nubente, quæ cum vero post nuptias paternam repetit domum, dicitur 來歸.

(4) 倍 cum 背 confunditur. — Regni populus ita se habet, imperii populus non aliter se habebit ; hominum enim eadem est natura : atque ideo sapiens princeps a se metitur et quadrat alios. 絜 metiri, 矩 norma seu gnomon (*équerre*), scilicet metiri alios cum sui norma.

先後、所惡於後、毋以從前、所惡於右、毋以交於左、所惡於左、毋以交於右、此之謂絜矩之道、詩云、樂只君子、民之父母、民之所好好之、民之所惡惡之、此之謂民之父母、詩云、節彼南山、維石巖巖、赫赫師尹、民具爾瞻、有國者、不可以不慎、辟則為天下僇矣、詩云、殷之未喪師、克配上帝、儀監于殷、峻命不易、道得衆、則得國、失衆、則失國、是故君子先慎乎德、有德此有人、有人此有土、有土此有財、有財此有用、德者本也、財者末也、外本內末、爭民施奪、是故財聚則民散、財散則民

右 Yeou, dextera. 佑, Auxiliari. *R.* 30.

左 Tsouo, sinixtra. 佐, Auxiliari.

只 Tche, solummodo : littera auxiliaris. *R.* 30.

母 Mou, mater. 母, offa assa.

節 Tsié, moderatio : articulus : tessera.

南 Nan, meridies, auster. *R.* 24.

山 Chan, mons.

石 Che, lapis : decimodia.

巖 Yen, mons altus et arduus.

師 Che, magister : imitari, exemplar : multitudo.

尹 Yn, Yun, gubernare. *R.* 44.

具 Kiu, parare, providere. Kiu 俱, omnes. *R.* 12.

爾 Eul, tu : nota finalis et adverbii. 邇, Prope. *R.* 89.

僇 Lou, convicium 戮.

殷 Yn, abundanter : 2ª dynastia.

喪 Sang, luctus. 喪, Amittere.

配 P'ei, connubium : æqualis.

監 Kien, investigare, visitare. 監, Intueri.

易 I, facile : negligenter. 易, Mutare.

失 Che, errare : deesse, amittere.

土 T'ou, terra, humus : cortex radicis mori.

財 T'sai, opes, merces.

內 Nei, intus. Na 納, introferre, capere. *R.* 11.

爭 Tcheng, contendere, rixari. 諍, Corrigere.

施 Che, uti : addere. 施, largiri, diffundere. 弛, Remittere. 施 Y, mutare. 施 Y, rejicere.

posteriorem ; quod aversaris in posteriore, ne adhibeas in subsequendo præcedentem : quod fastidis in dextimo, ne utaris ad congrediendum cum sinistimo ; quod fastidis in sinistimo, ne utaris ad congrediendum cum dextimo (1). Hæc est quæ dicitur, metiendi et quadrandi regula (2). Carmen (II. 13.) ait : « amabilis quidem princeps, populi parens est : » populus quod amat, amare illud ; populus quod aversatur, aversari illud, hoc est quod dicitur populi parens (3). Carmen (II. 37.) ait : « Præruptus ille australis mons ; ejus saxa sublime prominent : sic potentia assurgis, magister Yn ; populus totus te suspicit : » habens regnum nequit non cavere ; si aberret, jam fit imperii ludibrium (4). Carmen (III. 1.) ait : « Yn antequam amiserit populi multitudinem, potuit congruere Supremo Dominatori : oportet intueri in Yn, sublimis destinatio non est servatu facilis » (5). Sensus est : obtinendo multitudinem, tunc obtinetur regnum ; amittendo multitudinem, tunc amittitur regnum (6). Propterea sapiens imprimis attendit ad virtutes ; habens virtutes, hoc ipso habet homines ; habens homines, hoc ipso habet territorium ; habens territorium, hoc ipso habet divitias ; habens divitias, hoc ipso habet sumptui necessaria (7). Virtus est fundamentum, divitiae sunt accessorium : excluso principali admittere accessorium, est committere populum ansam praebendo rapinis. Propterea divitiis congregatis, tunc populus

---

(1) 以 denotat usum, seu aliquo ad aliquid uti.

(2) 矩, quadrare se, suasque supra et infra, hinc et inde, ante et pone relationes.

(3) 只 particula.

(4) 節, legitur 截, 辟 legitur 僻, 僇 valet 戮, 具 valet 俱. — Yn, dynastiæ Tcheou minister (太 師) : sublimi dignitate constitutos populus intentis suspicit oculis, ideo bono exemplo sint oportet.

(5) 儀 in libro Carminum scribitur 宜, et 峻 scribitur 駿. — Plura sunt verba, quorum regimini additur 於 vel 乎, plane ut apud Latinos nonnulla sunt, quæ præpositionem ante regimen amant : v. gr. 從 於 王 sequi regem, 害 於 性 nocere naturæ, 足 乎 已 sufficere sibi, 愼 乎 德 attendere virtuti.

(6) 道 significat dicere.

(7) 此 valet 斯, et illationem denotat.

奪, T'ouo, rapere. *R.* 37.

'聚 Tsiu, congregare, cogere. *R.* 128.

'散' San, spargere : dispergi. '散, relaxari : inornatus crater : cogn.

聚、是故言悖而出者、亦悖而入、貨悖而入者、亦悖而出、康誥曰、惟命不于常、道善則得之、不善則失之矣、楚書曰、楚國無以爲寶、惟善以爲寶、舅犯曰、亡人無以爲寶、仁親以爲寶、秦誓曰、若有一个臣、斷斷兮、無他技、其心休休焉、其如有容焉、人之有技、若已有之、人之彥聖、其心好之、不啻若自其口出、實能容之、以能保我子孫黎民、尙亦有利哉、

悖 Pei, 悖 Pou, rationi adversari.
亦 I, etiam.
入 Jou, introire.
貨 Houo, opes, merces.
常 T'chang, semper, passim : ordinarius.
楚 T'chou, vitex incisa. 楚, Ordo : disponere : regnum in Hou koang. *R.* 75.
書 Chou, liber : scribere. *R.* 73.
寶 Pao, pretiosus.
舅 Kieou, avunculus.
犯 Fan, violare, transgredi.
亡 Wang, perdere : extinguere, mori. Ou 無, non. *R.* 8.
秦 T'sin, antiquum regnum.
誓 Che, jusjurandum.
若 Jo, si, quoad : obsequi. 若 Jé, fenum.
个 Ko, particula numeralis. *R.* 2.
斷 Toan, rumpere, præcidere. 斷, Decidere, judicare.
他 T'a, ille : alius.
技 Ki, habilitas : stratagema.
休 Hieou, bonus : cessare, ne.
容 Yong, capere, continere : tolerare, admittere : vultus.
彥 Yen, sapiens litteratus.
聖 Cheng, sanctus, sapientissimus. *R.* 128.
啻 T'che, Che, solummodo.
口 K'eou, os.
實 Che, verus, revera.
我 Ngo, Wo, ego.
孫 Suen, filii filius. 遜, Obsequi.
黎 黧 Li, niger : plurimi. *R.* 202.
尙 Chang, adhuc : peroptato : addere : magnifacere. 上, Ascendere. *R.* 42.

dispergitur; divitiis dispersis, tunc populus congregatur. Quapropter, sicut verba quae injuria quidem proferuntur, etiam injuria vero recipientur, opes quae injuste recipiuntur, etiam injuste amittentur (1). In K'ang monito dicitur : « at cœli destinatio non in perpetuum » sensus est : si bonus, tunc tenebis illam; non bonus, tunc amittes illam. T'chou regni liber ait : T'chou regnum nil aestimat pretiosum, tantum probitatem ducit pretiosam. Avunculus Tse fan aiebat : exulans vir, nil ducas pretiosum, pietatem erga parentes ducas pretiosam (2). In T'sin jurejurando dicitur : « si esset unus minister admodum simplex sine alia dote, at cujus cor vere ingenuum, qui velut haberet complectendi alios capacitatem; adeoque, aliis habentibus dotes, non secus ac ipse haberet eas; aliis talentis et sapientia praeditis, ipse corde amaret eos; is non solum quasi ex ipsius ore procederet, sed vere posset capere alios, indeque valeret protegere meos nepotes nigricomumque populum; et peroptato quidem quantum haberetur emolumentum (3)!

---

(1) Si rex injuste præcipiat, populus inique respondebit; quod evenit in verbis, illustrat quod in opibus contingit. — Nota illius 而 geminati vim, *quidem*, *vero*.

(2) Quæ in regni T'chou annalibus referuntur, sunt ejus legati Wang suen yu 王孫圉 ad magnatem regni Tsin, Tchao kien tse 趙簡子, responsum. Tse fan 子犯, avunculus erat Wen 文 principis, qui novercæ suæ 驪姬 insidias declinaturus, reliquit regnum Tsin 晉 cujus erat hæres, et multis regionibus pererratis, pervenit ad regnum T'sin 秦, quo tempore patre Hien regulo orbatus est. Tunc Mou 穆 regulus qui eum hospitio acceperat, ad arma capessenda hortatus est : verum dehortabatur avunculus, ob modo defuncti patris luctum : avunculum sequutus est princeps.

(3) 若 et 如 1º significant *si*, 2º *sicut*, 3º *quod attinet ad*. At quoad ejus hypotheticam particulam, licet sinenses aliter etiam, et multifariam exprimere valeant, uti 倘, 設, 苟, 使, pluries tamen supprimere solent, et europeo cavendum maxime, ne vel in vulgari sermone sæpius illam velit efferre. 焉 non modo est finalis, sed facit etiam adverbia, juxta ac de 然 dictum est, sive simplicem litteram, ut 忽焉 *derepente*, sive geminam afficiat, ut 欣欣焉 *valde lætanter*. Illud 以, hic ad terminorum connexionem refertur, *adeo ut*, *ita ut*. 黎 *niger*, denotat nigro capillo hominem, nudato capite populum. 尚, exprimit cordis votum : 亦 *etiam*, *quidem*, et post 雖, *tamen*. 哉 aliquando admirantis et exclamantis est, sive phrasim, ut hic, concludat, sive adjectivum, ut sæpe, sequatur; 大哉問, *magna proh! quæstio* : aliquando interrogantis et exclamantis est, *quî unquam*; 奚可哉, *quî decebit unquam?*

人之有技、媢疾以惡之、人之彥聖、而違之、俾不通、實不能容、以不能保我子孫黎民、亦曰殆哉、唯仁人放流之、迸諸四夷、不與同中國、此謂唯仁人、爲能愛人、能惡人、見賢而不能舉、舉而不能先、命也、見不善而不能退、退而不能遠、過也、好人之所惡、惡人之所好、是謂拂人之性、菑必逮夫身、是故君子有大道、必忠信以得之、驕泰以失之、生財有大道、生之者衆、食之者寡、爲之者疾、用之者舒、則財恒足矣、仁者以財發身、不仁者以身發財、未

哉 Tsai, nota admirantis. *R.* 30.

媢 Mao, zelotypia : irasci.

疾 Tsi, morbus : angi : odisse : celer.

違 Wei, repugnare, refragari : abesse.

俾 Pei, facere ut : prodesse.

通 T'ong, intelligere : penetrare, pervius.

殆 Tai, periculum : fere, prope.

唯 Wei, solummodo : considerare. 唯, Annuere.

放 Fang, laxare, solvere : in exilium mittere. 放, Imitari.

流 Lieou, defluere : in exilium mittere : per aquas decerpere.

迸 Ping, expellere.

夷 I, tribus barbarorum : planus : sauciare. *R.* 37.

同 T'ong, simul, idem, convenire.

舉 Kiu, erigere, elevare : omnes.

退 T'oei, retrocedere : repellere.

過 Kouo, superare : transire : culpa. 過, Præterire.

拂 Fou, repugnare, contradicere. Pi 弼, adjuvare.

性 Sin, natura.

菑 甾 Tsai, calamitas. Tche, terra primum culta.

逮 Tai, pertingere ad. Ti 逮 逮, quiete.

夫 Fou, vir : Fou, particula initialis, iste : littera finalis. *R.* 37.

忠 Tchong, fidelis.

驕 Kiao, superbus, effrœnis.

泰 T'ai, summus : tranquillus.

生 Cheng, nasci, producere : vivere : crudus : inassuetus.

At si aliis habentibus dotes, invidia feratur ad detestandum eos; aliis talentis sapientiaque praestantibus, ipse vero adversetur eis ut non emergant; is certe non potest complecti, et ita non poterit tueri meos nepotes nigricomumque populum; imo dicam, quam periculosus! » Tantum perfectus vir ejiciet in exilium istum, et expellet in quatuor exterorum plagas, nec dabit communicare cum medio regno. Hoc est quod dicitur, tantum perfectus vir potis est amare alios, potis odisse alios. Videre sapientem et nolle evehere, evehere et non velle mature, hoc est negligentia (1) : videre improbum et non satagere rejicere, rejicere et non satagere longius, culpa est. Amare alii quod oderunt, odisse quod alii amant, hoc est adversari humanae naturae; aerumnae profecto attingent hujus personam (2). Ideo sapienti principi extat magna regula, ac certe fidelitate et sinceritate utens tenebit illam, superbia et dissolutione usus perdet eam (3) : pro productione divitiarum existit magna regula (4); producentes eas multi, consumentes eas pauci, curantes eas celeres, adhibentes eas lenti sint; tum divitiae constanter sufficient (5). Perfectus vir utitur divitiis ad evehendam personam; imperfectus vir utitur persona ad promovendas divitias (6).

---

(1) 命 legitur 慢 vel 怠.

(2) Quod omnes amant vel aversantur, bonorum evectio, improborum rejectio.

(3) 以 medii usum significat, sed, quod omnino notandum est, bifariam usurpari potest : vel enim, ut vidimus, suum regimen præcedit, vel ut hîc, illud subsequitur et verbo unitur. Imo, aliquando sic verbo unitur, quin exprimatur regimen, sed ad modo dicta refertur : sic discipulus multis auditis, 以告孟子, ea monuit Mentsium.

(4) Principis magna regula, scilicet perficere se et renovare subditos, quod præstatur fidelitate in se devovendo, et sinceritate in alios tractando : divitiarum vero, ut agricolæ multi, præfecti sint pauci, agriculturæ tempus non differatur, ante introitum non fiant expensæ.

(5) Pulchra hujusmodi phrasium structura, speciatim est consideranda.

(6) Liberalitas in populum extollit principem; congerendi divitias amor abalienat populum, et perdit principem.

‘寡 Koa, modicus : rarus : vidua.
‹舒 Chou, laxare, extendere : sensim.
‹恒 Heng, semper : constans. 恒› Keng, lunæ accretio : ubique.
發› Fa, emittere, producere. Po 發›
發›, copiose, multi.

有上好仁、而下不好義者也、未有好義、其事不終者也、未有府庫財、非其財者也、孟獻子曰、畜馬乘、不察於雞豚、伐冰之家、不畜牛羊、百乘之家、不畜聚斂之臣、與其有聚斂之臣、寧有盜臣、此謂國不以利爲利、以義爲利也、長國家、而務財用者、必自小人矣、彼爲善之、小人之使爲國家、菑害竝至、雖有善者、亦無如之何矣、此謂國不以利爲利、以義爲利也、

義 I, justitia : adoptivus : communis ex beneficentia : sensus. *R.* 123.

府 Fou, urbs primi ordinis : ærarium : palatium.

庫 K'ou, armamentarium.

孟 Mong, major natu : conari.

獻 Hien, offerre. 獻 Souo, crater.

畜 T'chou, impedire : animalia domestica. Hiu, alere : congregare. 畜 T'cheou, fera cicurata.

馬 Ma, equus.

乘 Cheng, conscendere : uti. 乘, Quadriga. *R.* 4.

察 T'cha, examinare.

雞 Ki, gallina.

豚 T'oen, porcellus. *R.* 152.

伐 Fa, rebellibus bellum inferre, impetere : jactare se.

冰 Ping, glacies.

牛 Nieou, bos, vacca.

羊 Yang, ovis.

百 Pé, Po, centum. Mé, conari. *R.* 106.

斂 Lien, colligere : recondere. 斂, tributo gravare.

寧 寗 Ning, malle : potius : quies.

盜 Tao, furari.

務 Ou, intendere, incumbere. *R.* 19.

害 Hai, nocere. Ho 曷, quare, quomodo?

竝 Ping, simul 並.

Nunquam fuit ut superior amaret pietatem, et inferiores non amarent aequitatem; nondum fuit ut hi amarent aequitatem, et ejus negotia non haberent exitum; nondum fuit ut publici aerarii divitiae non essent ejus divitiae (1). Sapiens Lou magistratus, Mong hien tse, ait : « alens equorum quadrigas, non curet de gallinis porcellisque; findentium glaciem familiae non alant boves et oves; centum quadrigarum familiae non alant aggravantes tributum ministros. Potius quam habere extorquentes vectigalia ministros, praeoptandum habere furantes praefectos (2). » Hoc dicitur regni gubernio, non aestimandum lucrum pro emolumento, habenda aequitas pro lucro. Quod gubernans rem publicam incumbat vero divitiis et impensis, profecto provenit ex fraudulentis homunculis : hos ille aestimat bonos (3); at si homunciones adhibeantur administrare rem publicam, aerumnae et damna simul advenient. Licet tunc extent boni, tamen nullum erit medium (4). Hoc dicitur, in regno non habendum lucrum pro emolumento, sed aequitas pro lucro.

---

(1) Illas enim populus non surripiet.

(2) Alebant quadrigas recens in toparchas (大 夫) evecti, cum quadrigis a principe donari solebant : glacie utebantur in parentalibus, ad carnes conservandas, regni ministri seu supremorum tribunalium præsides (卿 K'ing), et his superiores dynastæ : centum currus bellicos poterant in campum educere satrapæ (卿 item dicti). Porro hi omnes non debent negotiationem populi propriam sibi usurpare, et potius quam adhibere deglubentes populum administros, adhibeant deprædantes principis gazophylacium. 與 secundo tono, etiam comparationi inservit, et tunc phrasis ut in textu conponenda, atque in primo membro 與 其, in secundo vero 寧, aut etiam 不 如, 何 如, 莫 若, 孰 若, collocari debet.

(3) 爲 prout 以 爲 *æstimare*, 之 eos; phrasis ceteroquin habetur uti manca et corrupta.

(4) 如 之 何 *si ita*, *quomodo?* seu, *in casu quid agendum?* interrogat quisnam sit agendi modus, quidve sit remedii : proinde 無 如 之 何, negat esse agendi medium.

中 庸

天命之謂性、率性之謂道、修道之謂教、道也者、不可須臾離也、可離非道也、是故君子戒慎乎其所不睹、恐懼乎其所不聞、莫見乎隱、莫顯乎微、故君子慎其獨也、喜怒哀樂之未發、謂之中、發而皆中節、謂之和、中也者、天下之大本也、和也者、天下之達道也、致中和、天地位焉、萬物育焉、

率 CHO, se conformare : ducere : uti : omnes : ex abrupto. LIU, intendendi arcum terminus. *R.* 96.

須 SIU, expectare : oportet. *R.* 181.

臾 YU, 須臾, breve momentum.

離 LI, dispergi, separari : incidere in. 麗, Duo consociati : 附麗, alter alteri adhærens.

戒 KIAI, abstinere : cavere : compescere. *R.* 62.

睹 TOU, videre.

隱 YN, occultus, secretus. 隱, Inniti.

顯 HIEN, patens, conspicuus.

微 WEI, subtilis, parvus.

喜 HI, lætari. *R.* 30.

怒 NOU, irasci.

和 HOUO, concors, unio. 和 Ho, miscere. *R.* 30.

達 TA, penetrare, permeare : agnus. T'A, leviter.

地 TI, terra.

位 WEI, status : sedes : dignitas.

萬 WAN, decemmille.

育 YU, alere, educare. *R.* 130.

(1) Phrasium structuram et gradationem adverte. 道, via quam singulæ naturæ juxta Creatoris ordinem tenere debent.

(2) Cum aliqua dictio evolvenda resumitur, ei particula 也 者 subnectitur.

(3) Vigilat etiam cum solus est, necdum ad videndum audiendumque exteriora prodivit.

MEDII ÆQUABILITAS.

Hic liber, a tenendi medii ordinaria constantique lege inscriptus, auctorem habet Tse se 子思, a Pé yu 伯魚 Confucii filio progenitum, et primitus Memoriali Rituum item inserebatur. Ejus periocha quatuor complectitur partes. Prima, initium faciens a natura, quam cœlum homini indidit, docet illud recte agendi principium esse a cœlo, et immutabili medio constitui. Secunda, immutabilis medii legem evolvens, docet vias quas tenere debet sapiens, ut integritatem a cœlo donatam recuperet. Tertia, ostendens cœli operationem, docet quo quis tendere debet, ut summam attingat perfectionem, quæ in sublimi Confucio concreta fuit. Quarta, ad hominis operationem revertens, docet, ut quis eo pertingat, sibi invigilandum esse, etiam in iis, quæ sub aliorum sensus non cadunt; et ubi per continuam vigilantiam fuerit primævam integritatem consecutus, tum demum paullatim ad sublimem supremæ virtutis excellentiam ascensurum.

---

1. Cœli lex dicitur natura, conformari naturæ dicitur agendi regula, restaurare regulam dicitur institutio (1). Regula porro illa nec potest temporis momento abesse; si posset abesse, non esset regula (2) : quapropter sapiens vir attente cavet ab iis quæ ipse neque videt, pavide timet ab iis quæ ipse neque audit (3) : nil patentius quam locorum abscondita, nil manifestius quam rerum subtilia (4); ideo sapiens vigilat sibi solitario (5). Gaudium, iram, tristitiam, hilaritatem nondum erupisse, dicitur æquilibrii medium; erumpere et tamen omnia attingere mensuram, dicitur cum ratione concentus; æquilibrium illud est universi magnum fundamentum, harmonia illa est mundi universalis lex. Ad apicem promotis æquilibrio et harmonia, cœlum terraque suo stant ordine, et omnes res rite propagantur (6).

---

(4) 乎 in medio phrasis, æque ac 於, servit comparativis et significat *præ:* tunc vero eleganter ponitur, ut in textu, particula 莫. In fine phrasis, aliquando exclamantis, aliquando interrogantis est; utriusque etiam aliquando, et tunc, ancta particula, 矣乎 vel 乎哉 usurpari solet. — Rerum subtilia, seu abscondita rerum germina, suis signis portenduntur.

(5) 其獨 suæ solitudini, seu adjunctis, in quibus solus est.

(6) 達, ubique penetrans, 位 propria sedes, 育 juxta naturam evolvi : ordo moralis et physicus concorditer vigent. 焉 belle intercidit æqualia incisa.

○仲尼曰、君子中庸、小人反中庸、君子之中庸也、君子而時中、小人之反中庸也、小人而無忌憚也、

○子曰、中庸其至矣乎、民鮮能久矣、

○子曰、道之不行也、我知之矣、知者過之、愚者不及也、道之不明也、我知之矣、賢者過之、不肖者不及也、人莫不飲食也、鮮能知味也、

○子曰、道其不行矣夫、

○子曰、舜其大知也與、舜好問、而好察邇言、隱惡而揚善、執其兩端、用其中於民、其斯以爲舜乎、

○子曰、人皆曰予知、驅而納諸罟擭陷

仲ʾ TCHONG, secundus natu, medius.

꜀尼 NI, nomen Confucii. 尼ʾ, detinere. 尼ˏ, propinquus. *R.* 44.

꜀庸 YONG, ordinarius : uti : merita : quomodo. 墉, mœnia.

꜀時 CHE, tempus : opportunitas.

忌ʾ KI, timere : invidere.

憚ʾ TAN, timere, deterreri. ʿ憚 T'AN, labore defessus, miser. 憚ʾ TOUO, labore gravare.

ʿ久 KIEOU, diu. *R.* 4.

꜀行 HING, ire. 行ʾ, actio. 行 HANG, ordo, linea. 行 HANG, inconcussus, fortis.

꜀愚 YU, hebes, rudis : urbana sui appellatio.

及ˏ KI, et : pervenire ad. *R.* 29.

肖ʾ SIAO, similare : 不肖, degener. *R.* 130

ʿ飲 YN, bibere. 飲ʾ, potum dare.

問ʾ WEN, percontari. 聞, fama.

ʿ邇 EUL, propinquare.

꜀揚 YANG, evulgare, celebrare.

執ˏ TCHE, capere, tenere. *R.* 32.

ʿ兩 LIANG, duo : uncia. ʿ兩ʾ, numerale curruum. *R.* 11.

꜀端 TOAN, rectus : principium, extremitates.

꜀斯 SE, is, huiusmodi : statim, tunc.

꜀予 YU, ego. 予ʾ, dare. *R.* 6.

꜀驅 K'IU, celeriter currere : propellere.

納ˏ NA, accipere, introducere.

2. Tchong ni ait : sapiens vir tenet medium, insipiens homo violat medium : qui sapiens tenet medium, quod sapiens adeoque semper tenet; et ille insipiens violat medium, quia insipiens adeoque nil cavet timetve (1).

3. Confucius ait : medii æquabilitas ea nonne sublimissima (2)? hominum pauci assequuntur, jamdiu.

4. Confucius ait : media via non frequentatur, ego scio hoc; prudentes excedunt illam, rudes non attingunt : media via non claret, ego novi hoc; sapientes prætergrediuntur eam, degeneres non attingunt (3) : hominum nemo non bibit comeditque, et pauci possunt deprehendere sapores (4).

5. Confucius ait : Virtutis via, illa non frequentatur jam (5)!

6. Confucius ait : Choen ille nonne valde prudens (6)? Choen amabat interrogare et amabat examinare vel obvias responsiones, recondebat malas et evulgabat bonas, et accipiens earum duo extrema, adhibebat earum medium pro populo : is nonne exinde factus est Choen (7)?

7. Confucius ait : homo quivis dicit : ego prudens; præceps currit, et offendit in retium, decipularum, fovearumque medium, et nemo ea scit

---

(1) Tchong ni, Confucii nomen.

(2) 其 pronomen, sic nomini postpositum quasi illud majore vi resumeret, frequentissimi est usus : in fine vero phrasis, exclamatio per 矣乎 vel 矣夫 vel 也與 confici potest.

(3) Particulas 也 et 矣 sic se excipientes, ut illa incisum, hæc periodum absolvat, valde præstat adnotare : ceterum tota hujus loci structura speciatim est attendenda.

(4) Inter multitudinis vocabula quæ postponi debent, recensenda etiam sunt 莫不 et 無不, quæ duplici negatione universalitatem affirmant.

(5) Particula 夫, initio quidem phrasis est veluti articulus aut pronomen; in fine vero, sola, affirmat; sociata, exclamat.

(6) 與 primo tono, sæpe sola in fine phrasis, idem est ac 歟 et interrogat : sæpe etiam, præsertim sociata, interrogando exclamat.

(7) 斯以 idem ac 是以.

罟 Kou, rete.
擭 Hoa, decipula. 擭 Houo, capere.
擭 Hou, 布擭, extricare.
陷 Hien, cadere : dejicere.

阱之中、而莫之知辟也、人皆曰予知、擇乎中庸、而不能期月守也、

○子曰、回之爲人也、擇乎中庸、得一善、則拳拳服膺、而弗失之矣、

○子曰、天下國家可均也、爵祿可辭也、白刃可蹈也、中庸不可能也、

○子路問强、子曰、南方之强與、北方之强與、抑而强與、寬柔以教、不報無道、南方之强也、君子居之、衽金革、死而不厭、北方之强也、而强者居之、故君子和而不流、强哉矯、中立而不倚、强哉矯、國有道、不變

阱 Tsing, fovea 穽.

擇 T'ché, seligere.

期 K'i, tempus præfixum : expectare. Ki 朞, circuitus temporis.

月 Yué, luna : mensis.

守 Cheou, custodire, servare. 守, Invigilare : 太守, magnus custos.

回 Hoei, reverti, pravus. 回, Declinare.

拳 K'iuen, pugnus.

服 Fou, vestis : servire : mansuefacere : convincere : uti. *R.* 74.

膺 Yng, pectus : subire, ferre.

弗 Fou, non, contradicere. *R.* 57.

均 Kiun, æquabiliter.

爵 Tsio, avicula : dignitas : calix.

祿 Lou, bonum, felicitas : reditus magistratuum.

白 Pé, Po, albus.

刃 Jen, gladii acies.

蹈 Tao, conculcare, terere.

路 Lou, via.

强 K'iang, robustus : quadragenarius : amplius. 强, Cogere, conari.

方 Fang, locus : regula, modus : comparare : tunc.

北 Pé, Po, septentrio : terga vertere : fugari. 北 P'ei, separare.

抑 I, reprimere : particula adversativa, contra.

寬 K'oan, largus, amplus : indulgens, parcere.

柔 Jeou, mollis, tener.

報 Pao, retribuere, reddere : nuntiare. *R.* 32.

衽 Jen, storea cubitoria. 衽, Vestis limbus lateralis.

金 Kin, metallum : aurum.

革 Ko, corium, coriacea arma :

præcavere : homo quivis dicit : ego prudens ; eligit in medio consistere, et non potest spatio mensis servare (1).

8. Confucius ait : Hoei ille erat talis, qui elegerat in medio constare (2), assecutusque unam virtutem, jam pugno arcte stringebat, ingerebatque pectore, et non dimittebat eam (3).

9. Confucius ait : imperium et regna valebis componere, dignitates censusque valebis recusare, nudatos enses valebis calcare ; medii æquitatem non valebis assequi.

10. Tse lou quæsivit de fortitudine. Confucius ait : estne de australis regionis fortitudine, an de borealis oræ fortitudine, an vero de tua fortitudine (4) ? Benignum esse lenemque in instituendo, nec ulcisci expertes legis, australis regionis fortitudo est (5) : sapiens inhæret ei. Incubare æri et corio, mori nec ægre ferre, borealis regionis fortitudo est : porro fortes insistunt ei (6). Itaque sapientem facilem esse at non labilem, fortitudo est proh ! quam fortis : medio perstare et non inclinari, proh ! quam fortis fortitudo est : si regnum habeat ordinem, non alter fieri ac privata vita conclusus,

---

(1) 諸 valet 於, 辟 sonat 避. — Imprimis nota illud 莫之 : regimen scilicet aliquando verbum præcedit, frequentissime vero ut 莫 et 之, aut 未 et 之 simul conjungantur.

(2) Notandum illud 爲人, erat hujusmodi homo, ut...

(3) 則 passim est particula illativa, quæ unum denotat ab altero defluere et consequi, sive consequentia rationis, ut 失衆則失國 amissa multitudine eo ipso amittis regnum : sive consequentia facti, et sic Confucius qua die funeri aderat, 則不歌 tunc quidem non cantabat. Alias est potius discretiva, *quidem, vero*, ut 是則可憂也 id vero potest doleri : unde 一則 bis repetitum, *unum quidem, alterum vero*, respondet nostro *tum, tum*. Aliquando usurpatur per exceptionem ejus quod affirmes, sicut *quidem* apud latinos, ut 美則美矣而未大也 bonum quidem bonum est, sed nondum summum.

(4) 而 valet 爾, 抑 est particula adversativa.

(5) Particula 以 suum hîc sequitur regimen, *cum benignitate instituere, benignitate uti ad instituendum*.

(6) Æs et corium, velut arma et loricæ aut galeæ.

---

abrogare.
ʿ死 Se, mori. *R.* 78.
ʿ矯 Kiao, fortis : simulare.

立ʾ Li, erigere, instituere : stare.
ʿ倚 I, inniti.
變ʾ Pien, mutare. *R.* 149.

塞焉、強哉矯、國無道、至死不變、強哉矯、
○子曰、素隱行怪、後世有述焉、吾弗為之矣、君子遵道而行、半塗而廢、吾弗能已矣、君子依乎中庸、遯世不見知而不悔、唯聖者能之、
○君子之道、費而隱、夫婦之愚、可以與知焉、及其至也、雖聖人亦有所不知焉、夫婦之不肖、可以能行焉、及其至也、雖聖人亦有所不能焉、天地之大也、人猶有所憾、故君子語大、天下莫能載焉、語小、天下莫能破焉、詩云、鳶飛戾天、魚躍于淵、言其上下察也、君子之道、造端乎夫婦、及其至也、察乎天地、

塞, Sé, Ché, obstruere, replere. 塞 Sai, confinia. *R.* 32.
素 Sou, simplex, albus, purus.
怪 Koai, mirum : conqueri, mirari.
述 Chou, se conformare : referre, narrare : in aliud idioma transferre.
遵 Tsuen, sequi, se conformare.
半 Pan, dimidium. *R.* 24.
塗 T'ou, lutum, inquinare : linire : via. 塗 T'cha, terra aquis cooperta : ornare.
廢 Fei, abjicere, derelinquere, abrogare.
已 I, finire, cessare, jam.
依 I, inniti : juxta. 依, Adhærere.
遯 Toen, fugere, delitescere.
悔 Hoei, pœnitere. 悔, Sumptum deplorare.
費 Fei, consumere, prodigere : sumptus. Pi 鄪, urbs regni Lou, nunc Pi hien.
婦 Fou, mulier nupta.
憾 Han, odisse, conqueri.
語 Yu, monere. 語, Verbum, locutio, alloqui.
載 Tsai, annus. 載, Continere, capere : incipere : negotium : tunc. Tai 戴, gestare.
破 P'ouo, rumpere, findere.
鳶 Yuen, falco tinnunculus.
飛 Fei, volatus.
魚 Yu, piscis : otaria stelleri.
躍 Yo, saltare. Ti, celeriter, et saltuatim currere.

fortis vere fortitudo! si regnum careat legibus, usque ad mortem non immutari, fortitudo est vere fortis (1)!

11. Confucius ait : quærere recondita et agere extraordinaria ut posteris sæculis sint qui narrent, ego non facerem id : sapientiæ alumnum legere virtutis viam ad ambulandum, mediaque via jam deficere, ego non possem sic desistere. Sapiens vir innititur in medii æquabilitate, fugiensque sæculum, nec cognoscitur, quin tamen pœniteat : solus sanctus potest hoc (2).

---

12. Sapientis lex immensa et tamen recondita (3) : virorum fœminarumque rudes etiam valent participare ejus cognitionem ; sed quoad ejus apicem, etiamsi sanctus vir, adhuc erit quod non sciat : virorum fœminarumque debiles, etiam valent aggredi ejus praxim ; sed pervenire ad ejus apicem, etiamsi sanctus vir, adhuc erit quod non possit ; cœlum imo et terra magna sunt, et homines adhuc habent quod conquerantur (4). Ideo sapiens, si loquatur legis magnitudinem, cœlum infra nullus potest continere ; et si loquatur subtilitatem, cœlum infra nullus potest dividendo perrumpere. Carmen (III. 5.) aiens : «falco volando pertingit cœlos, et piscis subsultat in abyssis» significat illam summam et imam deprehendi : sapientis lex init exordium a vulgaribus hominibus fœminisve, at pertingens suum apicem, deprehenditur in cœlo et in terra (5).

---

(1) Ad publicas prodire dignitates, dicitur 達 seu emergere ; 塞 ergo, seu obstrui, contrarium exprimit.

(2) 素 mendose pro 索, 見 nota passivi.

(3) Perfectionis lex, sapienter agendi regula, nusquam non usui, jugiter impendenda (費), adeoque immensa quoad ejus praxim, at recondita quoad altiora principia.

(4) Conqueruntur scilicet cœli temperies terræque proventus : ergo non solum sanctus vir, sed ipsum cœlum et terra, licet tam magna sint, adhuc aliquid non possunt.

(5) Quæ cum ita sint, merito sapiens eam legem tam immensam atque subtilem prædicat, et Carmen eam symbolice a cœlo ad abyssum extendit : ea enim ab imo abyssi incipiens, cœlum et terram sua implet immensitate.

ᶜ淵 Yuen, vorago. Yn, tympani sonus.

ᶜ造 T'sao, creare, facere : exordium. 造, Progredi : pervenire, adire.

○子曰、道不遠人、人之爲道而遠人、不可
以爲道、詩云、伐柯伐柯、其則不遠、執柯以
伐柯、睨而視之、猶以爲遠、故君子以人治
人、改而止、忠恕違道不遠、施諸己而不願、
亦勿施於人、君子之道四、丘未能一焉、所
求乎子、以事父未能也、所求乎臣、以事君
未能也、所求乎弟、以事兄未能也、所求乎
朋友、先施之未能也、庸德之行、庸言之謹、
有所不足、不敢不勉、有餘不敢盡、言顧行、
行顧言、君子胡不慥慥爾、
○君子素其位而行、不願乎其外、素富貴、
行乎富貴、素貧賤、行乎貧賤、素夷狄、行乎
夷狄、素患難、行乎患難、君子無入而不自

柯 Ko, securis, manubrium.
睨 I, oblique aspicere.
改 Kai, mutare, emendare.
願 Yuen, desiderare, votum.
勿 Ou, non, ne : vexillum 㫚.
朋 P'ong, socius, condiscipulus, amicus. *R.* 74.
友 Yeou, amicus. *R.* 29.
謹 Kin, attentus, vigil, diligens.
敢 Kan, audere.
勉 Mien, conari : animare.
餘 Yu, reliquus, superfluus, amplius.
胡 Hou, quomodo? quare : palear : fucus. *R.* 130.
慥 T'sao, sincerus.
貴 Koei, nobilis : pretio carus, magnifacere.
貧 P'in, pauper.
狄 Ti, exteri boreales, scytharum tribus. T'i 逖, expellere.
難 Nan, difficilis. 難, Calamitas. No 儺, plantarum luxuries : 儺, supplicatio ad pestem expellendam.

13. Confucius ait : lex non dissidet homini; si homo ageret legem quæ dissideat homini, non posset censeri lex (1). Carmen (I. 158.) ait : « cæde manubrium, cæde manubrium, ejus exemplar non distat » accipere securis manubrium ad excidendum alterum, obliquo intuitu considerando illud, adhuc existimabitur remotum. Idcirco sapiens per ipsummet hominem instituit hominem (2), correctoque vero sistit. Verax ipse, ex se metiens alios, dissidet legi non procul; agi enim erga se quod non optat, etiam non aget erga alios. Sapientis regulae quatuor : ego K'ieou necdum attigi unam : quod exigo a filio, hoc deservire patri, nondum potui (3); quod exigo a vassallo, hoc inservire principi, nondum potui; quod exigo a fratre minore, hoc servire majori, nondum potui; quod exigo ab amico cum amico, prior deferre ei, nondum potui. In ordinariarum virtutum exercitio et ordinariorum sermonum circumspectione, si sit quod non sufficit, non audere non conari, et si habeatur superfluum, non audere totum effundere; ita ut verba respondeant operibus et opera respondeant verbis (4) : sic sapiens quomodo non erit sincere perfectus (5)?

14. Sapiens vir qua versatur conditione sic agit; nec aspirat ad ipsi alienum : versatus in divitiis et nobilitate, agit ut dives et nobilis; versatus in pauperie et abjectione, agit ut pauper et abjectus; versatus apud exteros occiduos aut boreales, agit ut exterus occiduus aut borealis; versatus in aerumnis et angustiis, agit ut aerumnosus et angustatus : sapiens

---

(1) Agendi regula cuique obvia est; portentosa et extraordinaria persequi, jam non est agendi regula. — Illius 而 perpende vim, *et tamen, quæ tamen* : unde conjicies pronomen nostrum relativum rite nonnunquam per eam particulam efferri.

(2) Per intrinsecum rationis lumen, non vero uti faber, qui per extrinsecum manubrium alterum manubrium efformat.

(3) 以, hoc uti ad.

(4) Non sufficiens, ad virtutes; superfluum, ad sermones spectat : 顧 indicat mutuum sibi respondentium respectum.

(5) 爾, secundæ personæ pronomen, est etiam duplicis usus particula : vel enim phrasim terminat, et tunc sæpe a 云 vel 焉 roboratur, 云 爾, 焉 爾 : vel adverbium facit, ut hîc in textu habetur; adverbio autem, loco verbi, phrasim absolvi jam notavimus.

得焉、在上位、不陵下、在下位、不援上、正己而不求於人、則無怨、上不怨天、不尤人、故君子居易以俟命、小人行險以徼幸、子曰、射有似乎君子、失諸正鵠、反求諸其身、

○君子之道、辟如行遠、必自邇、辟如登高、必自卑、詩曰、妻子好合、如鼓瑟琴、兄弟既翕、和樂且耽、宜爾室家、樂爾妻帑、子曰、父母其順矣乎、

○子曰、鬼神之爲德、其盛矣乎、視之而弗見、聽之而弗聞、體物而不可遺、使天下之人、齊明盛服、以承

陵 Ling, collis : vexare, usurpare.

援 Yuen, elevare, educere. 援, opitulari.

怨 Yuen, conqueri, indignari. 怨, inimicus.

尤 Yeou, culpare, conqueri : culpa : magis.

俟 Se, expectare.

險 Hien, periculum, salebrosus.

徼 Kiao, quærere, examinare : fortuna inopina assequi. 徼, circuire : confinia.

幸 Hing, felix eventus, peroptato. *R.* 51.

射 Ché, jaculari. T'ou, fastidire. 射, I, fastidire. Che, sagittis ferire.

似 Se, sicut, similare.

鵠 Kou, avicula captu difficilis, scopi medium. Ho 鵠, cycnus.

登 Teng, ascendere : maturescere.

高 Kao, altus.

卑 Pei, humilis : vilis. *R.* 24.

妻 T'si, uxor. 妻, filiam nuptui dare.

合 Ho, unire, convenire. 合, Ko, 100^{a} pars modii. *R.* 30.

鼓 Kou, tympanum : pulsare : permovere.

琴 K'in, lyra.

既 Ki, quoniam, cum, jam, postquam : cessare. *R.* 71.

翕 Hi, concordare, unire : multum.

且 T'sié, sed, imo. Tsiu 且, littera carminum finalis. *R.* 1.

耽 Tan, aures pendulæ : indulgere deliciis. 耽, Tigridis intuitus.

室 Che, domus : uxor.

帑 孥 Nou, filii. 帑 T'ang, ærarium.

順 Choen, obsequi : docilis, facilis.

鬼 Koei, genius, dæmon : manes.

神 Chen, spiritus, spiritualis : insita

nusquam subit, quin sibi satis habeat (1). Sit superiore gradu, non vexat inferiores : sit inferiore gradu, non adrepit superioribus (2) : dirigit seipsum, et nihil quaerit ab aliis, proindeque non conqueritur ; superum non conqueritur cœlum, inferos non culpat homines (3). Proinde sapiens tenet plana in expectando cœli destinationem, dum vulgaris homo obit salebrosa ad exposcendam fortunam. Confucius ait : sagittarius habet similitudinem cum sapiente ; si aberret a medio vel scopo, reflectens rationem quærit a propria persona (4).

15 Sapientis lex comparata similat petentem longinqua, qui certe incipit a propinquo ; estque sicut ascendens altum, qui debet ab imo. Carmen (II. 4.) ait : « Uxor filiique amantes concordiam, sunt sicut pulsans cytharam et lyram ; fratres majores minoresque cum concordent, unanimes gaudent et exhilarantur : bene ordinans tuam familiam, exhilarabis tuam uxorem liberosque » Confucius ait : Parentes illi proh quam contenti (5) !

16 Confucius ait : spirituum geniorumque existens virtus, ea proh quam capax ! Respicis illos et non vides ; auscultas illos et non audis ; concorporati sunt rebus, et non possunt amoveri : efficiunt ut universi homines

(1) Duo hîc potissimum adnotanda : primum est modus, quo 其 et 而 se excipiunt ; 素 其 位 而 行, versatus in tali conditione, consequenter aget ; et paullo infra, 因 其 材 而 篤, juxta rei qualitatem consequenter alit. Alterum est specialis illius 乎 usus, *tanquam dives* (un homme riche).

(2) Adrepit eorum animo, ut innitatur auctoritate.

(3) 上 et 下, seu hinc et inde, ex una parte et ex altera parte : antithesi et correlationi verborum student sinenses quam qui maxime.

(4) ‹正 Tcheng, pannei scopi medium ; 鵠 coriaceus scopi umbilicus. Scopus erat ex panno, sed umbilicum habebat vel ex corio, vel ex ipso panno coloribus picto : primus erat 皮 侯, et umbilicus dicebatur 鵠 ; alter 布 侯, et umbilicus dicebatur 正. Sagittatio erat triplicis classis : solemnior in palæstra (大 射), ad eligendos sacrificii adjutores ; honoraria (賓 射), cum reguli regiam conveniebant ; et festiva (燕 射), cum in adyto cœnabatur : in prima erigebatur coriaceus (皮`侯), in secunda panneus scopus (布 侯).

(5) 辟 sonat 譬 : comparationem autem confirmat carmen, ostendens gaudium a minoribus ascendere usque ad parentes.

virtus.

‹遺 I, amittere, omittere : deserere, oblivisci : relinquere, reliquus. 遺› Wei, donare, offerre : cibaria administrare. Soei ‹隨 humiliter submittere se aliis.

‹承 T'cheng, succedere, excipere : offerre. *R.* 64.

祭祀、洋洋乎、如在其上、如在其左右、
詩曰、神之格思、不可度思、矧可射思、
夫微之顯、誠之不可揜、如此夫、
○子曰、舜其大孝也與、德爲聖人、尊
爲天子、富有四海之內、宗廟饗之、子
孫保之、故大德必得其位、必得其祿、
必得其名、必得其壽、故天之生物、必
因其材而篤焉、故栽者培之、傾者覆、
之、詩曰、嘉樂君子、憲憲令德、宜民宜
人、受祿于天、保佑命之、自天申之、故
大德者、必受命、
○子曰、無憂者、其惟文王乎、以王季
爲父、以武王爲子、父作之、子述之、武

祭ˀ Tsi, sacrificare. 祭ˀ Tsai, n. loci. *R.* 113.

ˁ祀 Se, sacrificium : annus.

꜀洋 Yang, oceanus : amplus.

꜀思 Se, cogitare : particula finalis. 思ˀ, Cogitatio.

度ˀ Tou, mensura, regula, metiri. Touo 度, perpendere.

ˁ矧 Chen, quanto magis, nedum.

꜀尊 Tsuen, nobilis : colere : crater.

ˁ海 Hai, mare.

꜀宗 Tsong, honorare : origo : dominus.

廟ˀ Miao, fanum.

ˁ饗 Hiang, cibaria offerre, pollucere.

꜀名 Ming, nomen : fama. *R.* 30.

ˁ壽ˀ Cheou, longævitas. *R.* 33.

꜀因 Yn, quia, ob : motivum : inniti.

꜀材 T'sai, materies. 才, Habilitas. 財, Opes.

篤, Tou, augere : serio, firme.

꜀栽 Tsai, plantare. 栽ˀ, Tabulæ inter quas eriguntur parietes terrei.

꜀培 P'ei, excolere, alere. ˁ培 P'eou, 培塿, parvus agger.

꜀傾 K'ing, dejicere, prosternere : inclinatum.

覆, Fou, subvertere. 覆ˀ Feou, obtegere.

꜀嘉 Kia, bonus, festivus : laudare. *R.* 30.

憲ˀ Hien, lex, regula. ˁ顯, Manifestare. *R.* 61.

ˁ受 Cheou, recipere : perpeti. *R.* 29.

佑ˀ Yeou, auxiliari. 祐ˀ, Spirituum auxilium.

casto purificati splendide vestiant ad offerenda sacrificia oblationesque : innumeri et diffusi sunt, quasi essent cuivis supra, quasi essent cuivis sinistra dextraque (1). Carmen (III. 22.) ait : « spirituum adventus non potest conjici, nedum poterit parvipendi ! » En subtilitas manifestatur, et veritas non potest occultari usque adeo (2) !

17. Confucius ait : Choen ille quam valde in parentes pius ! virtute fuit sanctus vir, dignitate fuit imperator, opulentia obtinuit quatuor marium complexum, avita templa fruebantur illo, filii nepotesque perpetuarunt illum (3). Ideo magna virtus debuit obtinere illam dignitatem, debuit obtinere illos census, debuit obtinere illam famam, debuit obtinere illam longaevitatem. Sane cœlum producendo res, utique juxta earum proprietates sic dat incrementa : unde stantem arborem, fovet illam, dejectam vero pessumdat illam. Carmen (III. 15.) ait : « eximius et amabilis sapiens vir, late splendet, praeclara virtute : componens populum, componens magnates, accipit beneficia e cœlo ; servatus, protectus, constitutus est, et e cœlo reiterantur haec (4). » Ideo magna virtus illa debuit accipere imperium.

18. Confucius ait : expers mœrore, nonne is tantum Wen rex ? habuit Wang ki pro patre, habuit Ou regem pro filio ; quod pater incepit, hoc

---

(1) Recole et pondera illius 爲 usum : in pluribus hujusmodi, 爲德, 爲人, 爲能, nonnisi ad gratiam et vim induci videtur. 齊 sonat 齋, exprimitque abstinentiam, qua se præparat sacrificus. Particulam 乎 exclamantis, admirantis esse, jam notavimus : hinc frequentissima illa, 洋 洋 乎 quam immense diffusum, 巍 巍 乎 proh ! quanta sublimitas, 惜 乎 dolendum sane ! 深 乎 深 乎 profundum, oh vere profundum !

(2) 射 sonat 斁, 思 particula finalis in Carmine.

(3) Parentes illustravit virtute, dignitate, opulentia, sacrificio, hujusque perennitate. 保 之, diu conservarunt illum.

(4) Collata scilicet tot dona cœlum ei conservat renovatque. 宜 semper innuit congruentiam ; at hæc ab ejus regimine determinatur, et sic significabit *congruo modo disponere, aptus esse muneri, mereri aliquid*, et ita porro.

申 Chen, iterare, inculcare : extendere. *R.* 102.

季 Ki, minor, postremus : anni tempora. *R.* 39.

武 Ou, strenuus, militaris : vestigium. *R.* 77.

王纘大王王季文王之緒、壹戎衣、而有天下、身不失天下之顯名、尊爲天子、富有四海之內、宗廟饗之、子孫保之、武王末受命、周公成文武之德、追王太王王季、上祀先公以天子之禮、斯禮也、達乎諸侯大夫、及士庶人、父爲大夫、子爲士、葬以大夫、祭以士、父爲士、子爲大夫、葬以士、祭以大夫、期之喪、達乎大夫、三年之喪、達乎天子、父母之喪、無貴賤一也、

○子曰、武王周公、其達孝矣乎、夫孝者、善繼人之志、善述人之事者也、春

纘 TSOAN, continuare, connectere.

緒 SIU, fili principium : ordo : successio.

戎 JONG, arma : occidui barbari : parvum essedum. *R.* 62.

衣 I, vestis, toga. 衣, induere.

公 KONG, universalis, justus : negotium : Dux. *R.* 12.

追 TCHOEI, elapsum prosequi, insectari. 追 TOEI, campanæ annulus : pileus.

禮 LI, ritus, civilitas, decorum.

侯 HEOU, regulus : marchio : scopus sagittarii.

士 CHE, litteratus : candidatus : eques.

葬 TSANG, sepelire.

三 SAN, tres. 三, Iterum atque iterum. *R.* 1.

年 NIEN, annus. *R.* 51.

繼 KI, connectere, continuare, succedere.

春 T'CHOEN, ver.

---

(1) Quod ad 之 pronomen attinet, magni momenti notionem habeto. Licet enim semper ad aliquid referatur, non tamen semper ad expressum antecedens refertur, sed aliquando rem, ut hîc, denotat, de qua agitur ; vel etiam ad generale refertur sermonis argumentum, et sic in libro Sententiarum designat quandoque sapientiam : imo nonnunquam a loquente ad seipsum tanquam ad tertiam personam refertur, ut alias patebit.

filius persecutus est (1). Ou rex continuavit T'ai wang, Wang ki et Wen regis haereditatem : semel bellicis indutus est, et tenuit imperium : ipsemet nunquam amisit toto orbe illustre nomen, dignitate fuit cœli filius, opibus possedit quatuor marium complexum, majorum templa fruebantur illo, filii nepotesque perpetuarunt illum. Ou rex senex accepit imperium, Tcheou Dux perfecit Wen et Ou gesta ; regrediens reges appellavit T'ai wang et Wang ki, et solemne sacrificavit antiquis majoribus juxta imperatorum ritus ; hique ritus porro extensi fuerunt ad omnes regulos magnosque magistratus, et usque ad litteratos plebeiosque homines (2) : si pater fuisset magistratus, et filius esset litteratus, sepeliebat uti magistratum, sacrificabat uti litteratus ; si pater fuisset litteratus, et filius esset magistratus, sepeliebat uti litteratum, sacrificabat uti magistratus (3). Annui circuitus luctus extendebatur ad viros magnates, trium annorum luctus extendebatur ad imperatorem (4) ; patris matrisque luctus, absque discrimine nobilis vel ignobilis, unus erat.

19. Confucius ait : Ou rex et Tcheou Dux, illi universalis pietatis, proh vere ! Isti pii homines optime prosecuti majorum voluntatem, optime protraxerunt majorum facinora. Vere autumnoque adornabant suorum

---

(2) Illud 也, tanquam pausa in fine membri, notatu est dignum : sic etiam hæc particula nominibus propriis adjungi solet, ut 回也, et ita passim in libro Sententiarum ; et alias varia terminat incisa ; et alias fulcit aliquam litteram, quæ secus injucunde caderet, ut 無異也 一也 *nihil differt, idem est.* — Quod vero ad vocem 士 spectat, duplex distinguebatur ordo, personarum et professionum : ille, ut olim senatorius, equester et plebeius apud Romanos, triplex erat, præfectorum, litteratorum et popularium ; hic quadruplex, litteratorum, opificum, mercatorum, et agricolarum : 士 ergo, relate ad studia est litteratus, sapientiæ alumnus ; relate ad munia est candidatus, administer, eques.

(3) Tres usus particulæ 以, jam vidimus ; quartus est hîc adnotandus ; significat enim etiam convenientiam, ut 以時 accommodate tempori. Universim ergo significat hæc particula, 1° finis objectum, *ad, ut, propter* : 2° medii usum, *cum, per* : 3° usus congruentiam, *juxta, secundum* : 4° termini connexionem, *usque ad, eo ut.*

(4) Annuus luctus in morte fratris vel patrui, triennalis in morte parentum ; ille non solum a plebeiis, sed etiam a magnatibus ; hic etiam ab imperatore præstabatur.

秋、修其祖廟、陳其宗器、設其裳衣、薦其時食、宗廟之禮、所以序昭穆也、序爵、所以辨貴賤也、序事、所以辨賢也、旅酬下爲上、所以逮賤也、燕毛、所以序齒也、踐其位、行其禮、奏其樂、敬其所尊、愛其所親、事死如事生、事亡如事存、孝之至也、郊社之禮、所以事上帝也、宗廟之禮、所以祀乎其先也、明乎郊社之禮、禘嘗之義、治國其如示諸掌乎、

○哀公問政、子曰、文武之政、布在方策、其人存、則其政舉、其人

秋 T'SIEOU, autumnus. *R.* 115.

祖 TSOU, avus: vialibus diis sacrificare.

陳 T'CHEN, ordinatim, disponere: exponere. 陣 TCHEN, acies, agmen.

器 K'I, vas, instrumenta: capacitas.

設 CHÉ, proponere, exhibere: hypothesis, supponere.

裳 CHANG, limus seu vestis a cingulo ad talos.

薦 TSIEN, offerre, exhibere: proponere, suffragari.

序 SIU, ordo: gymnasium: procemium.

昭 TCHAO, illuminare: sinixtimi in aula gentilitia. 昭, Equorum strepitus.

辨 PIEN, discernere.

旅 LIU, multitudo: cohors: peregrinus.

酬 T'CHEOU, hospiti propinationem reddere.

燕 YEN, hirundo: quiescere: convivium. 燕, Antiquum regnum in Petcheli. *R.* 86.

毛 MAO, pilus.

齒 T'CHE, dens: ætas: ordinare.

踐 TSIEN, ordinatim disponere: insistere vestigiis, calcare.

奏 TSEOU, imperatori significare: offerre: musicæ tractus. *R.* 37.

存 T'SOEN, conservare: superesse.

郊 KIAO, sacrificium cœlo in rotundo colle: campi extra urbem.

社 CHE, sacrificium telluri in quadrata area.

禘 TI, quinquennalis parentatio.

嘗 T'CHANG, gustare: olim, jam: autumnalis parentatio. *R.* 30.

示 CHE, significare, edicere: respicere. K'I 祇, spiritus terræ.

掌 TCHANG, vola, palma.

政 TCHENG, regimen. 征, Tributa.

布 POU, tela: propalare.

策 T'CHÉ, codex, molimen: scutica.

avita delubra, disponebant illorum avita utensilia (1), parabant illorum tunicas et togas, offerebant sua tempestiva edulia. Parentalium aularum ritus erat, juxta quem disponebantur sinistri atque dexteri ; servabatur ordo dignitatum, juxta quem distinguebantur nobiliores vulgarioresve ; ordinabantur officia, per quae distinguebantur sapientes ; generali propinatione, inferiores ministrabant superioribus, et sic attingebantur minores ; parentali convivio, capilli erant, per quos ordo habebatur aetatis (2). Insistere illorum sedibus, agere illorum ritus, canere illorum musicam, venerari quos illi coluerant, amare quos illi dilexerant, servire extinctis quasi servirent viventibus, servire defunctis sicut servierant extantibus ; en observantiae apex (3) ! Sacri culminis areaeque solemnitas (4) erat, quacum operabantur Supremo Dominatori ; gentilitiarum aularum ritus erat, quocum sacra faciebant suis majoribus. Erudito ad Cœlo Tellurique sacra, et quinquennalis autumnalisque parentationis sensum, digerere rempublicam, id nonne perinde foret ac inspicere in palmam manus ?

20. Lou regni Ngai princeps quæsivit de regimine : Confucius ait : Wen et Ou regimen exhibetur in tabulis et pugillaribus (5) : si tales homines superessent, statim eorum regimen exurgeret : iis hominibus extinctis, et eorum

---

(1) Instrumenta a majoribus relicta, erant purpureæ vaginæ ensis, cœlestis sphæra, fluvialis mappa, stemmata gentilitia, insignia dignitatis, documenta tabulis impressa. Vestes defuncti induebat ille, qui persona defuncti in gentilitiis sacris fungebatur.

(2) In parentali aula, progenitores alii ad dexteram (穆), alii ad lævam (昭) collocabantur, ut habent notæ præviæ : assistentes sequebantur eumdem ordinem. Absolutis præcipuis propinationibus, juniores cyathissabant senioribus, et sic aliquo fungebantur munere, quod in sacrificiis honori habebatur. Post sacrificium, abibant hospites, et qui ejusdem cognominis erant, in delubri adyto epulabantur (燕).

(3) Venerari progenitores, amare nepotes. 死, modo defuncti ; 亡, jam tumulati.

(4) Sacrificium Cœlo in rotundo culmine, sacrificium Telluri in quadrata area offerebatur : rotundæ enim formæ Cœlum, quadratæ Terram esse putabant.

(5) Tabulæ ligneæ et arundineæ pro papyro erant.

亡、則其政息、人道敏政、地道敏樹、夫政也者、蒲盧也、故為政在人、取人以身、修身以道、修道以仁、仁者人也、親親為大、義者宜也、尊賢為大、親親之殺、尊賢之等、禮所生也、故君子不可以不修身、思修身、不可以不事親、思事親、不可以不知人、思知人、不可以不知天、天下之達道五、所以行之者三、曰、君臣也、父子也、夫婦也、昆弟也、朋友之交也、五者、天下之達道也、知’仁勇三者、天下之達德也、所以行之者、一也、或生而知之、或學而知之、或困而知之、及其知之、一也、或安而行之、或利而行之、或勉強而行之、及其成功、一也、好學近’乎知’、力行近’乎仁、知恥近’乎勇、知斯三者、則知所以修身、知所以修身、則知所以治人、知所以治人、則知所以治天下國家矣、凡為天下國家有九經、

息, Si, respiratio : quiescere, sistere.

‘敏 Min, habilis, celer : hallus.

樹’ Chou, arbor. ‘樹, Plantare, erigere : diathyron.

‚蒲 Pou, typha.

‚盧 Lou, foculus. 蘆, Phragmitis.

‘取 T‘siu, accipere : approbare. 取’, Ducere uxorem. *R.* 29.

殺, Cha, occidere. 殺’ Chai, discriminare : torquendo imminuere : gradatim descendere.

‘等 Teng, gradus, ordo : æquare : expectare.

‘五 Ou, quinque. *R.* 7.

‚昆 Koen, frater natu major : similis : posteri. *R.* 72.

‘勇 Yong, robur, strenuus. *R.* 19.

或, Houo, vel, fortassis : aliquis : dubitare.

regimen cessavit. Hominum virtus expedit regimen, sicut terræ virtus incrementa accelerat arborum; illudque regimen scilicet typha et phragmitis (1). Cum ergo agere regimen pendeat a ministris, attrahendi homines per personam, componenda persona per virtutem, excolenda virtus per pietatem (2): pietas ipsemet homo est, et amare parentes est præcipuum; justitia est conveniens partitio, et colere sapientes est præcipuum; amandi propinquos discrimen colendique sapientes gradus, est officiorum lex quod producit. Idcirco sapiens non potest non componere seipsum, meditans componere seipsum non potest non servire parentibus, meditans servire parentibus non potest non noscere homines, meditans noscere homines non potest non noscere cœlum (3). Totius orbis universales regulæ quinque, et ea, queis exercentur, tria sunt; nimirum, princeps et minister, pater et filius, vir et uxor, frater major et minor, amici amico conjunctio, hæc quinque sunt totius orbis universales regulæ : scientia, pietas, fortitudo, hæ tres sunt totius orbis universales virtutes; et id quo aguntur ea, unum est (4). Sive nascendo jam scias illas, sive discendo sic scias illas, sive laborando scias illas, cum attigeris illam earum scientiam, idem erit : sive naturaliter quidem agas eas, sive ob emolumentum agas eas, sive vi et conatu agas eas, cum perveneris ad complendum opus, idem erit. Amans discere appropinquat ad scientiam, enixus agere propinquat ad pietatem, sciens erubescere appropinquat ad fortitudinem : sciens hæc tria (5), jam scit per quod excolitur propria persona; sciens id quo perficiet seipsum, jam scit id quo reget alios; sciens quid ad regendum homines, jam scit quid ad gubernandum imperii respublicas. Quicumque moderatur orbis regna, habet novem statuta, videlicet :

---

(1) Quæ cito excrescunt; 盧 seu 蘆.

(2) Pulchram gradationem adverte.

(3) Colendi parentes sapientesque discrimen ad cœli doctrinam pertinet.

(4) Unum, scilicet veritas, quam mox edisseret; vera enim scientia sciet, vera pietas volet, vera fortitudo exequetur.

(5) Tria, id est triplex appropinquatio.

困’ K‘oen, lassus : penuria, labor.
‹功 Kong, facinus, meritum. *R.* 19.
力› Li, vires, efficientia.
‘恥 T‘che, erubescere, dedecus.
‹凡 Fan, plerique, quicumque.

‘九 Kieou, novem. Kieou ‹糾, congregare. *R.* 5.
‹經 King, stamen : canon, rectum, stabile : pertransire. 經’, Semita : stamen, fila recta.

曰、修身也、尊賢也、親親也、敬大臣也、體羣臣也、子庶民也、來百工也、柔遠人也、懷諸侯也、修身、則道立、尊賢、則不惑、親親、則諸父昆弟不怨、敬大臣、則不眩、體羣臣、則士之報禮重、子庶民、則百姓勸、來百工、則財用足、柔遠人、則四方歸之、懷諸侯、則天下畏之、齊明盛服、非禮不動、所以修身也、去讒遠色、賤貨而貴德、所以勸賢也、尊其位、重其祿、同其好惡、所以勸親親也、官盛任使、所以勸大臣也、忠信重祿、所以勸士也、時使薄斂、所以勸百姓也、日省月試、既稟稱事、所以勸百工也、送往迎來、嘉善而矜不能、所以柔遠人也、繼絕世、舉廢國、治亂持危、朝聘以時、厚往而薄來、所以

꜀羣 K‘iun, grex, turma : omnes sibi conciliare.

꜀來 Lai, venire : accersere. 徠ʾ, Benefactis attrahere. *R.* 9.

꜀工 Kong, opus, opifex.

꜀懷 Hoai, sinus : fovere : complecti.

惑꜁ Houo, dubitare, hallucinari.

眩ʾ Hiuen, confuse, caligare.

重ʾ Tchong, magnifacere. ʿ重, Gravis. ꜀重, Duplex, iterare. *R.* 166.

姓ʾ Sing, cognomen.

勸ʾ K‘iuen, exhortari, excitare.

ʿ動 Tong, movere.

去ʾ K‘iu, ire. ʿ去, removere, demere. *R.* 28.

꜀讒ʾ T‘san, detrahere, obloqui.

꜀官 Koan, magistratus, administer.

任ʾ Jen, gerere munus. ꜀任, Muneri par : tolerare.

ʿ省 Sing, examinare. ʿ省 Cheng, parcere sumptibus : provincia.

試ʾ Che, experiri, uti.

ʿ稟 Lin, sustentare, dare. ʿ稟 Pin, providere, significare. *R.* 115.

꜀稱 T‘cheng, ponderare : celebrare, vocare. 稱, Par esse, conformis esse : statera.

送ʾ Song, offerre : munerari : comitari.

ʿ往 Wang, ire : praeteritus.

perficere se, venerari sapientes, diligere parentes, honorare magnos magistratus, concorporari gregalibus ministris, filium habere totum populum, accersere quoslibet opifices, comiter tractare longinquos homines, fovere omnes vassallos (1). Excolit se, tunc virtus stabit ; veneratur sapientes, tunc eximetur dubiis ; diligit parentes, tunc omnes patres fratresque non indignabuntur ; honorat magnos magistratus, tunc non hallucinabitur ; quasi membra habet cœtum ministrorum, tunc præfecti reddent officia impensius ; habet filium populum, tunc populus excitabitur ; accersit opifices, tunc opes usui sufficient ; benigne excipit advenas, tunc quatuor regiones ad eum convertentur ; fovet omnes vassallos, tunc imperium reverebitur eum. Se abstinentia purificare, cum decoro vestire, contra honestatem nihil aggredi, id est quo componitur persona : expellere adulatores, amovere voluptatem, floccifacere divitias et magnipendere virtutem, id est quo incitantur sapientes : honorare suorum dignitatem, augere suorum reditus, participare suorum amores et odia, id est quo excitatur parentum amor : administrorum frequentia fungentium missionibus, id est quo excitantur magni magistratus : ex animo fidere et augere census, id est quo animantur litterati : opportuno tempore occupare, et attenuare tributa, id est quo excitatur populus : diurnum examen menstruumque experimentum, et salarium respondens operi (2), id est quo excitantur opifices : prosequi abeuntes et occurrere venientibus, laudare bona et indulgere non valentibus (3), id est quo mulcentur advenæ homines : continuare desinentes generationes, erigere deficientia regna, comprimere seditiones, sustentare periclitantes, agere comitia et excipere legationes juxta tempus (4), opulente tractare abeuntes, parce recipere a venientibus,

(1) In hac congerie particula 也 adnotanda, varia incisa æque intercidens. 體 exprimit unionem capitis cum membris.

(2) 既 sonat 餼 ; gloriolam et lucellum amant opifices.

(3) Adjuvare transeuntes, fovere manentes.

(4) Quotannis reguli per legatum toparcham (Ta fou) mittebant dona, (小聘); quoque triennio solemnius per regni ministrum (K'in) ampliora mittebant, (大聘); quoque quinquennio ipsi adibant imperatorem (朝).

迎 YNG, obviare. 迎, Ire ad deducendum.

絶 TSIUÉ, præcidere : maxime.

持 T'CHE, tenere : servare.

危 WEI, periculum. *R.* 26.

朝 T'CHAO, regia curia : curiam adire. TCHAO, mane. *R.* 74.

聘 P'ING, inquirere : cum muneribus invitare : regulorum ad imperatorem allegatio : sponsales arrhæ.

懷諸侯也、凡爲天下國家有九經、所以行之者、一也、凡事豫則立、不豫則廢、言前定、則不跲、事前定、則不困、行前定、則不疚、道前定、則不窮、在下位、不獲乎上、民不可得而治矣、獲乎上有道、不信乎朋友、不獲乎上矣、信乎朋友有道、不順乎親、不信乎朋友矣、順乎親有道、反諸身不誠、不順乎親矣、誠身有道、不明乎善、不誠乎身矣、誠者、天之道也、誠之者、人之道也、誠者、不勉而中、不思而得、從容中道、聖人也、誠之者、擇善而固執之者也、博學之、審問之、愼思之、明辨之、篤行之、有弗學、學之弗能、弗措也、有弗問、問之知、弗措也、有弗思、思之弗得、弗措也、有弗辨、辨之弗明、弗措也、有弗行、行之弗篤、弗措也、人一

豫 Yu, præcavere, antea : lætari. *R.* 152.

跲 Kié, Kia, impedire, obstare.

疚 Kieou, vetus morbus : tristari.

窮 K'iong, exhaurire, finis : pauper.

獲 Houo, Houé, obtinere, assequi.

固 Kou, firmus, stabilis : pertinax.

博 Pouo, amplus, extensus : talorum lusus.

審 Chen, examinare, scrutari.

措 T'sou, collocare : abjicere. 措 Tsé, persequi elabentem.

---

(1) Veritas, cui edisserendæ sternitur via.

(2) 獲乎上, valere, obtinere fidem apud principem. 可得而 frequentissimi est usus.

(3) 誠 est naturalis entis perfectio, quæ rei convenit juxta genuinum Creatoris prototypon, quæque a Creatore infunditur; proindeque est rei veritas, seu rei juxta veritatem perfectio. Homo qui eam naturalem perfectionem integre

id est quo foventur omnes vassalli. Quicumque administrat imperii regna, habet novem statuta, et id quo peraguntur, unum est (1). At quæcumque res præfultæ, tunc stabunt; non præfultæ, tunc evertentur : sic verba prius definita, tunc non impingent; negotia prius determinata, tunc non hærebunt; actiones prius determinatæ, tunc non peccabunt; agendi regula prius determinata, tunc non deficiet. Hinc existens inferiore gradu, si non obtineat fidem a superiore, populus non potest fieri ut regatur (2) : at obtinere fidem a superiore habet regulam; non fidelis erga socios amicosque, non obtinebit fidem a superiore : fides in amicos habet regulam; non obsequens erga parentes, non erit fidelis cum amicis : observantia in parentes habet regulam; si reversus in semetipsum careat veritate, integritate, non erit obsequens erga parentes : redintegrandi seipsum extat regula; non peritus circa verum bonum, carebit integritate in semetipso (3). Naturalis integritas est cœli ratio, redintegratio est hominis via. Integritate dotatus, non conatur et tamen attingit, quin cogitet jam assequitur; summa tranquillitate attingit perfectionem, sanctus est vir : ad integritatem contendens, is seligit bonum et fortiter tenet illud (4); adeoque ample perdiscit illud, illud scrutando interrogat, diligenter illud meditatur, clare illud discernit, illud serio operatur. Vel non studebit; at studens sapientiæ, licet non attingat, nec omittet (5) : vel non interrogabit; at interrogans, etsi non intelligat, nec sistet : vel non cogitabit; at cogitans, etsi non assequatur, nec desistet : vel non distinguet; at distinguens, etiamsi non percipiat, nec sistet : vel non aget; at agens, licet non conficiat, nec desistet. Quod alii uno ictu assequuntur,

---

obtinuerit, eamque nondum deturpaverit, quique proinde naturam primitiva sua puritate possidet, facile et sponte rectum agit, et ad supremam perfectionem pertingit, proindeque sanctus est. Homo qui declinatam a germano prototypo naturam habet, sive quod imperfectiorem naturam sortitus, sive quod ipse deturpaverit, is debet promovere naturam qualem habet, bonique germen, quod inest, sequi et evolvere; ex quo fiet ut ad primitivam perfectionem pervenire et ipse poterit.

(4) Repetiti illius 者 perpende vim : redintegrans sese, est ille qui seligit bonum et fortiter tenet illud.

(5) Recole quæ de 之 pronominis usu jam adnotavimus : hic designat veritatem, sapientiam, 道. Unde ait : ad integritatem contendens, cum semel opus aggressus fuerit, ab incepto nunquam deterrebitur, et serius ocyus metam tanget.

能之、己百之、人十能之、己千之、果能此道
矣、雖愚必明、雖柔必强。
○自誠明、謂之性、自明誠謂之教、誠則明
矣、明則誠矣。
○唯天下至誠、爲能盡其性、能盡其性、則
能盡人之性、能盡人之性、則能盡物之性、
能盡物之性、則可以贊天地之化育、可以
贊天地之化育、則可以與天地參矣、
○其次致曲、曲能有誠、誠則形、形則著、著
則明、明則動、動則變、變則化、唯天下至誠
爲能化。
○至誠之道、可以前知、國家將興、必有禎
祥、國家將亡、必有妖孽、見乎蓍龜、動乎四

果 Kouo, fructus : fortis, firmus : revera, effectu. Wo 婐, mulier alteri assistens. *R*. 75.

贊 Tsan, adjuvare.

化 Hoa, mutatio : emendatio : creatio. *R*. 21.

參 T'san, addere tertium. Chen, sidus : n. proprium. San, tres. T'chen 參差, inæqualis. 參 Chan, quædam cantilena. *R*. 28.

次 T'se, ordo, series : vices : secundus, posterus.

曲 K'iu, curvus : cantio. *R*. 73.

將 Tsiang, mox : auxiliari : ire : fortis : accipere : introducere. T'siang, magnus : invitare : nutrire : jussa facere. 將 Tsiang, Dux. *R*. 41.

禎 Tcheng, felicitas.

祥 Siang, prognosticum : faustus.

妖 Yao, formosus, blandus : spectrum, ominosum.

孽 Nié, nothus : monstrum, spectrum. *R*. 39.

蓍 Che, achillea millefolium.

龜 Koei, emys. Kieou, n. regni.

id ipse centesimo; quod alii decimo poterunt, id ipse millesimo (1). Revera tenens hanc regulam, licet rudis profecto perspiciet, licet debilis profecto invalescet.

---

21. Ex naturali integritate intelligere, vocatur natura; ex intelligentia se redintegrare, vocatur institutio : si integer, eo ipso sapiens; si sapiens, mox redinteger.

22. Solum in universo summe rectus est potis perfectione exhaurire suam naturam (2); potest exhaurire suam naturam, tunc poterit plene perficere aliorum naturam; potest perficere aliorum naturam, tunc poterit plene evolvere rerum naturam; potest evolvere rerum naturam, tunc poterit adjuvare cœli terræque productionem conservationemque; potest adjuvare cœli terræque creationem conservationemque, tunc poterit uniri cœlo et terræ tertius (3).

23. Secundi ordinis homines promovent declinatam naturam (4); curvum poterit fieri rectum; rectum, tunc prodit; prodiens, tunc patet; patens, tunc splendet; splendens, tunc commovet; movens, tunc immutat; immutans, tunc transformat. Solum in universo summe rectus est potis transformare (5).

24. Summe perfecti virtus potest prævia scire. Regia familia mox surrectura, profecto erunt fausta præsagia; regia familia proxime peritura, profecto erunt infausta prognostica; apparebit in achillea et testudine,

---

(1) 百之, 千之, seu 百千能之, exprimit centies, millies repetitos conatus; 之 refertur ad quinque modo dicta.

(2) Recole illud 爲能, et subsequentem gradationem adverte.

(3) 至誠, naturali integritate summe rectus, seu sanctus. 盡 exhaurire cognitionem et actionem in perficiendo se, tum exemplo et institutione perficere alios, dein sapienti gubernio efficere ut omnia juxta suam naturam plene evolvantur, et sic adjuvare cælum et terram, quæ producunt et conservant, sed nequeunt cogere homines ut juxta naturam ipsi agant rebusque utantur.

(4) 其次, qui secundo loco sunt: iterum hîc insignem gradationem perpende.

(5) Sic redintegrans sese, adæquabit naturali integritate sanctum.

體、禍福將至、善、必先知之、不善、必先知之、故至誠如神、

〇誠者、自成也、而道自道ʾ也、誠者、物之終始、不誠無物、是故君子誠之爲貴、誠者、非自成已而已也、所以成物也、成已、仁也、成物、知ʾ也、性之德也、合外內之道也、故時措之宜也、

〇故至誠無息、不息則久、久則徵、徵則悠遠、悠遠則博厚、博厚則高明、博厚、所以載物也、高明、所以覆物也、悠久、所以成物也、博厚配地、高明配天、悠久無疆、如此者、不見而章、不動而變、無爲而成、天地之道、可一言而盡也、其爲物不貳、則其生物不測、天地之道、博也、厚也、高也、明也、悠也、久也、今夫天、斯昭昭之多、及其無窮也、日月星辰繫焉、萬物

ʿ禍 Houo, calamitas.

福ʾ Fou, felicitas.

ʿ徵 Tcheng, testificari, probare : effectus. ʿ徵 Tche, quartus tonus, do. *R*. 60.

ʿ悠 Yeou, remotus, prolixus : tristis.

ʿ疆 Kiang, limes. *R*. 102.

ʿ章 Tchang, clarus, splendens : ornatus : capitulum. *R*. 117.

貳ʾ Eul, duo, partiri : dubitare : auxiliari.

測ʾ T'ché, conjicere, perpendere.

ʿ今 Kin, nunc. *R*. 9.

ʿ多 Touo, multum.

ʿ星 Sing, stella. *R*. 72.

ʿ辰 T'chen, sidus : hora : hora 7ª et 8ª matutina.

繫ʾ Hi, vincire : pendere, pertinere.

---

(1) Ex modo tenendi tesseram, altius vel demissius, et ex modo attollendi vel demittendi vultum, præsagivisse quidam fertur reguli regnique interitum (左傳 in 定公 14ª anno). Testudinis, quæ ventre quadratam terram, dorso cæli

vibrabit in quatuor membris (1). Calamitate vel felicitate proxime instantibus, bonum, profecto prænoscet illud ; non bonum, profecto prænoscet illud : ideo summe perfectus instar spiritus (2).

25. Integritas naturalis essentialiter perficit, et ratio essentialiter dirigit (3) : naturalis enim veritas est entium finis principiumque, et sine veritate non sunt entia. Hac de causa sapiens redintegrationem facit maximi. Perfectus nequaquam ipse perficit sese et sistit, sed exinde perficit alios : perficere seipsum, cordis virtus ; perficere alios, agendi prudentia : naturæ virtutes hae sunt, atque uniendi exteriora interioraque regula hæc est ; ideo juxta opportunitatem applicare hæc, congruentia est.

26. Propterea summa perfectio nunquam desistit ; nunquam desistens, tunc perseverat ; perseverans, tunc prodit effectu ; prodiens, tunc ampliatur extenditurque ; ampliata extensaque, tunc lata fit et profunda ; lata et profunda, tunc sublimis evadit et conspicua : lata et profunda, proinde sustentat res ; sublimis et clara, proinde protegit res ; ampliata et continua, proinde perficit res : lata et profunda sociatur terræ, sublimis et clara æquiparatur cœlo, ampla et continua caret termino. Cum hujus modi sit non se ostendit, et tamen clarescit ; non movet, et tamen convertit ; non agit, et tamen perficit (4). Cœli terræque ratio potest unico verbo sic exhauriri : illa sunt ens non duplex (5); proindeque illorum productio rerum est incomprehensibilis. Sane (6) cœli terræque ratio lata, profunda, sublimis, clara, ampla, perseverans (7) : sit porro hoc cœlum, ista exigui fulgoris quantitas, quoad ejus immensitatem, sol, luna, stellæ, sidera eo appenduntur, et

---

fornicem refert, cremabant corticem, et ex maculis, quæ tum forte apparebant, conjiciebant futura (卜). Versabant item achilleæ virgulas, et ex emergentibus figuris symbola formabant (筮).

(2) Erunt prognostica, haruspicia, indicia ; sed ea nonnisi sanctum non effugiunt.

(3) '道, ratio, naturalis integritas in homine ; 道' dirigit, sonat 導.

(4) Exponuntur mirabiles effectus ejus perfectionis, quæ in dies cumulatå foris prodit, et cœlo terræque similis summa in populos pandit beneficia. Hinc idipsum a mira cœli terræque operatione mox statim illustratur.

(5) Simplex cœli terræque virtus refert naturalem sapientis perfectionem.

(6) Statim simplicitatis effectus asseritur, et incomprehensibilis operationis modus. Qui ut innotescat, cœlum, terra, montes et aquæ, primum in parvo tractu considerantur, dein in tota massa.

(7) Nota, in congerie, particulæ 也 usum.

覆焉、今夫地、一撮土之多、及其廣厚、載華
嶽而不重、振河海而不洩、萬物載焉、今夫
山、一卷石之多、及其廣大、草木生之、禽獸
居之、寶藏興焉、今夫水、一勺之多、及其不
測、黿鼉蛟龍魚鼈生焉、貨財殖焉、詩云、維
天之命、於穆不已、蓋曰、天之所以爲天也、
於乎不顯、文王之德之純、蓋曰、文王之所
以爲文也、純亦不已、
〇大哉聖人之道、洋洋乎、發育萬物、峻極
于天、優優大哉、禮儀三百、威儀三千、待其
人而後行、故曰、苟不至德、至道不凝焉、故
君子尊德性、而道問學、致廣大、而盡精微、
極高明、而道中庸、溫故而知新、敦厚以崇

撮 T'souo, compressis digitis accipere.

華 Hoa, flos, florens, pulcher : per medium secare. 華, Mons occidentalis : cognomen.

嶽 Yo, mons excelsus.

振 Tchen, excitare : succurrere : recipere. 振, Pius, sincerus.

河 Ho, fluvius.

洩 Sié, diffluere, stillare : patefacere. 洩 I, hilariter.

卷 Kiuen, volumen. 捲, Glomerare, convolvere. 卷 K'iuen, belle : curvare. *R.* 26.

草 T'sao, herba : adversaria : imperfecte, perfunctorie.

木 Mou, arbor, lignum.

禽 K'in, volatilia. *R.* 114.

獸 Cheou, quadrupes.

水 Choei, aqua.

勺 Tcho, haurire, haustus : Tcheou ducis musica. Cho, cochlear. *R.* 20.

黿 Yuen, magna testudo.

鼉 T'ouo, iguana ?

蛟 Kiao, crocodilus.

龍 Long, draco. 壟, Tumulus terreus.

鼈 Pié, trionyces.

殖 Tche, colligere : augere. 殖 Che, plantare.

omnes res conteguntur : porro hæc terra, unius pugilli terrei quantitas, quoad ejus latitudinem et profunditatem, sustentat Hoa montem, et tamen non gravatur ; recipit flumina et maria, et tamen non exundat, omnesque res eâ sustentantur : porro montium istud, unius pugilli lapidei quantitas, si devenias ad eorum latitudinem magnitudinemque, plantæ arboresque ibi nascuntur, aves et quadrupedia eos inhabitant, thesauri reconditi prodeunt : porro aquarum istud, unius haustus quantitas, si devenias ad earum immensitatem, ibi testudines, iguanae, crocodili, dracones, pisces, trionyces procreantur, gaza et opes multiplicantur. Oda (IV. 2.) ait : «illa cœli providentia quam recondita, sine fine ! » Quasi diceret ; cœlum ideo est cœlum. « Oh nonne splendet Wen regis virtutis puritas ? » Quasi diceret : Wen rex ideo fuit Wen ; puritas, item sine limite (1).

27. Proh quam magna sancti viri virtus ! Immensum diffusa evolvit atque promovet omnes res, et eminens pertingit ad cœlum ; omnia complectendi capax sane, et officiorum leges trecentas, et civilitatis ritus ter mille. Expectandus hujusmodi vir, et postea peragetur : ideo dicitur : si non summe sanctus, summa virtus non adimplebitur. Ideo sapientiae cultor accurat virtutem naturalem, et insistit scientiae acquisitae : promovet latum magnumque, et exhaurit subtile et minutum ; pertingens sublime clarumque insistit medii aequabilitati ; recolit vetera et noscit nova ; amplificat accumulata,

(1) Simplex virtutis puritas refert simplicem cœli virtutem, adeoque item significat sine limite. 於 sonat 嗚, 乎 sonat 呼.

蓋ˀ Kai, operculum : nam. 蓋꜁ Kĕ, regni T'si urbs. Ho, 盍꜁ quidni ?

꜀純 Choen, simplex, purus. T'oen, obvolvere, ligare. T'siuen, unum totum. ʿ純 T'choen, vestis limbus.

꜀優 Yeou, superare, excedere : superabundans.

ʿ待 Tai, expectare, usque : tractare.

꜀凝 Yng, concretus, congelascere.

꜀精 Tsing, subtilis, fabrefactus : peritus : semen animale.

꜀溫 Wen, tepidus : comis, blandus : recolere. Yun ʿ蘊. continere.

꜀敦 Toen, amplus, ampliare. T'oan, congregare. 敦ˀ Toei, vas pro millio. 敦ˀ Toen, 困 敦, chaos, impervius.

꜀崇 T'chong, altus, extollere : venerari ; cumulare : implere.

禮、是故居上不驕、爲下不倍、國有道、其言足以興、國無道、其默足以容、詩曰、既明且哲、以保其身、其此之謂與、

○子曰、愚而好自用、賤而好自專、生乎今之世、反古之道、如此者、烖及其身者也、非天子、不議禮、不制度、不考文、今天下、車同軌、書同文、行同倫、雖有其位、苟無其德、不敢作禮樂焉、雖有其德、苟無其位、亦不敢作禮樂焉、子曰、吾說夏禮、杞不足徵也、吾學殷禮、有宋存也、吾學周禮、今用之、吾從周、

○王天下、有三重焉、其寡過矣乎、上焉者、雖善無徵、無徵不信、不信民弗從、下焉者、雖善不尊、不尊不信、不信民弗從、故君子之道、本諸身、徵諸庶民、

默 Mĕ, silentium. *R.* 203.

哲 Tchĕ, sapiens, intelligere. *R.* 30.

專 Tchoan, unice, serio. T'oan, congregare.

烖 Tsai, calamitas. *R.* 86.

議 I, consultare, disceptare.

制 Tche. moderari: facere: statutum.

考 K'ao, examinare : finire : pater defunctus. *R.* 125.

車 Kiu, Tchĕ, currus.

軌 Koei, orbita : regula, se conformare.

倫 Luen, ordo, species.

說 Choei, suadere. 說, Chouo, loqui. Yuĕ 悅, lætari. Choei 稅, subsistere. T'ouo 脫, auferre, solvere.

夏 Hia, æstas. 夏, 1ª dynastia : Sinæ : magna domus. *R.* 35.

杞 K'i, salix : lycium sinense : ilex æquifolium : antiquus principatus in Ho nan.

宋 Song, antiquum regnum in Ho nan. *R.* 40.

indeque evehit externum decorum (1). Talisque cum sit, tenens alta non superbit, factus inferior non contradicit (2) ; si regnum habeat ordinem, ejus verba sufficiunt ut promoveatur, et si regnum careat ordine, ejus silentium sufficit ut sospitetur : Odæ (III. 26.) dictum : « Quandoquidem intelligens ac prudens, inde conservabit suam personam » illud nonne idipsum significat ?

28. Confucius ait : ut rudis vero amet a seipso agere, infimus adhuc amet sibi jus arrogare, natus in praesenti saeculo renovet priscorum leges, qui ejusmodi est, calamitates attingent ejus personam (3). » Nisi cœli filius, nemo sancit ritus, nec statuit regulas, nec dijudicat litteras : et sic nunc toto imperio currus habent eamdem orbitam, libri eamdem scripturam, mores easdem leges (4). Et licet habeas eam dignitatem, si non habes eam virtutem, nec audendum instituere ritus et musicam ; etsi habeas talem virtutem, si non habes talem dignitatem, item ne audeas instituere ritus et musicam (5). Confucius aiebat : ego loquor de Hia dynastiae ritibus ; at K'i regnum non est sufficiens testimonium : ego didici Yn dynastiae ritus, et sunt in regno Song superstites : ego didici Tcheou dynastiae ritus ; hi nunc usurpantur, ego sequor Tcheou (6).

29. Si gubernans imperium habeat tria illa gravissima, is nonne minueret noxias ? Priorum illa, quamvis eximia, carent testimonio ; destituta authenticitate, carent fide ; cum desit illis fides, populus non sequitur : privatorum alia, quamvis bona, carent auctoritate ; destituta auctoritate, carent fide ; cum desit illis fides, populus non sequitur. Ideo sapientis gubernantis ratio fundatur in seipso, et probatur in toto populo ; examinata juxta

---

(1) Internam virtutem usque majorem, majore etiam externo decoro rite coercet cohonestatque. 道, quasi iter insistere, via incedere.

(2) 倍 valet 背.

(3) Adducuntur hæc verba Confucii ad explanandum superius effatum, sapientem in imo loco nunquam contradicere.

(4) Currus habent eamdem orbitam, quia habent eumdem capsum, sex pedes totidemque pollices latum, olim ab imperatore constitutum.

(5) Ritus inter et musicam, Prisci magnam concordiam existere profitebantur : illi enim virtute interna informari debebant, ut interno concineret externum ; hæc ideo instituta, ut virtus suavius imbueretur : hinc tanti hæc fiebant. 其 talis, proprie talis, qualis decet : hanc vocis acceptionem cumprimis adnota.

(6) K'i regni familia, primæ dynastiæ progenies, antiquos ritus amiserat ; Wei tse e secunda dynastia, creatus regni Song regulus, suos ritus servaverat.

考諸三王而不繆、建諸天地而不悖、質諸鬼神而無疑、百世以俟聖人而不惑、質諸鬼神而無疑、知天也、百世以俟聖人而不惑、知人也、是故君子動而世爲天下道、行而世爲天下法、言而世爲天下則、遠之則有望、近之則不厭、詩曰在彼無惡、在此無射、庶幾夙夜、以永終譽、君子未有不如此、而蚤有譽於天下者也、

○仲尼祖述堯舜、憲章文武、上律天時、下襲水土、辟如天地之無不持載、無不覆幬、辟如四時之錯行、如日月之代明、萬物竝育、而不相害、道竝行、而不相悖、

繆 Meou, arcte conjuncti. Mou 繆, dextimus in fano. Mieou 謬, absurdum, errare. Miao 繆, cognomen.

建 Kien, erigere.

質 Tche, sincerus : constituens materia : stabilire : inquirere : adversus. 質, Obses : 贄, munera primæ visitationis.

疑 I, dubitare. *R.* 103.

望 Wang, sperare : prospicere : plenilunium. *R.* 74.

幾 Ki, fere : occasio. 幾, Expectare, sperare. 幾, Quot. 幾 K'i, vasorum toreumata. *R.* 52.

夙 Sou, summo mane : vigil. *R.* 36.

夜 Yé, nox. *R.* 36.

永 Yong, perpetuus. 詠, Canticum. *R.* 85.

譽 Yu, exaggerare laudem.

蚤 早 Tsao, mane.

律 Liu, lex : tubi musici.

襲 Si, vestis duplex : imparatum aggredi : accipere : conformis.

幬 T'cheou, conopœum, velum. 幬 Tao, 幬 T'ao, velo cooperire.

錯 T'so, permiscere : errare : limare : inaurare. 錯 T'sou, abrogare, dejicere : inaurare.

代 Tai, generatio : loco alterius.

相 Siang, mutuo. 相, Auxiliari : videre. *R.* 109.

tres reges, nec tamen invenietur aberrans ; constituta coram cœlo et terra, nec vero invenietur contraria ; si testimonium quaereret a spiritibus, adhuc non ambigeretur ; et si centum essent saecula ad expectandum sanctum virum, neque tunc confunderetur (1). Si testimonium quaerens a spiritibus, non vocatur in dubium, cognoscit cœli legem ; si centum sæculis expectatus sanctus, non arguet erroris, cognoscit hominis legem. Hac de causa, sapientis regis vita, secularis erit imperii regula ; actiones, in generationes erunt imperii lex, et verba, in saecula erunt imperii norma : remoti ab eo quidem habebunt ejus desiderium, propiores ei vero non fastidient. Carmen (IV. 13.) ait : « et illic, haud odio habentur ; et hic, haud fastidiuntur ; ut peroptato die noctuque, in sempiternum perennetur laus » (2). Sapiens princeps nondum fuit, qui, nisi hoc modo, mature habuerit famam in imperio.

30. Confucius haereditate edidit Yao et Choen, imitatione expressit Wen et Ou ; sursum aemulatus cœli tempora, deorsum imitatus aquam et humum (3). Erat sicut cœlum et terra nil non sustentans et continens, nil non tegens et ambiens : erat sicut quatuor tempora alterne procedentia ; sicut sol et luna vicaria vice illuminantes (4). Omnes res simul aluntur quin invicem sibi noceant, cursus simul aguntur quin mutuo perturbentur,

---

(1) 三, scilicet ritus, regulas, litteras : 過, noxias in sociali vita : 上, tria illa a prioribus regibus instituta ; 下, ea ipsa a privato sapiente condita : 道, ratio quoad illa tria : 本, supponit virtutem in rege : probatur in populo, cum is statuta probat et servat : tres reges sunt trium dynastiarum fundatores : cœli terræque, spirituum, et vel remotissimi sancti approbatio, significant rectæ rationi congruitatem.

(2) 射 sonat 斁, fastidire. 庶 幾, *vix abest, forte fortuna continget*, spem exprimit atque votum.

(3) 祖 fecit sibi avos, quoad doctrinam, et hæreditate accepit ; 憲 fecit sibi exemplaria, quoad regulas, et splendide expressit : 天 時, cœli æquabilem variationem ; 水 土, terræ constantem tenorem. Huc usque de Confucii scientia agitur.

(4) 辟 sonat 譬, et jam de virtute fit sermo, quæ sine omissione vasta, comparatur cœlo et terræ, sine intermissione lucens, comparatur temporibus et astris.

小德川流、大德敦化、此天地之所以爲大也、

○唯天下至聖、爲能聰明睿知、足以有臨也、寬裕温柔、足以有容也、發强剛毅、足以有執也、齊莊中正、足以有敬也、文理密察、足以有別也、溥博淵泉、而時出之、溥博如天、淵泉如淵、見而民莫不敬、言而民莫不信、行而民莫不說、是以聲名洋溢乎中國、施及蠻貊、舟車所至、人力所通、天之所覆、地之所載、日月所照、霜露所隊、凡有血氣者、莫不尊親、故曰配天、

○唯天下至誠、爲能經綸天下之大經、立天下之大本、知天地之化育、夫焉有所倚、肫肫

川 T'choan, flumen. *R.* 47.

聰 T'song, perspicax.

睿 Joei, sagax.

臨 Lin, approximare, illabi, inferiora invisere. 臨, Multitudinis fletus.

裕 Yu, locuples, abundans.

剛 Kang, forte, durum.

毅 I, fortitudo animi.

莊 Tchoang, fortis : compositus : venerari : prædium.

理 Li, ratio naturalis : rerum ratio : moderari, ordinare.

密 Mi, secretus : spissus. *R.* 40.

別 Pié, dividere : alius. P'ié, ab alio separari.

溥 P'ou, amplus, universalis 普.

泉 T'siuen, fons.

聲 Cheng, sonus, vox.

溢 I, exundare : cotylæ vigesima quarta pars.

貊 Mé, boreales exteri : recondita quies.

舟 Tcheou, navis : cymbium.

照 Tchao, illuminare : collineare.

霜 Choang, pruina.

露 Lou, ros : prodere, manifestare.

隊 Toei, caterva. Tchoei 墜, cadere.

cum particulares influxus velut amnes fluant, et generales influxus dilatent productiones : en cœlum terraque propter quod sunt magna (1).

31. Solum in imperio summe sanctus est potis ut, perspicax, intelligens, sagax, prudens, sufficiat ad habendum auctoritatem ; largus, magnanimus, comis, benignus, sufficiat ad habendum complectendi alios capacitatem ; actuosus, fortis, firmus, constans, sufficiat ad habendum æqui tenacitatem ; modestus, gravis, temperatus, rectus, sufficiat ad habendum honores ; decorus, compositus, accuratus, scrutator, sufficiat ad hadendum discretionem (2). Latae vastitatis, profundae radicis, suo tamen tempore proditur : latae vastitatis velut cœlum, profundae originis velut abyssus, apparet et populi nemo non veneratur, loquitur et populi nemo non credit, agit et populi nemo non laetatur (3). Exinde fama nomenque late exundabit per medium regnum, propagabitur usque ad australes barbaros borealesque : naves currusque quocumque perveniunt, hominum vires quocumque penetrant, cœlum ubicumque tegit, tellus ubicumque sustinet, sol et luna quocumque illuminant, pruina et ros quocumque decidunt, quicumque habent sanguinem spiritumque, nullus non venerabitur amabitque : ideo dicitur aequiparari cœlo (4).

32. Solum in imperio summe perfectus est potens ordiri et contexere socialem magnum ordinem, stabilire societatis magnum fundamentum, pernoscere cœli terraeque productionem conservationemque : et is quî habet quo innitatur (5) ? Impense diligens ejus charitas, late profunda ejus abyssus,

(1) Illustratur comparatio : omnia aluntur et moventur ob generalem naturæ virtutem : nil impeditur aut perturbatur, quia particulares influxus discriminatim velut totidem rivuli defluunt. Item fit de sancti virtute, cujus proinde particulares et generales influxus in subsequentibus paragraphis exponuntur.

(2) 齊 sonat 齋.

(3) 見 sonat 現, 說 sonat 悅.

(4) Splendet summe sancti descriptio. 隊 sonat 墜.

(5) Illud per se ipse præstat.

血, Hiuĕ, sanguis.

氣, K'i, aer : vapor : spiritus : anhelitus.

綸 Luen, fila contorquere, redordiri. Koan, cœruleus sigilli funiculus.

肫 Tchoen, crassus : serio, vehementer. Choen, caro indivisa.

其仁、淵淵其淵、浩浩其天、苟不固聰
明聖知、達天德者、其孰能知之、
○詩曰、衣錦尚絅、惡其文之著也、故
君子之道、闇然而日章、小人之道、的
然而日亡、君子之道、淡而不厭、簡而
文、溫而理、知遠之近、知風之自、知微
之顯、可與入德矣、詩云、潛雖伏矣、亦
孔之昭、故君子內省不疚、無惡於志、
君子之所不可及者、其唯人之所不
見乎、詩云、相在爾室、尚不愧於屋漏、
故君子不動而敬、不言而信、詩曰、奏
假、無言、時靡有爭、是故君子不賞而

‘浩 Hao, magnæ aquæ, magnus.

孰 Chou, quis? *R.* 39.

‘錦 Kin, sericum floribus variegatum.

‘絅 K‘iong, propere attrahere. ‘褧, Vestis simplex.

‘闇 Ngan, absconditus, obscurus. ‚闇, Casula ad luctum transigendum.

的 Ti, clarus : scopus.

淡’ Tan, insipidus.

‘簡 Kien, eligere : pugillares : summatim.

‚風 Fong, ventus : mores. 諷’, Prudenter reprehendere, carpere.

‚潛’ T‘sien, vado transire.

伏 Fou, se demittere, subjicere, abscondere. 伏’, Ova fovere.

‘孔 K‘ong, foramen : valde. *R.* 39.

愧’ Koei, erubescere.

漏’ Leou, e rimis stillare. 屋漏, pars domus ad caurum (N. O.) sita.

‘假 Kia, falsus : mutuari : magnus : interim : 假寐, cum vestibus dormire. 假’, Otium commodare : 告假, petere commeatum. ‚嘉, Pulcher. ‘嘏, Felicitas. Ko 格, pervenire.

‘靡 Mi, non : prosternere : prodigere. ‚縻, Vincire. *R.* 175.

‘賞 Chang, præmio donare : laudare : oblectari. *R.* 154.

valde amplum ejus cœlum (1) : si quis non revera perspicax, intelligens, sapiens, prudens, penetransque cœli virtutem, is quomodo poterit cognoscere illum ?

---

33. Carmen (I. 57.) ait : « induta variegatâ, superinduebat pallam simplicem » exosa ejusmodi ornatus ostentationem scilicet (2) : ita sapientis viri virtus umbra tegitur, et tamen in diem emicat ; vulgaris hominis virtus speciose prodit, at in diem evanescit : sapientis virtus insipida, et tamen non nauseat ; simplex, est tamen venusta ; facilis, est tamen composita : scienti remotorum principium, scienti exteriorum originem, scienti occultorum manifestationem, potest dari ingredi virtutem (3). Carmen (II. 38.) ait : « Submersus licet delitescat, adhuc summopere translucebit. » Ideo sapiens si intima discutiens careat naevo, tunc non indignabitur in animo ; sapiens sane quo non valet attingi, nonne illic scilicet, homines ubi nulli vident (4) ? Carmen (III. 22.) ait. « visus in tua domo, praestat ne erubescas ad tecti spiramenta » ideo sapiens cum non movetur, adhuc est circumspectus ; cum non loquitur, adhuc est sincerus (5). Carmen (IV. 37.) ait : « oblatione Manes evocaturus, non loquitur, et interim nulla habetur contentio » hac de causa, sapiens non remunerat, et populus excitatur ; non

---

(1) Abyssus et cœlum hic denotant sancti cor, cujus charitas socialem ordinem, profunditas societatis fundamentum, amplitudo naturæ virtutem complectitur.

(2) Nota illud 也 affirmans atque declarans : nec enim semper hujusmodi particulæ meræ velut euphoniæ subservire putandæ sunt.

(3) 遠, perficiendo alios reformare imperium, fundatur in suiipsius perfectione ; 風, exterior habitus commovens alios, procedit ab interna virtute ; 微, interna virtus certo prodit. 與 secundo tono, permittere.

(4) Sapiens in eo alios longe superat, quod solus et secreto, æque sibi vigilantissimus est.

(5) Secretior domus angulus inter septentrionem et occidentem situs, nonnisi a tecti spiramentis recipit lucem ; neque illic pudendum quid audere licet.

民勸、不怒而民威於鈇鉞、詩曰、不顯惟德、百辟其刑之、是故君子篤恭而天下平、詩云、予懷明德、不大聲以色、子曰、聲色之於以化民、末也、詩曰、德輶如毛、毛猶有倫、上天之載、無聲無臭、至矣、

鈇 Fou, securis.
鉞 Yuĕ, magna securis.
刑 Hing, supplicium : exemplar, lex. 鉶, Tripus.
恭 Kong, venerari, honorare.
輶 Yeou, levis currus, levis.

irascitur, et populus timet plusquam ascias et secures (1). Carmen (IV. 4.) ait : « non fulget illa virtus, et centum reguli jam imitantur illam ; » quapropter sapiens solide sibi invigilat, et imperium tranquillatur (2). Carmen (III. 7.) ait : « me juvat nitens virtus, non efferens vocem cum vultu ; » et magister inquit : verba et species, in convertendo populos, secundaria sunt ; imo oda (III. 26.) habet : « virtus levis sicut pilus ; » at pilus adhuc habet proportionem : (III. 1.) « supremi cœli operatio sine sono sine odore » en apex (3).

---

(1) 假 sonat 格, spiritus commotos attrahere : principis inter sacra silentium, effectum in adstantibus producit.

(2) In carmine sensus alius est : hîc verba, ut sæpe fit, argumento accomodantur. — Solide, seu constanter et æquabiliter, ut vix advertatur.

(3) 以, in carmine, valet 與, et antiquum est : 以, tanquam gerundii nota, in 於以, usus est communis; *quoad id ut convertas populos*. 載 valet 事. Gradatim hîc adumbratur recondita Sancti perfectio, usque ad summum apicem.

論語

卷一

子曰、學而時習之、不亦說乎、有朋自遠方來、不亦樂乎、人不知而不慍、不亦君子乎、

○有子曰、其爲人也孝弟、而好犯上者、鮮矣、不好犯上、而好作亂者、未之有也、君子務本、本立而道生、孝弟也者、其爲仁之本與、

○子曰、巧言令色、鮮矣仁、

○曾子曰、吾日三省吾身、爲人謀、而不忠乎、與朋友交、而不信乎、傳、不習乎、

習 SI, assuescere : diu se exercere : volatus perseverans. *R.* 124.

慍 YUN, irasci, odisse.

巧 K'IAO, habilitas, concinnitas, artificiosus.

謀 MEOU, moliri, meditari : stratagema.

傳 T'CHOAN, transmittere, communicare : propagare, continuare. 傳 TCHOAN, traditio, memoriæ : documenta antiquorum : consequenter, successive. 傳 TCHOAN, transmissio diplomatum.

---

(1) 學 in philosophicis his colloquiis, tanquam in subjecta materia, ad sapientiam refertur. 說 sonat 悅. Illud 朋 hic ad sapientiæ refertur alumnos, qui ad tui famam accurrerent.

DISSERTÆ SENTENTIÆ.

Sic liber inscribitur, quod sententias plerumque contineat, quas Confucius suis cum discipulis edisseruit. Abrupta sunt effata, sensusque ita quandoque concisus, ut attentionis aciem, nisi acuatur, facile fallat. Decem sunt capita in viginti partes dispertita : priora quinque superiorem libri partem conficiunt (上 論), cetera inferiorem (下 論).

CAPUT PRIMUM.

Confucius ait : studere sapientiæ et jugiter exercere hoc, nonne quidem jucundum? Et si erunt sodales ex longinquo loco venientes, nonne quidem lætaberis? *Si non*, ab aliis nesciri et non indignari, nonne etiam sapientis est (1)?

13. Philosophus ait : vicorum integerrimi sunt virtutis pernicies (5).

14. Philosophus ait : in via audita statim in via enunciare, virtutis est projectio (6).

15. Philosophus ait : abjecti homulli! quî possis cum iis servire principi? Ii cum nondum id obtinuerint, anguntur ut illud obtineant; cumque jam id obtinuerint, anguntur ne illud amittant. Si anguntur ne illud amittant, nihil erit quo non pertingant.

---

(3) Dona sine obsequio non constituunt ritum, instrumenta sine harmonia non faciunt musicam.

(4) Comparantur ad infimum vulgus, et quidem ad eos e vili vulgo, qui noctu sunt fures, die autem honesti volunt et videri et haberi.

(5) Ii, qui fucata virtute totius pagi rusticorum, haud vero sapientum, tulerunt suffragium, veræ virtutis notionem lædunt.

(6) Audito virtutis documento, quin revolvas quin perpendas, moto vix vestigio statim effundere, virtutis adeptioni nocet.

○子曰、古者民有三疾、今也或是之亡也、古之狂也肆、今之狂也蕩、古之矜也廉、今之矜也忿戾、古之愚也直、今之愚也詐而已矣、

○子曰、惡紫之奪朱也、惡鄭聲之亂雅樂也、惡利口之覆邦家者、

○子曰、予欲無言、子貢曰、子如不言、則小子何述焉、子曰、天何言哉、四時行焉、百物生焉、天何言哉、

○孺悲欲見孔子、孔子辭以疾、將命者出戶、取瑟而歌、使之聞之、

○宰我問三年之喪、期已久矣、君子三年不爲禮、禮必壞、三年不爲樂、樂必崩、舊穀既沒、新穀既升、鑽燧改火、期可已矣、子曰、食夫稻、衣夫錦、於女安乎、曰、安、女安則爲之、夫君子之居喪、食旨不甘、聞樂不樂、居處不安、故不爲也、今

廉 Lien, angulus : non cupidus, purus.

朱 Tchou, minium. *R.* 75.

孺 Jou, infans.

悲 Pei, compati, dolere.

壞 Hoai, corrumpi. 壞 Hoei, infirmus.

燧 Soei, instrumentum metallicum ad ignem e sole colligendum, vel ligneum ad ignem terebratione excitandum.

稻 Tao, oryza nondum trita.

旨 Tche, intentio, voluntas : sapor exquisitus. *R.* 72.

甘 Kan, dulcis, sapidus : libens : suaviloquus.

16. Philosophus ait : antiquitus, homines habebant tres defectus : nunc vero vel hujusmodi nec sunt (1). Priscorum spiritus elatio erat lascivula; nunc temporis audacia est effrenatio : priscorum severitas, rigida; nunc temporis severitas est iracunda pugnacitas : priscorum ruditas, simplex; nunc temporis ruditas est versutia et nil aliud (2).

17. Philosophus ait : odi ostrum detrahens minio; odi Tcheng modulationes, perturbantes graviorem musicam; odi acutum os, subvertens regna et familias (3).

18. Philosophus ait : ego velim non amplius loqui. Tse kong subjunxit : magister si non loquatur, tunc nos discipuli quid transmittemus? Confucius respondit : cœlum qui unquam loquitur? Quatuor tempora recurrunt, res omnes enascuntur : cœlum an aliter loquitur?

19. Jou pei volebat invisere Confucium; Confucius se excusavit ab invaletudine; cumque deferens mandatum excederet fores, sumpsit cytharam et cecinit, ut ille id audiret (4).

20. Tsai ngo interrogavit cur sit trium annorum luctus, quando anni cursus jam sit diu multumque : si enim sapiens tres annos non exerceat ritus, ritus profecto exolescunt; cumque tres annos non agat musicam, musica profecto interibit. Et veteres fruges jam desierunt, novæ fruges jam ascenderunt in aream : et terebrans scalptorium mutavit ignem. Anno igitur exacto poterit cessari (5). Confucius respondit : et vesci illa oryza, et induere illa serica, in te tranquille feres? Tranquille, inquit. Si tu tranquille, tunc facias ita. At sapiens jacens in luctu, comedens exquisita non gustat, audiens musicam non delectatur, penetralia incolens non quiescit; ideo non faciet.

---

(1) 亡 sonat 無; defectus scilicet, immutata natura, in vitia abierunt.

(2) 肆, laxa, licentior, negligebat minima 廉 anguli cornu, cui sine offensione impingi nequit.

(3) 紫 color compositus ex rubicundo et fusco, 朱 color genuinus.

(4) Ille, scilicet Jou pei. Is, regni Lou litteratus a Confucio ritus funebres edoctus, in quem tunc aliquid peccaverat.

(5) 燧 igni eliciendo lignum : vere ab ulmo, æstate a zizypho et sub finem a moro, autumno a quercu, hieme ab acere ignis eliciebatur. Ait ergo : anno concluditur temporum cursus, quidni et luctus?

女安、則爲之、宰我出、子曰、予之不仁也、子生三年、然後免於父母之懷、夫三年之喪、天下之通喪也、予也有三年之愛於其父母乎、

○子曰、飽食終日、無所用心、難矣哉、不有博弈者乎、爲之猶賢乎已、

○子路曰、君子尚勇乎、子曰、君子義以爲上、君子有勇而無義爲亂、小人有勇而無義爲盜、

○子貢曰、君子亦有惡乎、子曰、有惡、惡稱人之惡者、惡居下流而訕上者、惡勇而無禮者、惡果敢而窒者、曰、賜也亦有惡乎、惡徼以爲知者、惡不孫以爲勇者、惡訐以爲直者、

○子曰、唯女子與小人爲難養也、近之則不孫、遠之則怨、

○子曰、年四十而見惡焉、其終也已、

○微子去之、箕子爲之奴、比干諫而死、孔子曰、殷有三仁焉、

弈 I, scruporum ludus : pulcher, speciosus.
訕 Chan, obloqui.
窒 Tche, obstruere. Ti, implere.
訐 Kié, secreta alicui exprobrare.
箕 Ki, cribrum : constellatio in Sagittario.
奴 Nou, servus. *R.* 38.

---

(1) In luctu, oryza liquida, rudi veste, incommoda statione utebantur.

Nunc tu tranquille feres, ergo facias illud (1). Tsai ngo egresso, Confucius exclamavit : Yu iste non est pius. Filius natus tres annos, tunc demum abstrahitur e patris matrisque sinu ; hinc triennii luctus, est imperio communiter usitatus luctus. Yu habetne trium annorum amorem in suos parentes ?

21. Philosophus ait : ad satietatem comedentes totam diem, quin habeant cui applicent animum, proh ! quanta implicantur difficultate ! At num non habent talos et scrupos ? hos ducere adhuc sapientius quam abstinere (2).

22. Tse lou ait : sapiens nonne primas dat fortitudini ? Confucius respondit : sapiens justitiam habet uti primam : dignitate eminens, præditus robore sine justitia, erit turbulentus : privatus homo, habens robur et carens justitia, erit latro.

23. Tse kong ait : sapiens etiamne habet aversationes ? Confucius ait : habet aversationes : aversatur divulgantes aliorum mala ; aversatur qui constituti infima conditione, tamen obtrectant superioribus ; aversatur fortes qui careant civilitate ; aversatur intrepide audentes, qui sint animo obtuso. Tum pergit : tu, Se, num præterea habes quos averseris ? Aversor, inquit, qui alios explorant, id ducentes prudentiæ ; aversor qui non cedunt, id reputantes fortitudinem ; aversor qui occulta exprobrantes id existimant ingenuitatem.

24. Philosophus ait : solummodo subnubæ puellæ atque servitii homines sunt tractatu difficiles : si propior ipsis accedas, tunc non obsequentur ; si longe sis illis, tunc indignabuntur.

25. Philosophus ait : qui ætate quadragenarius adhuc habeatur invisus, illi finitum est jam (3).

PARS POSTERIOR.

1. Wei Vicecomes inde discessit, Ki Vicecomes factus est mancipium, Pi kan corripuit et occisus est. Confucius ait : Yn habuit tres veræ virtutis viros.

---

(2) Calculorum lusus duplex apud Sinenses, scruporum (圍 棋), et latrunculorum (象 棋) : alter 361 scrupis, alter 32 latrunculis constat. Talarius autem lusus antiquitus duodecim talis conficiebatur, iisque figuratis, quorum sex albi totidemque nigri : sex unusquisque jaciebat, hincque 六 博 lusus appellatus.

(3) 見 nota passivi.

○柳下惠爲士師、三黜、人曰、子未可以去乎、曰、直道而事人、焉往而不三黜、枉道而事人、何必去父母之邦、

○齊景公待孔子曰、若季氏則吾不能、以季孟之閒待之、曰、吾老矣、不能用也、孔子行、

○齊人歸女樂、季桓子受之、三日不朝、孔子行、

○楚狂接輿、歌而過孔子曰、鳳兮鳳兮、何德之衰、往者不可諫、來者猶可追、已而已而、今之從政者殆而、孔子下、欲與之言、趨而辟之、不得與之言、

○長沮桀溺耦而耕、孔子過之、使子路問津焉、長沮曰、夫執輿者爲誰、子路曰、爲孔丘、曰、是魯孔丘與、曰、是也、曰、是知津矣、問於桀溺、桀溺曰、子爲誰、曰、爲仲由、曰、是魯孔丘之徒與、對曰、然、曰、滔滔者天下皆是也、而誰以易之、且而

黜, T'CHOU, dejicere, abrogare, deprimere.

接, TSIÉ, excipere : succedere, jungere : celeriter. 捷, Vincere : festinanter. T'CHA 扱, colligere.

沮 TSIU, n. fluvii. 沮, Impedire, deterrere : erubescere. 沮, Madefacere.

溺, NI, submergi : perdite deamare. 溺 NIAO, mingere.

耦 NGEOU, bini arantes, par.

津 TSIN, vadum : saliva.

滔 T'AO, aquæ magnæ : contemnere.

---

(1) 士師, seu *judicum magister*, erat administer præfecti criminum.

2. Lieou hia hoei agens judicem criminalem pluries munere dejectus fuit (1). Alii dicebant : domine, an nondum licebit abire ? Respondit : si rectam tenens viam serviam aliis, quo ibo quin pluries dejiciar? Si deflexum tenens iter serviam aliis, quid necesse relinquere patrium regnum?

3. T'si King regulus recepturus Confucium ait : sicut Ki ministrum, equidem ego non potero : juxta Ki inter et Mong medium tractabo illum (2). At ego, inquit, jam senui; non potero ejus opera uti. Confucius abiit.

4. T'si homines dono miserant muliebrem chorum : Lou toparcha Ki hoan tse recepit eas, et tres dies non fuit regius congressus. Confucius abiit (3).

5. Regni T'chou amens, Tsié yu (4), cantans atque præteriens Confucium, ait : o phœnix, phœnix ! quantum virtus tua debilitata est ! at si præteritum non potest impediri, futurum adhuc potest præverti (5); desiste tandem, oh, desiste : in præsens prosequentes administrationem periclitantur. Confucius desiliit, volens cum illo loqui : sed ille profugit et declinavit eum; nec potuit cum illo loqui.

6. T'chang tsiu et Kié ni, bini stantes arabant. Confucius illos prætervectus misit Tse lou interrogatum de vado. T'chang tsiu ait : ille qui tenet currum quis est? Tse lou respondit : est Confucius. Ait : estne regni Lou Confucius? Respondit : ita. Ait : ille cognoscit vadum (6). Petiit a Kié ni. Kié ni ait : tu quis es? Respondit : sum Tchong yeou. Ait : esne Louani Confucii discipulus? Respondens ait : ita. Ait : torrentis instar ruens imperium totum ita est, et quisnam sinet immutari (7)? Porro tu potius quam

---

(2) Recepturus ad munia et census. Ki 1us, Mong 3us erat regni Lou minister.

(3) Tunc temporis Confucius præfectum criminum agebat in regno Lou, eoque successu ut tres post menses legum jus reviviseeret. Quod ægre ferens æmulum regnum T'si, dolo progressum cohibuit, donoque misit generosos equos et octoginta ludias.

(4) Sunt qui illud *Tsié yu* interpretantur juxta characterum significationem, scilicet *occurrens currui*; curru enim vehebatur Confucius.

(5) Sapiens ille ficta amentia delitescens, currui, quo Confucius vehebatur, occurrens, eum redarguit quod non pariter delitescat : phœnix enim, cui Confucium comparat, cum jacet ordo, non apparet. At quicquid sit de præterito, potes, ait, in posterum delitescere.

(6) Hanc enim viam itque reditque pluries.

(7) 以, ut diximus, præter ordinarias acceptiones, 1° valet 爲 agere, 2° usurpatur pro 已 cessare, 3° adhibetur pro 與. Hic valet 與 secundo tono, dare, sinere.

與其從辟人之士也、豈若從辟世之士哉、耰而
不輟、子路行以告、夫子憮然曰、鳥獸不可與同
羣、吾非斯人之徒與而誰與、天下有道、丘不與
易也、

○子路從而後、遇丈人以杖荷蓧、子路問曰、子
見夫子乎、丈人曰、四體不勤、五穀不分、孰爲夫
子、植其杖而芸、子路拱而立、止子路宿、殺雞爲
黍而食之、見其二子焉、明日、子路行以告、子曰、
隱者也、使子路反見之、至則行矣、子路曰、不仕
無義、長幼之節、不可廢也、君臣之義、如之何其
廢之、欲潔其身而亂大倫、君子之仕也、行其義
也、道之不行、已知之矣、

○逸民、伯夷、叔齊、虞仲、夷逸、朱張、柳下惠、少連、

耰 Yeou, sata semina cooperire.

輟 Tchouo, cessare, desistere.

憮 Ou, tristari : 嫵, blandiri, amare. 憮 Hou, magnus : superbus.

丈 Tchang, decempeda : senior. *R.* 1.

蓧 T'iao, cista ad exherbandum. 蓧, Germen.

勤 K'in, sedulus, adlaborans.

植 Tche, erigere, plantare. 植, Inniti.

芸 Yun, herba odora. 耘, Exherbare. 芸, Presse flavescens.

拱 Kong, ambabus manibus complecti : manus jungere. 拱, Tessera.

黍 Chou, millium nigricans.

逸 I, culpa : excessus. 佚, Quiescere, genio indulgere : fugere, tumultui se subducere.

連 Lien, continenter, connexus, unire. 連, Difficultas progrediendi. 連, Lavare.

---

(1) Confucium, fugientis instar, sedes usque mutantem. 而 seu 爾.

sequaris fugientem homines litteratum (1), nonne satius sequeris fugientes sæculum philosophos (2)? Et occabat semen quin intermitteret. Tse lou ivit ad significandum. Confucius corde affectus exclamavit : cum avibus et quadrupedibus non possumus una coire societatem : ego igitur nisi horum hominum generi coeam, cui vero sociabor (3)? Si imperio vigeret ordo, K'ieou nil conferret mutationi (4).

7. Tse lou dum sequens retro mansisset, offendit grandævum virum ad baculum gestantem cistellam. Tse lou interrogans ait : domine, vidistine magistrum? Senex ait : quatuor membris non laboras, quinque fruges non discernis (5) : quis est tuus magister? humi fixit suum baculum, et extirpabat herbas. Tse lou manus junxit et stetit. Retinuit Tse lou ad pernoctandum, occidit gallinam, paravit millium, et apposuit illi; eique stitit suos duos filios. Postera die, Tse lou ivit ad significandum. Confucius ait : occultus est sapiens; jussitque Tse lou reverti et invisere eum : at cum pervenit, jam abierat. Tse lou ait : abstinere magistratu non est æquum. Si majorum juniorumque ordinem non potest violare (6), principis subditique officia, quomodo ille negligit ea? Velle puram servare suam personam, et tamen perturbare magnum societatis ordinem! Sapiens magistratum gerit, expleturus suum officium : doctrinam non habere cursum, jam scimus hoc.

8. Elapsi sæculo viri Pé i, Chou t'si, Yu tchong, I i, Tchou tchang, Lieou hia hoei, et Chao lien (7). Confucius ait : non demittentes suum

---

(2) Recole usum, quem 與 其 habet in comparatione duorum, cum per 寧, aut 何 如, 不 如, aut 孰 若, 豈 若, quod præstantius est declaratur.

(3) Innuit se non posse populum principesque deserere. 與 secundo tono, sociari.

(4) Non egent sani medico. 無 與, secundo item tono, non esse usui.

(5) Exprobrat quod agriculturæ non vacet.

(6) Tse lou referens Confucii verba, de sene ad senis familiam loquitur, qui ei suos sistens filios belle juniorum erga majorem officium affirmaverat, dum subditi erga principem negligit officium.

(7) Tres primi sub dynastia Chang, ceteri sub Tcheou. Primus et secundus, principatus Kou tchou 孤 竹 hæredes; tertius, 仲 雍 scilicet, qui cum fratre T'ai pé 泰 伯 ad australes barbaros aufugit; quartus cognomine 夷 agnomine 逸; quintus cognomine 朱, agnomine 張, nomine 子 弓; sextus, celebris Lou magistratus; septimus, ad orientales tribus pertinebat, lugubrium rituum studiosissimus.

子曰、不降其志、不辱其身、伯夷叔齊與、謂柳下惠少連、降志辱身矣、言中倫、行中慮、其斯而已矣、謂虞仲夷逸、隱居放言、身中清、廢中權、我則異於是、無可無不可、

○大師摯適齊、亞飯干適楚、三飯繚適蔡、四飯鈌適秦、鼓方叔入於河、播鼗武入於漢、少師陽、擊磬襄、入於海、

○周公謂魯公曰、君子不施其親、不使大臣怨乎不以、故舊無大故、則不棄也、無求備於一人、

○周有八士、伯達、伯适、仲突、仲忽、叔夜、叔夏、季隨、季騧、

亞 Ya, secundus, alteri immediatus. *R.* 7.

繚 Leao, pluribus ductibus vincire, glomerare.

鈌 K'iué, fractum vas : deficere.

播 Pouo, semina spargere, disseminare.

鼗 T'ao, tympanum manubriatum.

漢 Han, flumen in Hou koang. 天漢, Via lactea.

襄 Siang, adjuvare. *R.* 145.

突 T'ou, irruere, irrumpere : de repente. Tié, labi. *R.* 116.

隨 Soei, sequi, secundum.

騧 Koa, Kouo, equus aureus nigro rostro.

---

(1) Ii se demiserunt se accommodantes aliis, seque veluti contaminarunt manentes in medio sæculi depravati.

animum nec deprimentes suam personam, nonne Pé i et Chou t'si? Dictoque Lieou hia hoei et Chao lien, demisisse animum et depressisse personam, at verba quadrasse recto ordini, actiones quadrasse communi sensui, illosque hujusmodi esse, et nil aliud (1); dictoque Yu tchong et I i, occultos degisse, et licentius locutos, at personam obtinuisse puritatem, suique subductionem congruisse epikeiæ (2) : ego vero discrepo ab his; nil absolute teneo, nil absolute respuo.

9. Primus phonascus, Tche, migravit in T'si; secundæ refectionis musicus, Kan, adiit T'chou; tertiæ refectionis, Leao, petiit T'sai : quartæ refectionis, K'iué, contendit T'sin : tympanotriba Fang chou accessit ad flumen; agitans tympaniolum, Ou, penetravit in Han; secundus phonascus, Yang, et pulsans chalcophonum, Siang, ingressi sunt in mare (3).

10. Tcheou Dux alloquens Lou regulum ait : sapiens non eliminat suos consanguineos; non facit magnos administros indignari quod non adhibeantur; veteranos et antiquos, si non sit gravis causa, tunc non abjicit; non exigit perfectionem in uno homine (4).

11. Dynastia Tcheou habuit octo heroes, Pé ta et Pé kouo, Tchong t'ou et Tchong hou, Chou yé et Chou hia, Ki soei et Ki kouo (5).

---

(2) Ii licentius locuti dicuntur, ut se muniis subducerent, et occultam viverent vitam; eorum ergo verba non quadrarunt recto rerum ordini, nec vita communi hominum sensui : at se occultantes attigerunt virtutis puritatem, licentius autem loquentes non excesserunt quod circumstantiarum trutina permittebat.

(3) Imperator et reguli inter refectionem musica fruebantur, et in singulas refectiones musicus, qui præesset, designatus. Jam vero labefactato rerum ordine, musica exulat a regno Lou, et octo numerantur musici sæculo se subducentes; quorum quatuor ad aliena regna, ceteri vel ad crocei fluminis septentrionem, vel ad Han fluvii terras, vel ad maris insulas secesserunt.

(4) Lou regulum, scilicet 伯禽 suum filium : 施 pro 弛 : 以, uti eorum opera, quandiu munere funguntur : 故舊, veterani ministri et antiqui familiares : 備 omnes dotes simul collectas.

(5) Gemelli dicuntur, quaterno partu ab una matre editi, sub imperatore T'cheng 成 vel Siuen 宣 : omnes ingenio virtuteque præstantes, florentis ætatis indicium.

卷十

子張曰、士見危致命、見得思義、祭思敬、喪思哀、其可已矣、

○子張曰、執德不弘、信道不篤、焉能爲有、焉能爲亡、

○子夏之門人、問交於子張、子張曰、子夏云何、對曰、子夏曰、可者與之、其不可者拒之、子張曰、異乎吾所聞、君子尊賢而容衆、嘉善而矜不能、我之大賢與、於人何所不容、我之不賢與、人將拒我、如之何其拒人也、

○子夏曰、雖小道、必有可觀者焉、致遠恐泥、是以君子不爲也、

○子夏曰、日知其所亡、月無忘其所能、可謂好學也已矣、

○子夏曰、博學而篤志、切問而近思、仁在其中矣、

○子夏曰、百工居肆、以成其事、君子學、以致其道、

○子夏曰、小人之過也必文、

○子夏曰、君子有三變、望之儼然、卽之也溫、聽其言也厲、

拒 Kiu, resistere, cohibere : agmen. 距, galli calcar.

泥 Ni, lutum. 泥, Mollis, roscidus. 泥, Obstruere.

儼 Yen, compositus : caput attollere. 嚴, gravis, nobilis.

CAPUT DECIMUM.

Tse tchang ait : sapientiæ alumnus viso periculo exponens vitam, viso lucro cogitans justitiam, in litamine memor reverentiæ, in funere attendens mœrori, is satis jam.

2. Tse tchang ait : servans virtutem non generose, et credens doctrinæ haud firmiter, qui meretur supputari, existens; qui meretur supputari, non existens?

3. Tse hia scholæ alumni quæsiverunt de amicitia a Tse tchang. Tse tchang ait : Tse hia quid dicit? Respondentes dixerunt : Tse hia dicit : probatis, his consociator; qui non probantur, eos repelle. Tse tchang exclamat : differt ab eo quod ego audivi; excellens vir æstimat sapientes et complectitur omnes, laudat bonos et miseratur impotentes. Sumne ego magnus sapiens? ex hominibus quis erit quem non admittam? sumne ego insipiens? alii sunt me repulsuri; quomodo fiet illud repellere alios?

4. Tse hia ait : quamvis exilis ars, profecto habet quod sit spectatu dignum. At si promoveas ad longe profunda, vereor ne obstructus hæreas; quapropter sapiens non exercet (1).

5. Tse hia ait : in diem perdiscens quæ quis nondum possideat, et per mensem nil obliviscens quæ ipse jam teneat, potest dici jam studiosus discendi.

6. Tse hia ait : late addiscere et serio velle, practica consulere et proxima rimari, vera virtus invenitur inter hæc (2).

7. Tse hia ait : varii artifices manent in foro ad perficiendum suum opus; sapiens addiscit ad fastigium imponendum suæ doctrinæ (3).

8. Tse hia ait : vulgaris homo quæ peccaverit omnino fuco cohonestat.

9. Tse hia ait : sapiens habet tres formas : si eminus suspicias illum, severus videtur; si proximes illi, est comis; si audias ejus sermonem, rigidus erit (4).

---

(1) Non exercet agriculturam, medicinam, et alia hujusmodi, non quod parvipendat, sed quod nequeant hæc summo sui aliorumque gubernio applicari.

(2) 切 viribus pervia, et nunc possibilia factu : 近 sibi obvia et ad seipsum spectantia.

(3) 肆 statio artificibus assignata, ut eorum mens ab alienis rebus non abstracta, opus perficeret absolutum.

(4) Rigidus æquitatis servator.

○子夏曰、君子信而後勞其民、未信、則以爲厲己也、信而後諫、未信、則以爲謗己也、

○子夏曰、大德不踰閑、小德出入可也、

○子游曰、子夏之門人小子、當洒掃、應對、進退、則可矣、抑末也、本之則無、如之何、子夏聞之曰、噫、言游過矣、君子之道、孰先傳焉、孰後倦焉、譬諸草木、區以別矣、君子之道、焉可誣也、有始有卒者、其惟聖人乎、

○子夏曰、仕而優、則學、學而優、則仕、

○子游曰、喪致乎哀而止、

○子游曰、吾友張也、爲難能也、然而未仁、

○曾子曰、堂堂乎張也、難與並爲仁矣、

○曾子曰、吾聞諸夫子、人未有自致者也、必也親喪乎、

○曾子曰、吾聞諸夫子、孟莊子之孝也、其他可能也、其不

謗 PANG, obtrectare.

閑 HIEN, intercludere : septum : otiari.

洒 CHAI, CHA, aspergere, lavare. SI, abluere. T'SOEI, eminens. SIEN, revereri.

掃 SAO, verrere, 埽.

應 YNG, respondere : convenire : tubus moderator : tympanum. 應, Oportet, decet.

區 K'IU, receptaculum : domuncula : partiri, distinguere : 區區, parvus. NGEOU, quædam mensura continens 16 cotulas 升 : abscondere. KEOU 勾, curvus.

誣 OU, calumniari, decipere.

10. Tse hia ait : sapiens fidentem, tunc vero gravat suum populum; si nondum fidens, tunc habebit pro divexante se (1) : fidentem, tunc vero reprehendit principem; si nondum fidens, tunc censebit calumniari se.

11. Tse hia ait : in gravioribus officiis non transgredienti cancellos, in minoribus officiis ultra citraque esse, licebit (2).

12. Tse yeou ait : Tse hia discipuli et sequaces, cum aspergunt, verrunt, respondent æqualibus vel superioribus, accedunt vel recedunt, tunc quidem bene; at vero accessoria hæc : principale autem deest : quomodo id stabit? Tse hia hoc audito, exclamavit : Heu ! Yen yeou fallitur. Sapientis institutio, ecquid anteponit et tradit, ecquid posthabet et negligit? At comparandos ad plantas et arbores juxta species distinctas, sapientis institutio quomodo potest illudere (3)? Et qui complectens initium complectatur finem, is nonne solus sanctus vir?

13. Tse hia ait : si magistratum gerenti superent vires, tunc studebit; si studenti superent vires, tunc magistratum geret (4).

14. Tse yeou ait : parentalis luctus summum attingit in doloris affectu, ibique sistit.

15. Tse yeou ait : meus sodalis Tchang, facit difficilia tentatu, at nondum perfectæ est virtutis.

16. Tseng tse ait : quam magnifice compositus ille Tchang! Sed difficile est una cum eo colere internam virtutem.

17. Tseng tse ait : ego audivi a magistro hominem non solere ultro exhaurire se : at nonne certo in parentum funere (5)?

18. Tseng tse ait : ego audivi a magistro de Lou toparchæ, Mong tchoang tse, pietate filiali, hujus alia posse imitatione attingi; at illum non mutasse

(1) Si populus non habet in te fiduciam, gravantem, dicet te vexatorem.

(2) Exactus legis naturalis observator, potest in minoribus ritibus laxior esse.

(3) Se discipulorum diversæ capacitati non accommodando. 區 quasi 類. Accessorium et principale in unum concludere, non est quod a tirunculis exigi queat.

(4) Magistratus, expletis officii partibus, studio vacabit; studens, nonnisi ad scientiam virtutemque eruditus, magistratum inibit.

(5) 致, ad summum adducere, hîc de affectionibus animi intelligitur.

卒, Tsiu, finire, in finem : mors magnatum. Tsou, milites. T'sou 猝, derepente. T'soei 倅, adjuvare. *R*. 24.

改父之臣、與父之政、是難能也、

○孟氏使陽膚爲士師、問於曾子、曾子曰、上失其道、民散久矣、如得其情、則哀矜而勿喜、

○子貢曰、紂之不善、不如是之甚也、是以君子惡居下流、天下之惡皆歸焉、

○子貢曰、君子之過也、如日月之食焉、過也、人皆見之、更也、人皆仰之、

○衞公孫朝問於子貢曰、仲尼焉學、子貢曰、文武之道、未墜於地、在人、賢者識其大者、不賢者識其小者、莫不有文武之道焉、夫子焉不學、而亦何常師之有、

○叔孫武叔語大夫於朝曰、子貢賢於仲尼、子服景伯以告子貢、子貢曰、譬之宮牆、賜之牆也、及肩、窺見室家之好、夫子之牆數仞、不得其門而入、不見宗廟之美、百官之富、得其門者、或寡矣、夫子之云、不亦宜乎、

○叔孫武叔毀仲尼、子貢曰、無以爲也、仲尼不可毀也、他人之賢者、丘

更 Keng, mutare : vigiliæ noctis : alternare : 更', magis ; iterum, præterea. *R.* 73.

墜' Tchoei, cadere.

patris ministros, et patris administrationem, hoc difficile præstari.

19. A domino Mong jussus Yang fou agere judicem criminalem, petiit consilium a suo magistro Tseng tse; Tseng tse ait : superioribus aberrantibus sua via, populus dissolvitur jamdudum. Si assequeris rei veritatem, tunc deplorans miserare, et noli gaudere (1).

20. Tse kong ait : imperatoris T'cheou improbitas non erat ita immensa. Quapropter sapiens princeps horret considere imo confluvio, quo totius imperii vitia simul confluunt (2).

21. Tse kong ait : sapientis principis defectus, similant solis lunæque eclipses : cum deficiunt, homines omnes id aspiciunt; cum se emendaverint, homines omnes suspiciunt illos (3).

22. Wei toparcha Kong suen t'chao quæsivit a Tse kong dicens : Confucius unde didicit? Tse kong ait : Wen et Ou imperatorum instituta nondum deciderunt in terram, persistunt in hominibus : sapientiores memorant eorum potiora, minus sapientes recordantur eorum leviora, ut nusquam non existat Wen et Ou imperatorum doctrina. Magister meus unde non didicit? et tum quid certi magistri opus?

23. Lou toparcha Chou suen ou chou alloquens magistratus in regia ait : Tse kong sapientior quam Confucius. Horum unus, Tse fou king pé, id monuit Tse kong. Tse kong ait : sit in exemplum palatii murale septum : Se hujus murus attingit humeros; explorando videre est totius domus præstantiora. Magistri murus est plurium octipedum perticarum; nisi invenias ejus portam et ingrediaris, non videbis parentalium aularum splendorem, variorumque magistratuum opulentiam. Porro qui inveniant ejus portam, forte pauci sunt : illud domini dictum nonne etiam merito?

24. Chou suen ou chou detrahebat Confucio. Tse kong ait : nullius usus erit; Confucius non potest detractione minui : aliorum hominum sapientia,

---

(1) Si veram criminis naturam noveris, noli tibi gaudere quod crimen callide detexeris, sed miserare populum discordia dissolutum.

(2) Cum probrosus princeps infami loco se constituit, omnes ei flagitia attribuunt, et sic plura ei imputantur quam revera commiserit.

(3) Agitur de erratis, quibus abstersis, virtutis claritas nil patitur detrimenti.

肩 Kien, humerus : gestare : trimulus quadrupes. *R.* 130.

窺 K'oei, furtim per rimas respicere.

仞 Jen, octipes mensura.

陵也、猶可踰也、仲尼日月也、無得而踰焉、人雖欲
自絕、其何傷於日月乎、多見其不知量也、
○陳子禽謂子貢曰、子爲恭也、仲尼豈賢於子乎、
子貢曰、君子一言以爲知、一言以爲不知、言不可
不慎也、夫子之不可及也、猶天之不可階而升也、
夫子之得邦家者、所謂立之斯立、道之斯行、綏之
斯來、動之斯和、其生也榮、其死也哀、如之何其可
及也、
○堯曰、咨、爾舜、天之曆數在爾躬、允執其中、四海
困窮、天祿永終、舜亦以命禹、曰、予小子履、敢用玄
牡、敢昭告于皇皇后帝、有罪不敢赦、帝臣不蔽、簡
在帝心、朕躬有罪、無以萬方、萬方有罪、罪在朕躬、
周有大賚、善人是富、雖有周親、不如仁人、百姓有

‚榮 YONG, gloria, honor, decus. *R.* 75.

‚咨 TSE, consultare : en, hic : heu ! 咨’, Suspirare. *R.* 30.

曆, 歷 LI, series temporis : calendarium.

‘允 YUN, annuere : sinceritas. *R* 10.

‘牡 MEOU, quadrupes masculus : fœmina est ‘牝 P‘IN.

‚皇 HOANG, augustus, splendens : imperator : luteolus color. ‘皇 WANG, splendidus. *R.* 106.

‘朕 TCHEN, ego : *nunc solus imperator hac utitur voce.* T‘CHEN, corii commissuræ in lorica. *R.* 74.

‚賚’ LAI, largiri.

---

(1) 多 valet 祗, *solummodo.*

colliculus aut collis scilicet, adhuc potest transcendi; Confucius sol est et luna, non est unde superetur : alii licet velint seipsos ab eo separare, ii quî officient soli et lunæ? Potius patebit illos nescire rerum mensuram (1).

25. T'chen tse k'in compellans Tse kong ait : tu agis modeste; Confucius quî est sapientior præ te? Tse kong ait : sapientiæ alumnus ex uno verbo æstimabitur prudens, ex uno verbo æstimabitur imprudens; verba non possunt non invigilari. Magister meus non potest attingi; sicut cœlum non potest admotis scalis conscendi. Magister assecutus rempublicam, fuisset quod dicitur « sustentat populum et statim stabilitur, ducit illum et statim pergit, tranquillat illum et statim adhæret, excitat illum et statim fit concors, ejus vita gloriosa, ejus mors complorata » ; quo unquam modo ille poterit attingi?

PARS POSTERIOR.

1. Yao ait : heus, tu Choen, cœlitus successionis ordo est in tua persona. Sincere teneas ipsum medium : si quatuor maria premantur egestate, cœlestis census æternum cessabit. Choen etiam his usus mandatum tradidit Yu (2). T'ang ait : ego homunculus Li audeo adhibere nigrum taurum (3); audeo solemniter declarare coram augustissimo supremo dominatore, quod habenti peccatum non audeam parcere, et Altissimi ministros non tenebo absconditos; his inscriptis in Altissimi corde (4). Jam si mea persona habeat peccatum, non attinebit imperii populos; si imperii populi habeant peccatum, peccatum erit in mea persona (5). Tcheou exercuit magnam beneficentiam, at probos viros, hos ditavit. Licet, inquit, tyrannus habeat summe propinquos, non valent meos integerrimos viros; jam si populus habebit querimoniam,

---

(2) 其中 æquitatis medium; illius 其 usum recole. 以 regit præcedentia imperatoris verba; ejus particulæ recole usum.

(3) Color niger, quem in victimis dynastia Hia adoptaverat, nondum mutatus fuerat.

(4) Ita commemorat secundæ dynastiæ fundator se locutum fuisse Altissimo, cum habentem peccatum Kié debellare aggrediebatur. 簡 significat punienda tyranni peccata, et elevandas ministrorum virtutes, singillatim notatas esse in Altissimi corde; adeoque se nonnisi ex Altissimi decreto sic agere.

(5) Ita ipsemet jam imperator locutus est regulis, postquam quæ Altissimo dixerat eis commemoraverit. 以 valet 與.

過、在予一人、謹權量、審法度、修廢官、四方之政行焉、興滅國、繼絕世、舉逸民、天下之民歸心焉、所重民、食、喪、祭、寬則得衆、信則民任焉、敏則有功、公則說[2]、

○子張問於孔子曰、何如斯可以從政矣、子曰、尊五美、屛四惡、斯可以從政矣、子張曰、何謂五美、子曰、君子惠而不費、勞而不怨、欲而不貪、泰而不驕、威而不猛、子張曰、何謂惠而不費、子曰、因民之所利而利之、斯不亦惠而不費乎、擇可勞而勞之、又誰怨、欲仁而得仁、又焉貪、君子無衆寡、無小大、無敢慢、斯不亦泰而不驕乎、君子正其衣冠、尊其瞻視、儼然人望而畏之、斯不亦威而不猛乎、子張曰、何謂四惡、子曰、不教而殺、謂之虐、不戒視成、謂之暴、慢令致期、謂之賊、猶之與人也、出[3]納之吝、謂之有司、

○子曰、不知命、無以爲君子也、不知禮、無以立也、不知言、無以知人也、

虐、Nio, immitis : calamitas : damnum inferre.

---

(1) Cum facile vincam tyrannum, ait Ou rex, si eum non debellem, jam populi querelis obnoxius ero. 過, *culpatio*.

(2) Conclusio ex Yao, Choen, Yu, T'ang, et Ou imperatorum factis.

(3) Cum aliquid dandum, quod, seu tardius seu ocyus des, æque a te erogandum

vertetur in me uno viro (1). Sategit ponderum et mensurarum, examinavit leges et statuta, restituit dejectos præfectos, et quatuor regionum administratio cursum habuit : erexit destructos principatus, continuavit interruptas prosapias, evexit latitantes privatos, et imperii populi ad eum converterunt cor : quæ pluris duxit popularia, annona, parentalia, et sacrificia. Si liberalis ergo, tunc sibi conciliat multitudinem; si sincerus, tunc populus fidit; si sedulus, tunc tenet effectum; si æquus, tunc gaudio erit (2).

2. Tse tchang quæsivit a Confucio dicens : quomodo quis continuo poterit agere regimen? Confucius respondit : magni faciat quinque egregia, removeat quatuor vitia, et tunc poterit agere administrationem. Tse tchang pergit : quænam dicuntur quinque egregia? Confucius respondet : sapiens princeps est beneficus, sed sine expensis; gravans, sed sine offensione; desiderans, sed sine cupiditate; prosperitate contentus, sed sine superbia; gravis, sed minime ferus. Tse tchang instat : quid significat beneficus sine impensis? Confucius ait : prosequens ea, quibus populus ditescit, ad eum ditandum, sic nonne etiam beneficus et tamen nihil expendens? Et si seligat quæ possunt imponi, iisque gravet eum, similiter ecquis indignabitur? Et si expetat humanitatem, et consequatur humanitatem, item quî cupidus censebitur? Et si sapiens princeps non distinguens plures paucioresque, non leviora graviorave, nunquam audeat parvifacere, sic nonne etiam prosperitate contentus et tamen non superbiens? Et si sapiens princeps compositam gerat suam vestem pileumque, et honestate decoret suum oculorum obtutum, ut majestate plenum subditi suspiciant et vereantur eum, sic nonne etiam gravis sed minime truculentus? Tse tchang ait : quænam dicuntur quatuor vitia? Confucius respondit : non instituere et tamen morte punire, dicitur tyrannis; sine præmonitu uno intuitu velle opus absolutum, dicitur violentia; remisse mandare et urgere certum tempus, dicitur grassatio; cum æque ipsum dandum erit alicui, erogandi recipiendi difficultas dicitur facere substitutum (3).

3. Philosophus ait : qui non agnoscit cœli providentiam, non habet unde fiat sapiens. Qui haud noscit ritus, non habet unde consistat. Qui non discernit sermones, non habet unde cognoscat homines.

---

et ab alio recipiendum erit, id nonnisi cum difficultate et avara cunctatione dare, haud principis est, sed subordinati curatoris, qui nequit rei in se assumere periculum.

孟子

卷一

孟子見梁惠王、王曰、叟、不遠千里
而來、亦將有以利吾國乎、孟子對
曰、王、何必曰利、亦有仁義而已矣、
王曰、何以利吾國、大夫曰、何以利
吾家、士庶人曰、何以利吾身、上下
交征利、而國危矣、萬乘之國、弒其
君者、必千乘之家、千乘之國、弒其
君者、必百乘之家、萬取千焉、千取
百焉、不爲不多矣、苟爲後義而先
利、不奪不饜、未有仁而遺其親者
也、未有義而後其君者也、王亦曰
仁義而已矣、何必曰利、

‘叟 Seou, seniorum appellatio, 叜. *R.* 29.
‹溲, Lavandi oryzam sonitus.

‹饜’ Yen, satur. *R.* 184.

---

(1) Regni Wei 魏 metropolis erat 大梁, nunc 開封府, provinciæ Ho nan metropolis.

(2) Illud 亦將, in 乎 finalem desinens, notatu est dignum. 以 valet 所以.

(3) Vide quam belle paria incisa intercidat particula 焉, totamque phrasim finalis 矣 coronet.

(4) Cum hujusmodi toparchis tribuatur decima pars rationum regni, possent

LIBER MENTSII.

Argutus est Mentsius, magisque ad fluidum stylum accedit. Illum certe tanti fecit senior Sou, famosus cum duobus filiis e Song dynastia litteratus, ut totum suis adnotationibus illustrarit, eo propterea notum titulo 蘇批孟子. Præstat ergo majore hic cum diligentia et styli flexus et phrasis structuram perpendere. Septem sunt capita, singula in duas partes distributa : tria priora constituunt superiorem libri sectionem (上孟), cetera inferiorem (下孟).

CAPUT PRIMUM.

Mentsius invisit Leang metropolis Hoei regem (1). Rex ait : senior, haud dissita habuisti mille stadia ad veniendum; an ergo mox habebitur quo lucrum afferatur meo regno (2)? Mentsius respondens ait : rex, quid necesse loqui lucrum? est vero humanitas et justitia, et nihil aliud. Rex dicit : quid in lucrum regno meo; magni magistratus dicent : quid in lucrum nostræ familiæ; litterati et plebei dicent : quid in lucrum nostræ personæ : superiores, inferiores invicem exigent lucrum, et regnum periclitabitur. In decem millium quadrigarum regno, occidentes proprium principem, quippe sunt mille quadrigarum familiæ : in mille quadrigarum regno, occidentes proprium principem, sunt certe centum quadrigarum familiæ. Ex decem millibus sumere mille, ex mille sumere centum, haud æstimandum non multum (3) : at si fiat ut posthabeatur justitia et anteferatur lucrum, nisi auferant non satiantur (4). Nondum fuit pius et tamen deserens suos parentes, nondum fuit justus qui tamen posthaberet suum principem. Rex igitur, loquere humanum et justum, et nil aliud : quid necesse loqui lucrum?

---

quidem esse contenti : at lucro inhiantes nondum satis habent, proindeque ut tota ratione regni potiantur, interficiunt regulum.

○孟子見梁惠王、王立於沼上、顧鴻鴈麋鹿、曰、賢者亦樂此乎、孟子對曰、賢者而後樂此、不賢者雖有此不樂也、詩云、經始靈臺、經之營之、庶民攻之、不日成之、經始勿亟、庶民子來、王在靈囿、麀鹿攸伏、麀鹿濯濯、白鳥鶴鶴、王在靈沼、於牣魚躍、文王以民力爲臺爲沼、而民歡樂之、謂其臺曰靈臺、謂其沼曰靈沼、樂其有麋鹿魚鼈、古之人與民偕樂、故能樂也、湯誓曰、時日害喪、予及女偕亡、民欲與之偕亡、雖有臺池鳥獸、豈能獨樂哉、

○梁惠王曰、寡人之於國也、盡心焉耳矣、河內凶、則移其民於河東、移其粟於河內、河東凶亦然、察鄰國之政、無如寡人之用心者、鄰國之民

沼 Tchao, piscina quadrata.

鴻 Hong, anser segetum. 洪, Magnus. *R.* 196.

鴈 Yen, anser albifrons. *R.* 196.

麋 Mi, magnus cervus. *R.* 198.

鹿 Lou, cervus. 麓, Montis radix.

營 Yng, militum castra : moliri. *R.* 86.

囿 Yeou, 囿, Yu, hortus vel septum animalium muro cinctum.

麀 Yeou, cerva.

攸 Yeou, qui : locus : littera auxiliaris. 攸, Impendens periculum. *R.* 66.

濯 Tchouo, lavare. Tchao 櫂, remi longiores.

鶴 Ho, grus leucogerana. 翯, Candidus, nitidus pennis.

牣 Jen, plenus.

歡 Hoan, lætari.

偕 Kiai, simul.

池 T‘che, piscina rotunda : fossa.

2. Mentsius invisit Leang Hoei regem. Rex stans ad piscinæ marginem, inspiciebat sylvestres anseres et cervos. Ait : sapiens, etiamne delectatur istis? Mentsius respondit : sapiens jam, et postea lætatur his : nondum sapiens, etsi habeat hæc, non lætatur. Carmen (III. 8.) ait : « demetiri cœpta est spirituum turris, demetitur, delineatur; totus populus adlaborat illi, nec dies et perfecit illam : metationis initio nulla sollicitatio, totus populus filiorum instar venerat. Rex adstabat spirituum septo, cervæ et cervi quo accubabant; cervæ et cervi pinguedine lucebant, albæ aves pennis nitebant : rex adstabat spirituum stagno, quam pleno piscibus saltantibus! » Wen rex cum populi viribus fecit turrim, fecit stagnum, et populus laetus gaudebat hoc : appellandam illam turrim dixerunt *Spirituum turrim*, appellantes illud stagnum vocarunt *Spirituum stagnum* : gaudebat illum habere cervos, pisces et testudines. Antiquitatis homines cum populo simul laetabantur, ideoque poterant laetari. T'ang mandatum (III. 3.) dicit : « hic sol ecquando occumbet? nos et tu simul una moriamur (1) » si populus volebat cum illo simul commori, etsi haberet turrim, stagnum, aves et bestias, quomodo poterat solus gaudere?

3. Leang Hoei rex ait : exiguus ego vir, quoad regnum, exhaurio animum prorsus (2). Si ad fluminis sinum penuria, tunc transfero illinc populum ad fluminis orientem, et transfero hinc segetes ad fluvii sinum. Si ad fluminis orientem sit penuria, etiam ita (3). Considero vicinorum regnorum gubernium, nec sicut ego adhibent illa diligentiam : vicinorum tamen regnorum

---

(1) In eo Annalium capite fit sermo de pessimo imperatore Kié, qui arroganter aiebat : *sicut in cælo sol, ita ego in imperio; cum sol perierit, tunc et ego.* Unde populus gubernii pertæsus commori malebat, modo sol ille occideret. *Hai* vero hîc sonat *ho* et significat *quomodo.*

(2) Particulas finales binas simul compingi ad robur et varietatem, sæpe vidimus; sic 也夫, 也已, 已矣, 矣夫, 云耳, 焉耳 : tres etiam quandoque conjunctæ occurrunt, ut hîc habetur, ad varietatem scilicet, et ad phrasim majore cum pausa affirmandam. Ceterum sunt quos particularum hujusmodi luxuries nonnihil offendit, magisque juvat severior historicorum sobrietas; varia hominum ingenia : res ergo minoris est momenti.

(3) 河東 et 河內 duo erant e centum tribus territoriis (郡), quæ sibi univit secundus imperator quartæ dynastiæ; ad divergium crocei fluminis posita, alterum ad fluminis ascendentis orientem, alterum inter duas fluminis ulnas situm.

不加少、寡人之民不加多、何也、孟子對曰、王好戰、請以戰喩、塡然鼓之、兵刃既接、棄甲曳兵而走、或百步而後止、或五十步而後止、以五十步笑百步、則何如、曰、不可、直不百步耳、是亦走也、曰、王如知此、則無望民之多於鄰國也、不違農時、穀不可勝食也、數罟不入洿池、魚鼈不可勝食也、斧斤以時入山林、材木不可勝用也、穀與魚鼈不可勝食、材木不可勝用、是使民養生喪死無憾也、養生喪死無憾、王道之始也、五畝之宅、樹之以桑、五十者可以衣帛矣、雞豚狗彘之畜、無失其時、七十者可以食肉矣、百畝之田、勿奪其時、數口之家、可以無飢矣、謹庠序之教、申之以孝悌之義、頒白者不負戴於道路矣、七十者衣帛食肉、黎民不飢不寒、然而

塡 T'IEN, tympani sonus : obstruere. T'CHEN, diu. 塡 TCHEN, Saturni sidus ; gravi habitu.

曳 I, trahere, raptare. *R.* 73.

走 TSEOU, ambulare. 走, Currere.

步 POU, passus. *R.* 77.

洿 OU, stagnum, stagnum facere, 汙. 洿 HOU, sordidus.

斧 FOU, securis minor. *R.* 69.

斤 KIN, ascia : libra. 斤 斤, clare examinare.

宅 TCHÉ, habitatio.

狗 KEOU, canis minor.

彘 TCHE, porca. *R.* 58.

田 T'IEN, ager. 畋 vel 佃, Venari. TIEN, arare.

飢 KI, esurire.

庠 SIANG, hospitium senum : dynastiæ Tcheou gymnasium.

悌 TI, observantia in fratres et majores.

頒 PAN, largiri, propagare, disper-

populo non supervenit diminutio, exigui viri populo non accedit augmentum : cur? Mentsius respondit : rex amat militiam, sinat ex militia ducam exemplum (1). Tympani sonitu excitante eos, armis et ensibus jam consertis, abjiciunt loricam, trahunt arma et aufugiunt; aliqui centum passus, et postea sistunt; aliqui quinquaginta passus, et postea sistunt. Si quod quinquaginta fuerint passus, irrident centum passus, tunc quid videtur? Ait : non recte : tantum non ad centum passus, at etiam fugerunt (2). Subdit : rex, si noscis hoc, tunc ne speres populi incrementum præ vicinis regnis. Ne impedias agriculturæ tempus; fruges non poterunt absumi comedendo : spissa retia ne ingrediantur stagna et lacus; pisces et testudines non poterunt absumi esu : securis juxta tempora ingrediatur montium sylvas, et materiarium lignum non poterit consumi usu. Fruges cum piscibus et testudinibus non poterunt absumi comedendo, materiarium lignum non poterit absumi usu; hoc efficiet ut populus alat vivos, parentet mortuis sine querela. Alere vivos, parentare mortuis sine querela, regum disciplinæ initium est (3). Si quinque jugerum villa conseratur ex moris, quinquagenarii poterunt induere serica : gallinarum, porcellorum, catulorum, porcarum nutritio non amittat suum tempus, et septuagenarii poterunt vesci carnibus : centum jugerum campis non auferantur propria tempora, et multorum capitum familiæ poterunt non esurire : accures collegiorum et gymnasiorum institutionem, eamque ingemines a pietatis et reverentiæ officiis, et semicani non bajulabunt humeris vel capite per vias (4). Septuagenarii vestient serica et manducabunt carnes; nigricomus (5) populus non esuriet nec algebit : ita, et non (6)

---

(1) Laudari solet Mentsius, quod comparationum (譬喻) calleat usum : iis certe sæpe solet suam explanare mentem, et adversarios conficere.

(2) 是 vel 實, sic posita, affirmant, *utique tamen.*

(3) Regum disciplina, scilicet vere olim regnantium sanctorum imperatorum institutum.

(4) 頒 idem ac 班, æque dimidiatus.

(5) Nigro capillo dicuntur juniores.

(6) Qui nempe ita suum regnum administrat, ut agriculturæ et institutioni favens, commoda vitæ mentisque bonum societati procuret, is omnium animos sibi devinciet, et super omnes imperio potietur. Regnare hîc est imperio potiri.

---

tiri : temporum crines, 頒白 semicanus. FEN, magnum caput.

戴 TAI, capite gestare : magnificare. TSAI, n. loci. *R.* 62.

不王者、未之有也、狗彘食人食、而不知檢、塗有餓莩、而不知發、人死、則曰、非我也、歲也、是何異於刺人而殺之、曰、非我也、兵也、王無罪歲、斯天下之民至焉、

○梁惠王曰、寡人願安承教、孟子對曰、殺人以梃與刃、有以異乎、曰、無以異也、以刃與政、有以異乎、曰、無以異也、曰、庖有肥肉、廄有肥馬、民有飢色、野有餓莩、此率獸而食人也、獸相食、且人惡之、爲民父母行政、不免於率獸而食人、惡在其爲民父母也、仲尼曰、始作俑者、其無後乎、爲其象人而用之也、如之何其使斯民飢而死也、

○梁惠王曰、晉國天下莫强焉、叟之所知也、及寡人之身、東敗於齊、長子死焉、西喪地於秦七百里、南辱於楚、寡人恥之、願比死者一洒之、如之何則可、孟子對曰、地方百里而可以王、王如施仁政於民、省刑罰、薄稅斂、深

‘檢 KIEN, exemplar : examinare.
‚莩 FOU, interior calamorum pellicula. P‘IAO ‘殍, fame enectus.
刺’ T‘SE, spina : ferire, occidere. 刺, T‘SI, pungere, notare.
‘梃 T‘ING, baculus, hastile.
‚庖 P‘AO, culinæ laniena.
‘俑 YONG, lignea statua, quæ cum defuncto sepeliebatur. ‚俑 T‘ONG, dolere.
‘象 SIANG, elephas : figura. *R.* 152.
稅’ CHOEI, vectigal frumentarium : testamento relinquere. 說, Subsistere, quiescere. TOEI, tardius lugubria induere. T‘OAN, muliebris nigra vestis. T‘ouo 脫, solvere.

(1) Perpende quomodo illud 也 amat repeti. 發, aperire horrea.
(2) 以 valet 所以 : notanda illa 有以, 無以.

regnans, nondum hic extitit. Canes et sues manducant hominum alimenta, et non scis impedire; in viis inveniuntur fame enecti, et non scis elargiri; si homines moriuntur, tunc dicis : non a me, ab anni sterilitate (1). Id quomodo diversum ac puncto homine, et interfecto illo, dicere : non ego, sed gladius? Rex, noli culpare annum, et statim imperii populi advenient.

4. Leang hoei rex ait : exiguus ego vir desidero sedate excipere documenta. Mentsius respondit : occidere hominem cum baculo aut gladio, estne unde differat? Ait : non est unde differat (2). Cum gladio aut gubernio estne quo differat? Ait : nec est quo differat. Subdit : culina habet pingues carnes, equile habet pingues equos; et populus habet famis colorem, locaque deserta habent fame demortuos : hoc est adducere feras ad devorandos homines. Animalia se invicem devorantia, vel ea homo aversatur : si qui est populi parens exercens gubernium, nec abstinet a ducendis animalibus ad devorandos homines, ubinam est illum esse populi parentem (3)? Confucius dicebat : incipiens facere homines ligneos, nonne talis privandus posteritate? quia iste assimiles effinxit homines et usus est illis (4). Juxta hæc, quid ille qui efficit ut iste populus esuriat ad interitum?

5. Leang hoei rex ait : regno Tsin (5) imperii nullum potentius, senior quod probe scit. Cum devenerit ad exigui viri personam, in oriente debellatus fui a T'si, primogenito filio enecto; in occidente amisi terram a T'sin, septingenta stadia; ad meridiem affectus sum injuria a T'chou. Egoe rubescens ista, cupio in gratiam defunctorum semel illa eluere : quid agam ut possim? Mentsius respondit : terra extensa centum stadiis, jam satis ad bene regnandum. Rex, si effundas benignum gubernium in populum, parcas suppliciis et punitionibus, minuas tributa et vectigalia; profunde arabitur

---

(3) Illud 惡在, *ubinam est, in quo consistit*, debet adnotari : phrasis desinit in particulam 也. Eodem sensu habetur 安在, phrasim concludente particula 哉.

(4) Ægre ferebat Confucius quod ligna, quæ ad vivum exprimerent homines, sepulturæ mandarentur; id scilicet ab humanitate ducens alienum : quid ergo dicendum de eo, qui veros homines fame enecat? Antiquitus stramineis fasciculis confuse homines in funeribus repræsentabantur : dein lignea facta simulacra, quæ homines distincte referebant : id inhumanum habet Confucius, utpote ansam præbens vivos homines Manibus immolandi.

(5) Regnum 晉 tres familiæ, 魏 韓 趙, inter se partitæ fuerant, unde illa 三晉 appellatio : ideo rex eam hic sibi attribuit.

孟子

卷一

孟子見梁惠王、王曰、叟、不遠千里而來、亦將有以利吾國乎、孟子對曰、王、何必曰利、亦有仁義而已矣、王曰、何以利吾國、大夫曰、何以利吾家、士庶人曰、何以利吾身、上下交征利、而國危矣、萬乘之國、弒其君者、必千乘之家、千乘之國、弒其君者、必百乘之家、萬取千焉、千取百焉、不爲不多矣、苟爲後義而先利、不奪不饜、未有仁而遺其親者也、未有義而後其君者也、王亦曰仁義而已矣、何必曰利、

ʻ叟 Seou, seniorum appellatio, 叜. *R.* 29.
ˏ溲, Lavandi oryzam sonitus. | ˏ饜ʼ Yen, satur. *R.* 184.

---

(1) Regni Wei 魏 metropolis erat 大梁, nunc 開封府, provinciæ Ho nan metropolis.

(2) Illud 亦將, in 乎 finalem desinens, notatu est dignum. 以 valet 所以.

(3) Vide quam belle paria incisa intercidat particula 焉, totamque phrasim finalis 矣 coronet.

(4) Cum hujusmodi toparchis tribuatur decima pars rationum regni, possent

LIBER MENTSII.

Argutus est Mentsius, magisque ad fluidum stylum accedit. Illum certe tanti fecit senior Sou, famosus cum duobus filiis e Song dynastia litteratus, ut totum suis adnotationibus illustrarit, eo propterea notum titulo 蘇批孟子. Praestat ergo majore hic cum diligentia et styli flexus et phrasis structuram perpendere. Septem sunt capita, singula in duas partes distributa : tria priora constituunt superiorem libri sectionem (上孟), cetera inferiorem (下孟).

CAPUT PRIMUM.

Mentsius invisit Leang metropolis Hoei regem (1). Rex ait : senior, haud dissita habuisti mille stadia ad veniendum; an ergo mox habebitur quo lucrum afferatur meo regno (2)? Mentsius respondens ait : rex, quid necesse loqui lucrum? est vero humanitas et justitia, et nihil aliud. Rex dicit : quid in lucrum regno meo; magni magistratus dicent : quid in lucrum nostræ familiæ; litterati et plebei dicent : quid in lucrum nostræ personæ : superiores, inferiores invicem exigent lucrum, et regnum periclitabitur. In decem millium quadrigarum regno, occidentes proprium principem, quippe sunt mille quadrigarum familiæ : in mille quadrigarum regno, occidentes proprium principem, sunt certe centum quadrigarum familiæ. Ex decem millibus sumere mille, ex mille sumere centum, haud æstimandum non multum (3) : at si fiat ut posthabeatur justitia et anteferatur lucrum, nisi auferant non satiantur (4). Nondum fuit pius et tamen deserens suos parentes, nondum fuit justus qui tamen posthaberet suum principem. Rex igitur, loquere humanum et justum, et nil aliud : quid necesse loqui lucrum?

---

quidem esse contenti : at lucro inhiantes nondum satis habent, proindeque ut tota ratione regni potiantur, interficiunt regulum.

〇孟子見梁惠王、王立於沼上、顧鴻鴈麋鹿、曰、賢者亦樂此乎、孟子對曰、賢者而後樂此、不賢者雖有此不樂也、詩云、經始靈臺、經之營之、庶民攻之、不日成之、經始勿亟、庶民子來、王在靈囿、麀鹿攸伏、麀鹿濯濯、白鳥鶴鶴、王在靈沼、於牣魚躍、文王以民力爲臺爲沼、而民歡樂之、謂其臺曰靈臺、謂其沼曰靈沼、樂其有麋鹿魚鼈、古之人與民偕樂、故能樂也、湯誓曰、時日害喪、予及女偕亡、民欲與之偕亡、雖有臺池鳥獸、豈能獨樂哉、

〇梁惠王曰、寡人之於國也、盡心焉耳矣、河內凶、則移其民於河東、移其粟於河內、河東凶亦然、察鄰國之政、無如寡人之用心者、鄰國之民

沼 TCHAO, piscina quadrata.

鴻 HONG, anser segetum. 洪, Magnus. *R.* 196.

鴈 YEN, anser albifrons. *R.* 196.

麋 MI, magnus cervus. *R.* 198.

鹿 LOU, cervus. 麓, Montis radix.

營 YNG, militum castra : moliri. *R.* 86.

囿 YEOU, 囿, YU, hortus vel septum animalium muro cinctum.

麀 YEOU, cerva.

攸 YEOU, qui : locus : littera auxiliaris. 攸, Impendens periculum. *R.* 66.

濯 TCHOUO, lavare. TCHAO 櫂, remi longiores.

鶴 HO, grus leucogerana. 翯, Candidus, nitidus pennis.

牣 JEN, plenus.

歡 HOAN, lætari.

偕 KIAI, simul.

池 T'CHE, piscina rotunda : fossa.

2. Mentsius invisit Leang Hoei regem. Rex stans ad piscinæ marginem, inspiciebat sylvestres anseres et cervos. Ait : sapiens, etiamne delectatur istis? Mentsius respondit : sapiens jam, et postea lætatur his : nondum sapiens, etsi habeat hæc, non lætatur. Carmen (III. 8.) ait : « demetiri cœpta est spirituum turris, demetitur, delineatur; totus populus adlaborat illi, nec dies et perfecit illam : metationis initio nulla sollicitatio, totus populus filiorum instar venerat. Rex adstabat spirituum septo, cervæ et cervi quo accubabant; cervæ et cervi pinguedine lucebant, albæ aves pennis nitebant : rex adstabat spirituum stagno, quam pleno piscibus saltantibus! » Wen rex cum populi viribus fecit turrim, fecit stagnum, et populus laetus gaudebat hoc : appellandam illam turrim dixerunt *Spirituum turrim*, appellantes illud stagnum vocarunt *Spirituum stagnum* : gaudebat illum habere cervos, pisces et testudines. Antiquitatis homines cum populo simul laetabantur, ideoque poterant laetari. T'ang mandatum (III. 3.) dicit : « hic sol ecquando occumbet? nos et tu simul una moriamur (1) » si populus volebat cum illo simul commori, etsi haberet turrim, stagnum, aves et bestias, quomodo poterat solus gaudere?

3. Leang Hoei rex ait : exiguus ego vir, quoad regnum, exhaurio animum prorsus (2). Si ad fluminis sinum penuria, tunc transfero illinc populum ad fluminis orientem, et transfero hinc segetes ad fluvii sinum. Si ad fluminis orientem sit penuria, etiam ita (3). Considero vicinorum regnorum gubernium, nec sicut ego adhibent illa diligentiam : vicinorum tamen regnorum

(1) In eo Annalium capite fit sermo de pessimo imperatore Kié, qui arroganter aiebet : *sicut in cælo sol, ita ego in imperio; cum sol perierit, tunc et ego.* Unde populus gubernii pertæsus commori malebat, modo sol ille occideret. *Hai* vero hîc sonat *ho* et significat *quomodo.*

(2) Particulas finales binas simul compingi ad robur et varietatem, sæpe vidimus; sic 也夫, 也已, 已矣, 矣夫, 云耳, 焉耳 : tres etiam quandoque conjunctæ occurrunt, ut hîc habetur, ad varietatem scilicet, et ad phrasim majore cum pausa affirmandam. Ceterum sunt quos particularum hujusmodi luxuries nonnihil offendit, magisque juvat severior historicorum sobrietas; varia hominum ingenia : res ergo minoris est momenti.

(3) 河東 et 河內 duo erant e centum tribus territoriis (郡), quæ sibi univit secundus imperator quartæ dynastiæ; ad divergium crocei fluminis posita, alterum ad fluminis ascendentis orientem, alterum inter duas fluminis ulnas situm.

不加少、寡人之民不加多、何也、孟子對曰、王好戰、請以戰喻、塡然鼓之、兵刃既接、棄甲曳兵而走、或百步而後止、或五十步而後止、以五十步笑百步、則何如、曰、不可、直不百步耳、是亦走也、曰、王如知此、則無望民之多於鄰國也、不違農時、穀不可勝食也、數罟不入洿池、魚鼈不可勝食也、斧斤以時入山林、材木不可勝用也、穀與魚鼈不可勝食、材木不可勝用、是使民養生喪死無憾也、養生喪死無憾、王道之始也、五畝之宅、樹之以桑、五十者可以衣帛矣、雞豚狗彘之畜、無失其時、七十者可以食肉矣、百畝之田、勿奪其時、數口之家、可以無飢矣、謹庠序之教、申之以孝悌之義、頒白者、不負戴於道路矣、七十者衣帛食肉、黎民不飢不寒、然而

塡 T'ien, tympani sonus : obstruere. T'chen, diu. 塡 Tchen, Saturni sidus ; gravi habitu.

曳 I, trahere, raptare. *R.* 73.

走 Tseou, ambulare. 走, Currere.

步 Pou, passus. *R.* 77.

洿 Ou, stagnum, stagnum facere, 汙. 洿 Hou, sordidus.

斧 Fou, securis minor. *R.* 69.

斤 Kin, ascia : libra. 斤 斤, clare examinare.

宅 Tché, habitatio.

狗 Keou, canis minor.

彘 Tche, porca. *R.* 58.

田 T'ien, ager. 畋 vel 佃, Venari. Tien, arare.

飢 Ki, esurire.

庠 Siang, hospitium senum : dynastiæ Tcheou gymnasium.

悌 Ti, observantia in fratres et majores.

頒 Pan, largiri, propagare, disper-

populo non supervenit diminutio, exigui viri populo non accedit augmentum : cur? Mentsius respondit : rex amat militiam, sinat ex militia ducam exemplum (1). Tympani sonitu excitante eos, armis et ensibus jam consertis, abjiciunt loricam, trahunt arma et aufugiunt; aliqui centum passus, et postea sistunt; aliqui quinquaginta passus, et postea sistunt. Si quod quinquaginta fuerint passus, irrident centum passus, tunc quid videtur? Ait : non recte : tantum non ad centum passus, at etiam fugerunt (2). Subdit : rex, si noscis hoc, tunc ne speres populi incrementum præ vicinis regnis. Ne impedias agriculturæ tempus; fruges non poterunt absumi comedendo : spissa retia ne ingrediantur stagna et lacus; pisces et testudines non poterunt absumi esu : securis juxta tempora ingrediatur montium sylvas, et materiarium lignum non poterit consumi usu. Fruges cum piscibus et testudinibus non poterunt absumi comedendo, materiarium lignum non poterit absumi usu; hoc efficiet ut populus alat vivos, parentet mortuis sine querela. Alere vivos, parentare mortuis sine querela, regum disciplinæ initium est (3). Si quinque jugerum villa conseratur ex moris, quinquagenarii poterunt induere serica : gallinarum, porcellorum, catulorum, porcarum nutritio non amittat suum tempus, et septuagenarii poterunt vesci carnibus : centum jugerum campis non auferantur propria tempora, et multorum capitum familiæ poterunt non esurire : accures collegiorum et gymnasiorum institutionem, eamque ingemines a pietatis et reverentiæ officiis, et semicani non bajulabunt humeris vel capite per vias (4). Septuagenarii vestient serica et manducabunt carnes; nigricomus (5) populus non esuriet nec algebit : ita, et non (6)

---

(1) Laudari solet Mentsius, quod comparationum (譬喻) calleat usum : iis certe sæpe solet suam explanare mentem, et adversarios conficere.

(2) 是 vel 實, sic posita, affirmant, *utique tamen*.

(3) Regum disciplina, scilicet vere olim regnantium sanctorum imperatorum institutum.

(4) 頒 idem ac 斑, æque dimidiatus.

(5) Nigro capillo dicuntur juniores.

(6) Qui nempe ita suum regnum administrat, ut agriculturæ et institutioni favens, commoda vitæ mentisque bonum societati procuret, is omnium animos sibi devinciet, et super omnes imperio potietur. Regnare hîc est imperio potiri.

---

tiri : temporum crines, 頒白 semicanus. Fen, magnum caput.

戴 Tai, capite gestare : magnificare. Tsai, n. loci. *R.* 62.

不王者、未之有也、狗彘食人食、而不知檢、塗有餓莩、而不知發、人死、則曰、非我也、歲也、是何異於刺人而殺之、曰、非我也、兵也、王無罪歲、斯天下之民至焉、

○梁惠王曰、寡人願安承教、孟子對曰、殺人以梃與刃、有以異乎、曰、無以異也、以刃與政、有以異乎、曰、無以異也、曰、庖有肥肉、廄有肥馬、民有飢色、野有餓莩、此率獸而食人也、獸相食、且人惡之、爲民父母行政、不免於率獸而食人、惡在其爲民父母也、仲尼曰、始作俑者、其無後乎、爲其象人而用之也、如之何其使斯民飢而死也、

○梁惠王曰、晉國天下莫强焉、叟之所知也、及寡人之身、東敗於齊、長子死焉、西喪地於秦七百里、南辱於楚、寡人恥之、願比死者一洒之、如之何則可、孟子對曰、地方百里而可以王、王如施仁政於民、省刑罰、薄稅斂、深

檢 KIEN, exemplar : examinare.

莩 FOU, interior calamorum pellicula. P'IAO 殍, fame enectus.

刺 T'SE, spina : ferire, occidere. 刺 T'SI, pungere, notare.

梃 T'ING, baculus, hastile.

庖 P'AO, culinæ laniena.

俑 YONG, lignea statua, quæ cum defuncto sepeliebatur. 俑 T'ONG, dolere.

象 SIANG, elephas : figura. *R.* 152.

稅 CHOEI, vectigal frumentarium : testamento relinquere. 說, Subsistere, quiescere. TOEI, tardius lugubria induere. T'OAN, muliebris nigra vestis. T'OUO 脫, solvere.

---

(1) Perpende quomodo illud 也 amat repeti. 發, aperire horrea.

(2) 以 valet 所以 : notanda illa 有以, 無以.

regnans, nondum hic extitit. Canes et sues manducant hominum alimenta, et non scis impedire; in viis inveniuntur fame enecti, et non scis elargiri; si homines moriuntur, tunc dicis : non a me, ab anni sterilitate (1). Id quomodo diversum ac puncto homine, et interfecto illo, dicere : non ego, sed gladius? Rex, noli culpare annum, et statim imperii populi advenient.

4. Leang hoei rex ait : exiguus ego vir desidero sedate excipere documenta. Mentsius respondit : occidere hominem cum baculo aut gladio, estne unde differat? Ait : non est unde differat (2). Cum gladio aut gubernio estne quo differat? Ait : nec est quo differat. Subdit : culina habet pingues carnes, equile habet pingues equos; et populus habet famis colorem, locaque deserta habent fame demortuos : hoc est adducere feras ad devorandos homines. Animalia se invicem devorantia, vel ea homo aversatur : si qui est populi parens exercens gubernium, nec abstinet a ducendis animalibus ad devorandos homines, ubinam est illum esse populi parentem (3)? Confucius dicebat : incipiens facere homines ligneos, nonne talis privandus posteritate? quia iste assimiles effinxit homines et usus est illis (4). Juxta hæc, quid ille qui efficit ut iste populus esuriat ad interitum?

5. Leang hoei rex ait : regno Tsin (5) imperii nullum potentius, senior quod probe scit. Cum devenerit ad exigui viri personam, in oriente debellatus fui a T'si, primogenito filio enecto; in occidente amisi terram a T'sin, septingenta stadia; ad meridiem affectus sum injuria a T'chou. Egoe rubescens ista, cupio in gratiam defunctorum semel illa eluere : quid agam ut possim? Mentsius respondit : terra extensa centum stadiis, jam satis ad bene regnandum. Rex, si effundas benignum gubernium in populum, parcas suppliciis et punitionibus, minuas tributa et vectigalia; profunde arabitur

---

(3) Illud 惡在, *ubinam est, in quo consistit,* debet adnotari : phrasis desinit in particulam 也. Eodem sensu habetur 安在, phrasim concludente particula 哉.

(4) Ægre ferebat Confucius quod ligna, quæ ad vivum exprimerent homines, sepulturæ mandarentur; id scilicet ab humanitate ducens alienum : quid ergo dicendum de eo, qui veros homines fame enecat? Antiquitus stramineis fasciculis confuse homines in funeribus repræsentabantur : dein lignea facta simulacra, quæ homines distincte referebant : id inhumanum habet Confucius, utpote ansam præbens vivos homines Manibus immolandi.

(5) Regnum 晉 tres familiæ, 魏 韓 趙, inter se partitæ fuerant, unde illa 三晉 appellatio : ideo rex eam hic sibi attribuit.

耕易耨、壯者以暇日、修其孝悌忠信、入以事其父兄、出以事其長上、可使制梃、以撻秦楚之堅甲利兵矣、彼奪其民時、使不得耕耨以養其父母、父母凍餓、兄弟妻子離散、彼陷溺其民、王往而征之、夫誰與王敵、故曰、仁者無敵、王請勿疑、

○孟子見梁襄王、出語人曰、望之不似人君、就之而不見所畏焉、卒然問曰、天下惡乎定、吾對曰、定于一、孰能一之、對曰、不嗜殺人者、能一之、孰能與之、對曰、天下莫不與也、王知夫苗乎、七八月之間旱、則苗槁矣、天油然作雲、沛然下雨、則苗浡然興之矣、其如是、孰能禦之、今夫天下之人牧、未有不嗜殺人者也、如有不嗜殺人者、則天下之民、皆引領而望之矣、誠如是也、民歸之、由水之就下、沛然誰能禦之、

耨ʾ Neou, sarculum, sarrire.

撻ˎ T'a, percutere.

ˏ凍ʾ Tong, gelu, congelari.

敵ˎ Ti, resistere : adversarius, hostis.

嗜ʾ Che, concupiscere, appetere.

ʽ旱 Han, siccitas. *R.* 72.

ʽ槁 Kao, arescere.

ˏ油 Yeou, imbris abundantia : oleum. 油ʾ, Unctione lucidum.

ʽ雨 Yu, pluvia. 雨ʾ, Pluere.

浡ˎ P'o, repente exsurgere : abundanter.

牧ˎ Mou, pastor. 牧ʾ Meou, nomen loci. *R.* 93.

ʽ引 Yn, trahere, ducere, inducere, protrahere : centum cubiti. 引ʾ, Funes ad boves feretrumve trahendum. *R.* 57.

ʽ領 Ling, collum : collare : accipere : ducere.

et concinne sarrietur, juvenes per feriatos dies excolent suam pietatem, reverentiam, integritatem, veracitatem, domi ut serviant propriis parentibus et fratribus, foris ut serviant suis majoribus et superioribus; sic poteris efficere ut instruant baculos ad percutiendum regnorum T'sin et T'chou firmas loricas acutaque arma. Illa regna surripiunt suis populis temporis opportunitatem, efficiunt ut nequeant arare et exherbare ad alendos proprios parentes; parentes algent, esuriunt, fratres majores et minores, uxores, liberi, sejuncti disperguntur. Illis præcipitantibus et demergentibus suos populos, rex, si eas et oppugnes illa, quisnam adversus regem obluctabitur (1)? Hinc dicitur: humanus non habet adversarios; rex, quæso, ne dubites.

6. Mentsius invisit regem Leang Siang. Egressus, compellans alios, dixit: eminus prospiciens illum, non videbatur hominum princeps; cominus adivi illum, nec tamen vidi quod revererer. Ex improviso interrogavit dicens: imperium quomodo stabilietur (2)? Ego respondi: stabilietur per unitatem (3). Quis poterit unire illud? Respondi: non discupiens occidere homines, poterit unire illud. Quis volet se dedere illi (4)? Respondi: in imperio nemo non se dedet. Rex, nostine illas segetes? Si in septimæ vel octavæ lunæ medio siccitas, tunc segetes arescunt (5). At si cœlo dense insurgant nubes, et effuse descendat imber, tunc segetes viviscentes erigunt sese (6). Illis ita habentibus, quis poterit impedire eas? Nunc vero in imperio hominum pastor nullus est, qui non appetat occidere homines: si esset non appetens occidere homines, tunc imperii populi omnes erigerent collum et anhelarent illum. Si vere ita, populi confluerent ad illum, veluti torrentes ruunt deorsum (7), et sic torrenti similes, quis poterit retinere illos?

---

(1) 夫 initio phrasis, est veluti articulus aut pronomen.

(2) 乎 post 惡 ad fulciendum, uti adnotavimus.

(3) Si nempe in uno capite stabiliatur.

(4) Duo hîc adverte: primum est, quod Sinæ suum 能 *posse*, aliquando ad voluntatem transferunt, et sic 不 能 defectum quandoque importat voluntatis: alterum est illius 與 significatio, quod secundo scilicet tono significat *sequi, stare ab aliquo.*

(5) Septima et octava sub Tcheou dynastia luna, scilicet quinta et sexta hujus temporis.

(6) 然 facere adverbia, pluribus hîc patet exemplis.

(7) 由 pro 猶.

○齊宣王問曰、齊桓晉文之事、可得聞乎、孟子對曰、仲尼
之徒、無道桓文之事者、是以後世無傳焉、臣未之聞也、無
以、則王乎、曰、德何如、則可以王矣、曰、保民而王、莫之能禦
也、曰、若寡人者、可以保民乎哉、曰、可、曰、何由知吾可也、曰、
臣聞之胡齕曰、王坐於堂上、有牽牛而過堂下者、王見之、
曰、牛何之、對曰、將以釁鐘、王曰、舍之、吾不忍其觳觫、若無
罪而就死地、對曰、然則廢釁鐘與、曰、何可廢也、以羊易之、
不識有諸、曰、有之、曰、是心足以王矣、百姓皆以王爲愛也、
臣固知王之不忍也、王曰、然、誠有百姓者、齊國雖褊小、吾
何愛一牛、卽不忍其觳觫、若無罪而就死地、故以羊易之
也、曰、王無異於百姓之以王爲愛也、以小易大、彼惡知之、
王若隱其無罪而就死地、則牛羊何擇焉、王笑曰、是誠何
心哉、我非愛其財、而易之以羊也、宜乎百姓之謂我愛也、

宣 Siuen, publicare, extendere.

齕 Hé, Hié, mordere.

牽 K'ien, post se trahere. 牽, Helcium, seu funis ad cymbas trahendas. *R.* 93.

釁 Hin, rima : sanguine illinire rimas, 衅. *R.* 164.

觳 Hou, magnum poculum : 斛, mensura. 觳觫, Mortis timore tremere. Kio, vas pro pinguedine. Hou, Kio, exhaurire. *R.* 148.

觫 Sou, cornua nascentia.

褊 Pien, vestis brevis et angusta.

7. Regni T'si Siuen rex interrogans ait : T'si reguli Hoan et Tsin reguli Wen gesta, possumne obtinere ut audiam? Mentsius respondit : Confucii discipuli non docuerunt Hoan et Wen gesta; ideo ad posteriorem ætatem non transmissa, et subditus tuus nondum ea audivit. Si cessandum non est (1), quin potius de late regnando? Dixit rex : virtute quali, jam potero late regnare? Ait : fovere populum et sic regnare, nemo id poterit impedire (2). Dixit rex : hujusmodi exiguus vir quî unquam poterit fovere populum? Ait : poterit. Dixit rex : undenam nosti me posse? Ait : ego subditus audivi quod præfectus Hou hé dicebat : rege sedente in aulæ fastigio, fuerunt qui fune trahebant bovem et transibant palatium infra. Rex videns illos, dixit : bos quo vadit? Respondentes dixerunt : volumus eo linire campanam (3). Rex ait : dimittite illum, ego non sustineo illum sic tremere et innocentis instar adire mortis locum. Subdunt : sic ergo desistemus illinire campanam? Reponit : quî potestis omittere? cum ove commutate illum. Nescio an res extiterit. Dixit rex : fuit ita. Ait : hujusmodi cor sufficit ad regnandum : populus totus regem existimavit sordide affectum; ego probe scio regem commiseratum fuisse. Rex ait : certe. Utique subest popularium aliquid, at regnum T'sî quamvis valde parvum, ego quomodo concupiverim unum bovem (4)? Scilicet non sustinui illum trementem et innocentis instar adire mortis locum, ideo cum ove permutavi illum (5). Dixit : rex, ne mireris quod populus regem existimaverit avaritia affectum : cum parvo mutando magnum, ille quomodo conjecisset rem? Rex, si miseratus es illum immunem culpa et tamen adeuntem mortis locum, tunc bovem et ovem quare distinxisti? Rex subridens ait : hujusmodi vere quinam fuit animus! ego nullus concupivi ejus pretium, et mutavi ipsum cum ove! merebar quod populus

---

(1) Si adhuc vis ut loquar : 以 est pro 已.

(2) Illud recole, 之 regimen solere antecedere verbum, ut præcedenti 莫 vel 未 consocietur : 未之聞, 莫之能禦.

(3) Victimæ sanguine solebant allini recens fusæ nolæ.

(4) Subest in facto hujus popularis sensus aliquid, seu facti species habet aliquid, quod huic populari dicto det ansam, at quî nescit populus regem haud certe eo usque præparcum ut bovem affectet? Illud 者, phrasim velut abruptam ostendit.

(5) Connexivum illud 卽, debet omnino perpendi.

曰、無傷也、是乃仁術也、見牛未見羊也、君子之於禽獸也、見其生、不忍見其死、聞其聲、不忍食其肉、是以君子遠庖廚也、王說、曰、詩云、他人有心、予忖度之、夫子之謂也、夫我乃行之、反而求之、不得我心、夫子言之、於我心有戚戚焉、此心之所以合於王者何也、曰、有復於王者曰、吾力足以舉百鈞、而不足以舉一羽、明足以察秋毫之末、而不見輿薪、則王許之乎、曰、否、今恩足以及禽獸、而功不至於百姓者、獨何與、然則一羽之不舉、爲不用力焉、輿薪之不見、爲不用明焉、百姓之不見保、爲不用恩焉、故王之不王、不爲也、非不能也、曰、不爲者、與不能者之形、何以異、曰、挾太山以超北海、語人曰、我不能、是誠不能也、爲長者折枝、語人曰、我不能、是不爲也、非不能也、故王之不王、非挾太山以超北海之類也、王之不王、是折枝之類也、老吾老、以及人

術, Chou, ars, industria. 術, Soei, 12500 familiarum tractus.

廚, T'chou, culina : armarium.

忖, T'suen, perpendere.

鈞, Kiun, triginta libræ. 均, Æquale.

毫, Hao, pili longiores : millesima unciæ pars. *R.* 82.

薪, Sin, cremia, ramale : fœnum.

許, Hiu, permittere : promittere : antiquum regnum. Hou Hou, multorum vires exerentium sonitus.

恩, Ngen, beneficium.

diceret me concupivisse. Dixit : non officit; illa fuit humanitatis industria; videbas bovem, non videbas ovem (1). Sapiens quoad bruta animalia, videns illa viventia, non patitur videre illa mori; audiens ipsorum clamores, non sustinet manducare ipsorum carnes : proinde sapiens procul amovet culinæ lanienam. Rex gaudens ait : quod carmen (II. 44.) habet : « alter homo habuit cogitationem, ego perpendens conjeci illam » magistri casus est. Ego quidem feci rem; reputans et inquirens eam, non assequebar meam intentionem; at magister expressit illam, et in meo corde subfuit commiserationis affectus (2). At iste affectus unde connectatur cum bono regimine, quid est? Respondit : sit qui referens ad regem dicat : meæ vires sufficiunt ad elevandum centum tricesses, at non sufficiunt ad attollendam unam plumam; visus sufficit ad perspiciendas autumnalium pilorum extremitates, at non videt plaustrum cremiorum, tunc rex annuetne his? Ait : nequaquam. Atqui beneficentia sufficit ad attingendum bruta animalia, et officia non perveniunt ad populum; quid unice est? Si ita, ergo una pluma non elevatur, quia non admoventur vires; currus cremia non perspiciuntur, quia non usurpatur visus; et populi non foventur, quia non adhibetur beneficentia. Quapropter si rex non late regnat, non agit scilicet, non quod non potest. Dixit rex : non agentis a non potentis specie unde distinguitur? Ait : Ferre sub brachio T'ai montem ad transgrediendum boreale mare, si compellans alios dicam me non posse; hoc vere est non posse : pro superiore abscindere ramum, si compellans alios dicam me non posse, hoc est non agere, haud est non posse. Ideo, quod rex non late regnet, non est e ferentis T'ai montem ad transeundum boreale pelagus genere; rex non late regnans est abscindenti ramum similis. Si venerando meos seniores, ita

(1) 乃 *scilicet :* prout enim monuimus, hæc particula 1° ut hîc, explanat, 2° innuit sequelam, 3° significat *tu*.

(2) Renovatio affectuum, dum andirem magistrum loquentem, probat revera fuisse ut magister dicit.

挾ꜝ Kié, Hié, utrinque complecti, e latere adjuvare : sub brachio deferre : possessis confidere. Tsié 浹, pervadere.

太ˀ T'ai, magnus : nimis. *R.* 37.

꜀超 T'chao, superare, transilire.

꜀枝 Tche, ramus : in diversum vergens : fulcrum.

之老、幼吾幼、以及人之幼、天下可運於掌、詩云、刑于寡妻、至于兄弟、以御于家邦、言舉斯心、加諸彼而已、故推恩、足以保四海、不推恩、無以保妻子、古之人所以大過人者、無他焉、善推其所爲而已矣、今恩足以及禽獸、而功不至於百姓者、獨何與、權、然後知輕重、度、然後知長短、物皆然、心爲甚、王請度之、抑王興甲兵、危士臣、構怨於諸侯、然後快於心與、王曰、否、吾何快於是、將以求吾所大欲也、曰、王之所大欲、可得聞與、王笑而不言、曰、爲肥甘不足於口與、輕煖不足於體與、抑爲采色不足視於目與、聲音不足聽於耳與、便嬖不足使令於前與、王之諸臣、皆足以供之、而王豈爲是哉、曰、否、吾不爲是也、曰、然則

運ʾ YUN, gyrare, moveri : fortuna.

꜀推 T'CHOEI, argumentari, inferre. T'OEI, impellere, extrudere. *R.* 64.

構ʾ KEOU, construere : nectere : perficere.

快ʾ K'OAI, contentus : velox.

꜀煖 NOAN, tepens, calidum. HIUEN ꜀暄, 煊, tepens, solis calor.

꜀采 T'SAI, negotium : decerpere : 彩, colorius, venustus. 采ʾ, Censuales magistratuum agri. 菜, Olus.

꜀音 YN, sonus. 蔭ʾ, Umbra.

嬖ʾ PI, aulicus regi gratiosus.

꜀供 KONG, offerre : alere, providere : oculis exhibere 供ʾ, Oculis exhibere : cibos præbere.

---

(1) Ad exemplum principis suos reverentis diligentisque, et populus suos reverebitur diligetque.

perveniam ad aliorum senes, et diligendo meos juniores, sic attingam aliorum juniores, imperium poterit verti in palma manus (1). Carmen (III.6.) habet : « exemplar pro tenui conjuge, pertinuit ad fratres et fratres, et sic accessit ad familiam socialem » (2), id est, præferens hujusmodi animum, ingerebat in illos, et nil aliud (3). Quapropter extendere beneficia sufficit ad complectendum quatuor maria : non extendendo beneficia, nec est quo foveantur uxor et liberi. Antiquitatis homines cur longe superaverint ceteros, non aliud, recte extendebant quod ipsi agebant, et en totum (4). Nunc vero beneficentia sufficit ad attingendum bruta animantia, et bona opera non perveniunt ad populum, cur modo sic? Pondera, tunc demum scies leve an grave; metire, et postea scies longum an breve : res omnes ita; cor etiam magis : rex, quæso, perpende illud (5). At enim, rex, moves loricas et arma, objicis periculo milites et duces, adsciscis odia ab omnibus regulis; numquid sic vero lætaris in corde? Rex ait : nequaquam : ego quomodo lætarer in his? Utor ad quærendum quod ego valde exopto (6). Subdit : rex quod valde exoptat, possumne obtinere ut audiam? Rex subrisit, et nihil locutus. Subdit : an quod pinguia et dulcia non sufficiant ad gustum, levia et calida non sufficiant corpori (7); vel etiam quod pulchri colores non suppetant spectandi ab oculis, sonitum concentus non suppetant audiri ab auribus, expediti adulatores non præsto sint exequendis jussis in conspectu? At regis varii ministri, omnia pares sunt ad subministrandum ista, adeoque rex quomodo propter hujusmodi? Dixit : nequaquam, ego haud propter ista. Subdit :

---

(2) 御 sonat 迓, occurrere obviam.

(3) Facile esset regi bene regnare, cum ad id sufficiat ut se recte componat in ratione vitæ, ex quo populus bonum ducat exemplum, uti Wen rex agebat, de quo carmen loquitur.

(4) Officia explebant erga suos, et a suis gradum faciebant ad populum.

(5) Cor multo magis examinandum, cum difficilius dignoscatur : en miserendi bovis est grandior quam miserendi populi affectus, et tamen non advertis; perpende igitur, seu pondera et metire tuum cor, ut rem adeo momentosam persentiscas.

(6) Illud 將 以 hic iterum perpende : 將 præter suas accipiendi, futurique indicandi significationes, voluntatem innuit aliquid agendi, *volo per hæc quærere quod ego valde exopto.*

(7) Leves calidæque vestes.

王之所大欲、可知已、欲辟、土地、朝秦楚、莅中國、而撫四夷也、以若所爲、求若所欲、猶緣木而求魚也、王曰、若是其甚與、曰、殆有甚焉、緣木求魚、雖不得魚、無後災、以若所爲、求若所欲、盡心力而爲之、後必有災、曰、可得聞與、曰、鄒人與楚人戰、則王以爲孰勝、曰、楚人勝、曰、然則小固不可以敵大、寡固不可以敵衆、弱固不可以敵彊、海內之地、方千里者九、齊集有其一、以一服八、何以異於鄒敵楚哉、蓋亦反其本矣、今王發政施仁、使天下仕者、皆欲立於王之朝、耕者、皆欲耕於王之野、商賈、皆欲藏於王之市、行旅、皆欲出於王之塗、天下之欲疾其君者、皆欲赴愬於王、其若是、孰能禦之、王曰、吾惛、不能進於是矣、願夫子輔吾志、明以教我、我雖不敏、請嘗試之、曰、無恒產而有恒心者、

莅 Li, inspectare, regere : calami.

撫 Fou, mulcere : tangere : instrumenta pulsare.

緣 Yuen, causa, motivum : obire, juxta. 緣, Vestis ora.

災 Tsai, calamitas. *R.* 86.

鄒 Tcheou, antiqua ditio in regno Lou.

弱 Jo, debilis. *R.* 57.

彊 K'iang, conari, cogere. K'iang 强, fortis, ferus. Kiang 疆, terminus. 彊 Kiang, 彊 彊, constans volucrum copulatio.

赴 Fou. ire, currere.

惛 Hoen, caligare, hallucinari.

---

(1) Exteri generatim vocabantur populi, qui a quatuor plagis medium

si ita, tunc regis illud magnum desiderium potest sciri jam. Exoptas dilatare ditionis terras, ad aulam cogere T'sin et T'chou, dominari medio imperio et præesse quatuor Exteris (1). Cum eo vero quod agis, quærere illud quod desideras, idem est ac obire arbores ad quærendos pisces. Rex ait : itane illud exaggeratum? Reponit : atqui adhuc magis. Obeundo arbores quærere pisces, quamvis non inveniantur pisces, nulla postea calamitas : cum eo autem quod agis, quærere id quod desideras, exhauries cor et vires ad agendum illud, et postea certe erit calamitas. Ait : possumne obtinere ut audiam? Reponit : si Tcheou homines cum T'chou viris pugnarent, tunc rex quosnam putat victuros (2)? Ait : T'chou homines victuri. Pergit : si ita, ergo parvus certe non valet ad resistendum magno, pauci certe non valent ad resistendum multis, debiles certe non valent ad resistendum fortibus. Atqui maribus interjectæ regiones, in quadrum mille stadia habentes, novem sunt (3) : T'si comprehensio habet illarum unam : cum una subjicere octo, in quo differet a Tcheou debellante T'chou? Scilicet ergo convertaris ad rei radicem (4). Si nunc rex aggrediens gubernium extendat humanitatem, efficiet ut imperii præfecti omnes desiderent stare in regis aula, agricolæ omnes desiderent arare in regis campis, mercatores vagi et stabiles omnes desiderent deponere merces in regis foro, viatores et peregrini omnes desiderent transire per regis vias, in imperio volentes malum suo principi omnes desiderent accurrere significaturi ad regem. Ii si ita, quis poterit impedire illos? Rex ait : ego bardus non possum penetrare in ista; cupio magister adjuvet meam mentem, et explanando condocefaciat me : ego licet minime perspicax, vellem effectu tentare rem (5). Subdit : carere stabili patrimonio, et adhuc habere constantem animum, soli sapientiæ alumni sunt

---

Sinarum imperium circumcingebant, minusque exculti habebantur. Pressius autem in australes et boreales, orientales et occiduos distinguuntur, suoque singuli nomine designantur.

(2) 鄒 id est 邾.

(3) Scilicet, ut quidam habent, T'si, T'chou, Yen, Tchao, Han, Wei, T'sin, Song et (中 山) Tchong chan. Verum duæ postremæ ceteras æmulari nequeunt; eo magis quod ultima fuerit a Wei 魏 regulo extincta. T'chong chan nunc est sub ditione Ting tcheou 定 州 in Pétcheli.

(4) Ad continens rei veramque radicem, unde quod exoptas ultro pullulescat.

(5) 請 urbanitatis est, *velim, si placet; annue, quæso.*

惟士爲能、若民、則無恒產、因無恒心、苟無恒心、放辟、邪侈、無不爲已、及陷於罪、然後從而刑之、是罔民也、焉有仁人在位、罔民而可爲也、是故、明君制民之產、必使仰足以事父母、俯足以畜妻子、樂歲終身飽、凶年免於死亡、然後驅而之善、故民之從之也輕、今也制民之產、仰不足以事父母、俯不足以畜妻子、樂歲終身苦、凶年不免於死亡、此惟救死而恐不贍、奚暇治禮義哉、王欲行之、則盍反其本矣、五畝之宅、樹之以桑、五十者、可以衣帛矣、雞豚狗彘之畜、無失其時、七十者、可以食肉矣、百畝之田、勿奪其時、八口之家、可以無飢矣、謹庠序之教、申之以孝悌之義、頒白者、不負戴於道路矣、老者衣帛食肉、黎民不飢不寒、然而不王者、未之有也、

○莊暴見孟子曰、暴見於王、王語暴以好樂、暴未有以

‘侈 T‘che, prodigus, vanus : hians, diductus.

‘俯 Fou, inclinare.

‘苦 K‘ou, amarus : sonchus oleraceus. 苦’, Cruciatus, molestia. ‘苦 Kou, malum, deterius.

贍’ Chan, largiri, succurrere : sufficere : abundans.

(1) Suppetentibus saltem reconditis reliquiis.

(2) Recole particulæ 之 triplicem usum : in 之善 est verbum, in 民之 est articulus, in 從之 est pronomen. Scilicet 之 aliquando sequitur nominativum

potis : quod ad populum vero, si caret stabili patrimonio, hinc jam carebit stabili animo. Si caret stabili animo, licentiosa, proterva, lasciva, dissoluta, nil non tentabit. Cum vero inciderit in delicta, tunc jam prosequeris ut punias illum. Hoc est illaqueare populum. Quomodo erit ut benignus vir constitutus in dignitate, irretire populum, id etiam queat perpetrare? Propter hoc sapiens princeps constituens populi patrimonium, profecto efficiet ut sursum satis ad serviendum patri et matri, deorsum sufficiat ad nutriendum uxores et liberos; si fausti anni, tota vita saturetur; si infaustus annus, eximatur ab interitu (1) : tum postea exstimulabit ad adeundam virtutem. Ideo populus sequetur illam facile (2). Nunc vero (3), constituti plebis proventus, hinc non sufficiunt ad ministrandum patri et matri, inde non sufficiunt ad alendum uxorem et liberos; si fausti anni, tota vita tabescit; si sterilis annus, non eximitur a mortis casu. Ita, tantum ut declinet mortem, adhuc timet ne satis habeat; quomodo otium habebit excolendi civilitatem et justitiam? Rex, si cupis agere illud, tunc quidni devenias ad rei continens? Quinque jugerum habitatio conseratur ex moris, et quinquagenarii poterunt induere serica; gallinarum, porcellorum, catulorum, porcarum nutritio non perdat sua tempora (4), et septuagenarii poterunt comedere carnes : centum jugerum agris non surripiatur opportunum tempus, et octo capitum familiæ poterunt non esurire; invigiletur collegiorum gymnasiorumque educationi, eaque inculcetur a pietatis et reverentiæ officiis, et semicani nil ferent humeris vel capite in viis. Senes viri induunt serica et vescuntur carnibus, junior populus non esuriunt neque algent : ita et non late regnans, nondum hic extitit.

PARS POSTERIOR.

1. Præfectus Tchoang pao videns Mentsium ait : ego Pao revisi ad regem; rex locutus est mihi de amore musices, et Pao nondum habuit unde

---

et est articulus, sive nominativus sit simplex, sive compositus, sive participium, sive participium cum suo regimine, sive etiam pronomen. Aliquando est nota genitivi, adjectivi, passivi. Alias est verbum et significat *ire*. Alias est pronomen, quod vel ad expressum antecedens, vel ad intentum sermonis argumentum, remque generatim de qua agitur, refertur.

(3) Illam 也, veluti pausam, perpende.

(4) Procreandi alendique fœtum tempora.

對也、曰、好樂何如、孟子曰、王之好樂甚、則齊國其庶幾乎、他日見於王曰、王嘗語莊子以好樂、有諸、王變乎色、曰、寡人非能好先王之樂也、直好世俗之樂耳、曰、王之好樂甚、則齊其庶幾乎、今之樂、由古之樂也、曰、可得聞與、曰、獨樂樂、與人樂樂、孰樂、曰、不若與人、曰、與少樂樂、與衆樂樂、孰樂、曰、不若與衆、臣請爲王言樂、今王鼓樂於此、百姓聞王鐘鼓之聲、管籥之音、舉疾首蹙頞而相告曰、吾王之好鼓樂、夫何使我至於此極也、父子不相見、兄弟妻子離散、今王田獵於此、百姓聞王車馬之音、見羽旄之美、舉疾首蹙頞而相告曰、吾王之好田獵、夫何使我至於此極也、父子不相見、兄弟妻子離散、此無他、不與民同樂也、今王鼓樂於此、百姓聞王鐘鼓之聲、管籥之音、舉欣欣然有喜色而相告曰、吾王庶幾無疾病與、何以能鼓樂也、今王田獵於此、百姓聞王車馬之音、見羽旄之美、舉欣欣然有喜色而相告曰、吾

俗, Sou, consuetudo, mos vulgaris, rudis.

籥, Yo, tibia tribus aut sex foraminibus pertusa. 鑰, Clavis.

蹙, Tsou, angustari, contrahi : supercilium ex mœrore contrahere. 蹴, Conculcare. R. 157.

頞, Ngo, frons.

responderet : peto, si amet musicen, quid tum? Mentsius ait : si rex amet musicen impense, tunc T'si regnum, quam illud prope ordinem! Alia die, invisens Mentsius ad regem, ait : rex aliquando allocutus Tchoang tse de amore musices, estne ita? Rex mutatus a colore ait : exiguus vir non possum amare priorum regum musicam; verum amo vulgaris sæculi musicam (1). Subdit : si rex amet musicen impense, tunc T'si, oh! quam illud prope! præsentis temporis musica eadem ac antiquitatis musica (2). Ait : daturne rem audire? Subdit : solus musica gaudere, vel cum aliis musica gaudere, alterutrum delectabilius? Ait : nihil sicut cum aliis (3). Pergit : cum paucis musica gaudere, vel cum multis musica gaudere, quidnam gratius? Ait : melius cum multis. Subditus ego, inquit, vellem, regis gratia, eloqui musicam. Si nunc, rege pulsante musicam hic, populus audiens regis campanarum tympanorumque sonitum, fistularum tibiarumque concentum, omnes doleant capite, contrahant frontem, et invicem admonentes dicant : noster rex amat pulsare musicam; at ecquid fecit nos pervenire ad hoc extremum! patres et filii non mutuo se vident, fratres et fratres, uxores et nati distracti, dispalati. Item, si rege venante hic, populus audiens regiorum curruum equorumque strepitum, vidensque pennatorum vexillorum pulchritudinem, omnes dolenti capite et caperata fronte, mutuo admonentes dicant : noster rex amat venari; at ecquid fecit nos devenire ad hujusmodi incitas! patres et filii non se invicem vident, fratres et fratres, uxores et liberi separati dispersi sunt : hoc non aliud quam non cum populo simul gaudere. Si e contra rege pulsante musicam hic, populus audiens regis nolarum tympanorumque sonum, tibiarum fistularumque voces, omnes ludibundi habeant lætitiæ vultum, et invicem commonentes dicant : noster rex nonne peroptato vacat ægrotatione et morbo? quomodo secus posset pulsare musicam? Item, si rege venante hic, populus audiens regis curruum equorumque strepitum, vidensque plumarum vexillorumque decorum, omnes exhilarati, habeant

(1) Recole usum particulæ finalis 耳; plerumque vim habet diminutivam, *vix, nonnisi, solummodo.*

(2) 由 valet 猶.

(3) 不若, potius, melius est.

獵, Lié, venari.
旄 Mao, vexillum e bovis cauda.
耄?, Nonagenarius.
欣 Hin, lætari. R. 76.

王庶幾無疾病與、何以能田獵也、此無他、與民同樂也、今王與百姓同樂、則王矣、

○齊宣王問曰、文王之囿、方七十里、有諸、孟子對曰、於傳有之、曰、若是其大乎、曰、民猶以爲小也、曰、寡人之囿、方四十里、民猶以爲大、何也、曰、文王之囿、方七十里、芻蕘者往焉、雉兎者往焉、與民同之、民以爲小、不亦宜乎、臣始至於境、問國之大禁、然後敢入、臣聞郊關之內、有囿方四十里、殺其麋鹿者、如殺人之罪、則是方四十里、爲阱於國中、民以爲大、不亦宜乎、

○齊宣王問曰、交鄰國有道乎、孟子對曰、有、惟仁者、爲能以大事小、是故、湯事葛、文王事昆夷、惟智者、爲能以小事大、故太王事獯鬻、句踐事呉、以大事小者、樂天者也、以小事大者、畏天者也、樂天者保天下、畏天者保其國、詩云、畏天之威、于

芻 T'chou, fenum, fœnisex. *R.* 140.
蕘 Jao, ramale : lignari.
兎 T'ou, lepus : cuniculus. *R.* 10.
境 King, limites, confinia.
禁 Kin, impedire, prohibere. 禁, Abripere : tolerare. *R.* 113.

葛 Ko, pueraria phaseoloides.
智 Tche, prudentia.
獯 Hiun, barbari boreales.
鬻 Yu, vendere : alere. Tchou 粥, elixare, pulticula. Kiu, nutrire. *R.* 193.

lætitiæ speciem, et invicem admonentes dicant : noster rex, oh! feliciter eximitur a morbo; qui secus posset venari? Hoc non aliud, quam cum populo simul lætari. Porro si rex cum populo simul lætetur, tunc late regnabit.

2. T'si Siuen rex interrogans ait : Wen regis septum, in quadrum complectebatur septuaginta stadia, estne ita? Mentsius respondit : in memoriis est hoc. Ait : itane illud magnum? Mentsius reponit : populus adhuc reputabat parvum. Ait : exigui viri septum continet quadratum quadraginta stadiorum, et populus tamen reputat magnum : quid tum? Mentsius respondit : Wen regis septum extensum septuaginta stadiis, fenisecæ et lignantes ingrediebantur, phasianorum leporumque venatores accedebant; cum populo communicabat illud, populus reputabat parvum, nonne quidem merito? Subditus primum perveniens ad confinia, interrogavi regni magnas prohibitiones, tum dein ausus sum ingredi. Subditus audivi confinium intra claustra esse septum quadratum quadraginta stadiorum (1), et occidere illic cervos majores vel minores, perinde esse ac occidendi hominem crimen. Ergo hic circuitus quadraginta stadiorum, est fovea in regni medio : populus existimat magnum, nonne etiam merito?

3. T'si Siuen rex interrogans ait : coeundi vicinis regnis estne regula? Mentsius respondit : est (2) : solus humanus est potis cum magno subservire parvo; eapropter T'ang serviit Ko, Wen rex serviit occiduis barbaris : solus sapiens potis est cum parvo subservire magno; eapropter T'ai rex inserviit borealibus barbaris, Keou Tsien inserviit Ou (3). Cum magno serviens parvo amat cœlum; cum parvo serviens magno veretur cœlum. Acquiescens cœlo conservat totum imperium, reverens cœlum conservat suum regnum. Carmen (IV. 7.) habet : « revereri cœli majestatem, et ex hoc conservare illud (4). »

---

(1) Tractus qui est ad centum ultra metropolim stadia, vocatur 郊; ultra hunc habentur claustra regni (關).

(2) Benefica humanitas, si sis majoris regni rex; sapiens prudentia, si sis minoris.

(3) De T'ai rege vide §. 15., de T'ang et Ko vide §. 5. sub cap. III. finem.

(4) 時 valet 是.

句ˀ Kiu, phrasis. K'iu ˏ絇, ornamentum in summitate calceorum. Keou ˏ勾, curvus : delere, tollere. Keou 彀ˀ, arcus intentus : satis. Keou, 勾ˀ 當, negotium. *R.* 30.

時保之、王曰、大哉言矣、寡人有疾、寡人好勇、對曰、王請無
好小勇、夫撫劍疾視、曰、彼惡敢當我哉、此匹夫之勇、敵一
人者也、王請大之、詩云、王赫斯怒、爰整其旅、以遏徂莒、以
篤周祜、以對于天下、此文王之勇也、文王一怒而安天下
之民、書曰、天降下民、作之君、作之師、惟曰其助上帝、寵之
四方、有罪無罪、惟我在、天下曷敢有越厥志、一人衡行於
天下、武王恥之、此武王之勇也、而武王亦一怒而安天下
之民、今王亦一怒而安天下之民、民惟恐王之不好勇也、
○齊宣王見孟子於雪宮、王曰、賢者亦有此樂乎、孟子對
曰、有、人不得、則非其上矣、不得而非其上者、非也、爲民上
而不與民同樂者、亦非也、樂民之樂者、民亦樂其樂、憂民
之憂者、民亦憂其憂、樂以天下、憂以天下、然而不王者、未
之有也、昔者齊景公問於晏子曰、吾欲觀於轉附朝儛、遵

劍ʾ Kien, ensis, 劍.

ʿ爰 Yuen, in, ideo : inducere. *R.* 87.

ʿ整 Tcheng, componere, concinnare. *R.* 66.

遏ͅ Ngo, sistere, reprimere.

ʿ徂 T'chou, ire.

ʿ祜 Hou, felicitas.

ʿ寵 T'chong, gratia, favor.

曷ͅ Ho, quare, quomodo? *R.* 73.

越ͅ Yué, transgredi, superare : invertere, subvertere. Ho, typha.

厥ͅ Kiué, ille, littera auxiliaris. Kiou, 突厥, boreales Turcomani.

雪ͅ Siué, nix : dealbare.

ʿ轉 Tchoan, gyrare : in gyrum moveri. 轉ʾ, Vertere : in gyrum movere.

ʿ儛 Ou, mons in T'si regno. 舞, choreas agere.

Rex ait : magnum quidem propositum! at modicus vir habet defectum; modicus vir amat fortitudinem (1). Respondens ait : rex, rogo, ne ames vilem fortitudinem. Illud stringere gladium et torvo aspectu dicere : *is quomodo audet resistere mihi?* hujusmodi est privati viri fortitudo, quæ adversatur uni homini : rex, quæso, grandito illam. Carmen (III. 7.) ait (2): « rex acriter tunc irascitur, indeque ordinat suas cohortes ad cohibendas incedentes turmas, ut firmaret Tcheou prosperitatem utque responderet ad totum imperium (3). » Hæc Wen regis fortitudo : Wen rex semel iratus est, et pacavit imperii populos. Annales aiunt : « cœlum creans inferiorem populum, fecit ipsi principes, fecit ipsi doctores, ea mente ut ipsi adjuvent supremum Dominatorem, adeoque honoravit eos in quatuor locis : hinc reus criminum et expers peccato, nonnisi penes me. In imperio quis audebit apponere prævaricationem animo suo (4)? » Unus vir inordinate cum ageret in imperio, Ou rex erubuit hoc (5). Ista fuit Ou regis fortitudo, et Ou rex etiam semel irascens pacavit imperii populos. Nunc si rex etiam semel irascens inde pacificet imperii populos, populi solum timebunt ne rex non amet fortitudinem.

4. T'si Siuen rex invisit Mentsium in nivis palatio (6). Rex ait : sapiens etiamne habet hæc oblectamenta? Mentsius respondit : habet. Et si quis non obtineat, tunc obtrectat suis superioribus. Non obtentis, obtrectans suis superioribus, peccat : sed agens populi superiorem, et non cum populo communicans gaudia, etiam peccat. Si gaudeat populi gaudium, populus etiam gaudebit ejus gaudium : si mœreat populi mœrorem, populus etiam mœrebit ejus mœrorem. Gaudens de imperio, mœrens de imperio, nec tamen late regnans, nondum hic fuit. Olim T'si King regulus percontans a Yen tse ait : ego volo peragrare ad montes Tchoan fou et Tchao ou, sequi mare,

---

(1) Ideoque nequeo servire.

(2) Regulus regni Mi, læsa Wen regis auctoritate, jam occupaverat terram regni Yueu, cum Wen rex justa excanduit ira.

(3) 爰 innuit sequelam, valetque 於 是, ex hoc, exinde. 莒, scilicet 旅, ut recte prostat in Carmine. 對 est respondere spei atque votis.

(4) 寵 之, speciali gratia exaltavit illos : 有 罪, scilicet iniquus tyrannus 紂, quem ad me spectat castigare : 無 罪, scilicet insontes populi, quos mea refert tranquillare : 有 越, usurpato jure ad rebellionem contendere.

(5) 一 人 designat imperatorem. 衡 et 橫 confunduntur.

(6) Sic vocabatur amœnum regis palatium, modo Mentsio commodatum.

海而南、放於琅邪、吾何脩而可以比於先王觀也、晏子對曰、善哉問也、天子適諸侯曰巡狩、巡狩者、巡所狩也、諸侯朝於天子曰述職、述職者、述所職也、無非事者、春省耕而補不足、秋省斂而助不給、夏諺曰、吾王不遊、吾何以休、吾王不豫、吾何以助、一遊一豫、爲諸侯度、今也不然、師行而糧食、飢者弗食、勞者弗息、睊睊胥讒、民乃作慝、方命虐民、飲食若流、流連荒亡、爲諸侯憂、從流下而忘反、謂之流、從流上而忘反、謂之連、從獸無厭、謂之荒、樂酒無厭、謂之亡、先王無流連之樂、荒亡之行、惟君所行也、景公說、大戒於國、出舍於郊、於是始興發補不足、召太師曰、爲我作君臣相說之樂、蓋徵招角招是也、其詩曰、

琅 Lang, 琅玕, corallii species. 琅琊, Urbs et mons in Chan tong.

巡 Siun, lustrare. Yen, ordinatim subsequi. *R.* 47.

狩 Cheou, terræ feudales : venatio hiemalis.

職 Tche, officium, officii curam gerere. *R.* 128.

補 Pou, sarcire : supplere.

睊 Kiuen, oblique aspicere.

胥 Siu, mutuo, simul : simul inspectare. *R.* 130.

荒 Hoang, sterilitas, inane.

招 Tchao, manu advocare : pedem ligare. Chao 韶, consonantia.

---

(1) Lang yé, urbs in confiniis regni T'si ad euronotum.

(2) Imperator visitabat regulos duodecimo quoque anno : reguli ipsimet adibant aulam sexto quoque anno. 述職, reddere rationem officii sui.

et recta ad austrum pervenire in Lang yé (1) : ego quomodo componam ut possim comparari ad pristinos imperatores visitationem agentes? Yen tse respondit : bona quidem interrogatio! Cœli filius adiens regulos dicebatur lustrare custodita : lustrare custodita, id est visitare quod custodiebant. Reguli accedentes ad imperatorem dicebantur referre administrata : referre administrata, id est declarare quæ administrata fuerant. Non ergo carebant ea negotio (2). In vere autem examinabant aratores et supplebant non sufficiens : in autumno examinabant metentes, et adjuvabant non satis habentes. Hinc dynastiæ Hia adagium dicebat : si noster imperator non peregrinatur, nos quomodo quiescemus; si noster imperator non spatiatur, nos unde adjuvabimur? Una deambulatio, una recreatio erat regulorum norma. Nunc vero non ita : legione agitur iter, necnon annona cibaria; at egentes non manducant et laborantes non quiescunt : qui torve inspicientes invicem obloquuntur, et populus exinde incipit abominari. Transgredi mandata, opprimere populum, bibere et manducare sicut eluvio, defluere, refluere, dissipare, perdere, facta sunt dynastarum ægritudo (3). Obsequendo fluxui descendere et oblivisci reverti, dicitur defluere : insequendo fluxum ascendere et oblivisci reverti, dicitur refluere : sectari feras sine fastidio, dicitur dissipatio : lætari vino sine satietate, dicitur perditio. Pristini imperatores non habebant defluendi refluendique voluptates, dissipationis et perditionis acta. Solius principis erit alterutrum agere. King Dux gratum habuit : late dedit edictum in regno : exivit habitare in campis, et ex hoc incepit effundere largitiones suppleturas quod non sufficiebat (4) : accersivit magnum musicæ præfectum, aitque : pro me fac principis et ministri simul gaudentium musicam (5); scilicet Tche chao et Kio chao ea est (6). Ejus carmen dicit :

---

(3) Transgrediuntur sic Reguli Imperatoris, qui eos constituit, mandata, et fiunt subditorum dynastarum calamitas : defluunt, secundo flumine, cupiditatibus indulgendo; refluunt, adverso flumine, omnium judiciis votisque resistendo.

(4) Dedit edictum ad novum regimen enunciandum : habitavit in agris, ut colonis inspicere posset.

(5) Principis et ministri, seu King Ducis et Yen tse.

(6) Apud Sinas sunt quinque claves musicæ; prima Kong incipit a *Fa* et usurpatur pro rege : secunda Chang a *Sol*, pro magistratibus : tertia Kio a *La*, pro plebe : quarta Tche a *Do*, pro negotiis : quinta Yu a *Re*, pro rerum usu. 招 chao, idem ac 韶, « *Concordia* » musica imperatoris Choen. Ergo Tche chao, Kio chao, concordia in *Do*, concordia in *La*.

音、君何尤、音、君者、好君也、

○齊宣王問曰、人皆謂我毀明堂、毀諸、已乎、孟子對曰、夫明堂者、王者之堂也、王欲行王政、則勿毀之矣、王曰、王政可得聞與、對曰、昔者文王之治岐也、耕者九一、仕者世祿、關市、譏而不征、澤梁無禁、罪人不孥、老而無妻曰鰥、老而無夫曰寡、老而無子曰獨、幼而無父曰孤、此四者、天下之窮民而無告者、文王發政施仁、必先斯四者、詩云、哿矣富人、哀此煢獨、王曰、善哉言乎、曰、王如善之、則何爲不行、王曰、寡人有疾、寡人好貨、對曰、昔者公劉好貨、詩云、乃積乃倉、乃裹餱

岐 K'i, bifurcus, in duo capita divisus : mons in Fong siang præfectura. *R*. 46.

譏 Ki, obloqui, irridere : examinare.

澤 Tché, lacus : humectare, politus. To, 格澤, nomen stellæ.

孥 Nou, liberi, proles. *R*. 39.

鰥 Koan, viduus senex : cete.

哿 Ko, licet, decet, approbare, 可. *R*. 30.

煢 K'iong, solus, sine sustentaculo, 惸. *R*. 86.

劉 Lieou, occidere.

積 Tsi, cumulare. 積 Tse, congregare.

倉 T'sang, quadratum frugum receptaculum. T'chang, 愴, compati, tristari. *R*. 9.

裹 Kouo, obvolvere. *R*. 145.

餱 Heou, alimenta sicca.

---

(1) Imperator quinque montes perlustrans, in claritatis templo excipiebat regulos, quod quinque montibus adhærebat. Hic de orientali agitur, a dynastia Tcheou ad radices T'ai montis extructo ad excipiendos regulos imperatori obsequia præstantes. Nunc vero dynastia in casum vergente, reguli jam eo non

« cohibens principem quomodo culpandus? » cohibens principem amat principem.

5. T'si Siuen rex interrogans ait : alii omnes dicunt mihi ut destruam *claritatis* aulam (1) : destruamne an abstineam (2)? Mentsius respondit : Ea *claritatis* aula, Regum illorum erat aula : rex, si velis agere Regum regimen, tunc ne destruas illam (3). Rex inquit : Regum regimen possumne accipere auditione? Respondens ait : olim Wen rex gubernabat K'i (4) : agricultores ex novem unam (5); præfecti per generationes stipendia recipiebant (6); ad regni claustra nundinasque, inspectabatur, sed non exigebatur vectigal; lacus et cataractæ non prohibebantur (7); sontes homines non cum uxoribus et filiis plectebantur. Senes sine uxore, dicti *vidui*; vetulæ orbatæ marito, dictæ *viduæ*; senes sine filiis, dicti *soli*; juvenes sine patre, dicti *pupilli*; istæ quatuor classes sunt imperii miserrimus populus, nullum habentes confugium. Wen rex aggressus regimen extendendo humanitatem, omnino primas dabat his quatuor. Carmina (II. 38.) habent : « bene quidem divites homines : commiserandum est istis aerumnosis et derelictis (8). » Rex inquit : pulchrum quidem effatum! Ait : rex, si probas illud, tunc quare non agis? Rex inquit : ego habeo infirmitatem; ego amo divitias. Respondit : olim Kong lieou amabat divitias. Oda (III. 16.) ait : « tum congregavit, tum recondidit, tum obvolvit cibaria et frumenta in involucris et in saccis;

---

adibant, et territorium sub potestate reguli T'si constituebatur, qui tamen imperatoria carens dignitate aulam illam usurpare nequibat.

(2) 諸 idem ac 乎; 乎 vero sic repetendum, quoties dubitationi inservit, jam monuimus. Solet etiam hoc pacto usurpari particula 耶 seu 邪, quæ dilemmati, et dubitationi passim inservit : 爲一耶爲二耶 estne unus vel duplex? 爲主耶爲客耶 estne dominus an hospes?

(3) Reges per antonomasiam vocantur primi dynastiæ imperatores.

(4) K'i, vetus familiæ Tcheou ditio, a monte sic designata.

(5) Stadium quadratum in novem partes distribuebatur, quarum una pro tributo excolebatur.

(6) Præfectorum filii et nepotes, ob patrum merita, ad magistratum instituebantur, et si erant inepti, congrua pensione donabantur.

(7) 梁 cataracta, qua pisces transeunt (*écluse*).

(8) 哿 id est 可.

糧、于橐于囊、思戢用光、弓矢斯張、干戈戚揚、爰方啓行、故居者有積倉、行者有裹糧也、然後可以爰方啓行、王如好貨、與百姓同之、於王何有、王曰、寡人有疾、寡人好色、對曰、昔者大王好色、愛厥妃、詩云、古公亶父、來朝走馬、率西水滸、至于岐下、爰及姜女、聿來胥宇、當是時也、內無怨女、外無曠夫、王如好色、與百姓同之、於王何有、

○孟子謂齊宣王曰、王之臣、有托其妻子於其友、而之楚遊者、比其反也、則凍餒其妻子、則如之何、王曰、棄之、曰、士師不能治士、則如之何、王曰、已之、曰、四境之內不治、則如之何、王顧左右而言他、

橐 T'OʻO, sacculus : pera utrinque aperta. *R.* 75.

囊 NANG, saccus : major saccus. *R.* 30.

戢 T'SI, recondere, colligere. *R.* 62.

光 KOANG, lux. *R.* 10.

妃 FEI, imperatoris subnuba.

亶 TAN, vere, sincere : valde.

滸 HOU, littus.

姜 KIANG, cognomen.

聿 YU, initialis et auxiliaris littera : obsequi.

宇 YU, tecti alæ : totus orbis.

曠 K'OANG, amplum, vacuum.

---

(1) Describitur Ducis Lieou, familiæ Tcheou progenitoris, a barbaris occidentalibus, ad novam in Pin (豳) regiam condendam, transmigratio. 乃 indicat sequelam rerum : 積 coacervavit sub dio, 倉 recondidit in horreis, 餱 cibaria sicca : involucra sine fundo, sacci cum fundo : 戢 tranquille congregare, 用 idem ac 以 ad; tranquillare populum ad regni splendorem : 揚 idem ac 鉞,

intendensque conjunctionem indeque splendorem, arcus et sagittas statim explicavit, et scuta et lanceas et ascias et secures : et tunc incepit inire viam (1). » Itaque manentes habebant congregata et recondita, et viantes habebant involuta alimenta; tunc demum potuit ut jam inciperet inire viam. Rex, si amas divitias, cum populo communica illas, et ad regnandum quid erit negotii? Rex inquit : ego habeo defectum; ego amo voluptates. Respondit : olim T'ai rex amabat voluptates, diligebat suam conjugem (2). Carmen (III. 3.) ait : « antiquus Dux Tan fou sequenti mane incessit equo, et sequendo occiduam fluviorum ripam, pervenit ad K'i montis calcem; tumque cum Kiang uxore, statim venit convisere sedem (3). » In illo tempore (4), domi non erant indignabundæ mulieres; foris non erant solivagi viri. Rex, si amas voluptates, cum populo communices illas, et ad regnandum quænam difficultas?

6. Mentsius alloquens T'si Siuen regem, ait : si e regiis vassallis sit qui deponat suam uxorem et filios apud suum amicum, ut iret T'chou peregrinari; et quando ille redux fuerit, tum vero alsisse et esuriisse suam uxorem filiosque (5) : tunc quomodo? Rex ait : rejiciet illum. Subdit : si præfectorum magister non possit regere præfectos, tunc quomodo (6)? Rex ait : abdico illum. Instat : si quatuor confinium interiora non recte componantur, tunc quomodo? Rex aspexit sinixtrorsum et dextrorsum, et locutus est aliud.

---

magna securis, 戚 minor; 爰 innuit sequelam, 於是; 方 dicitur de re vix incipiente.

(2) Regulus Tan fou cognomento Kou kong, antiquus Dux, nona generatione abnepos dynastæ Kong lieou, avus famosi Wen regis, a pronepote Ou rege appellatus T'ai wang, cum in sua urbe Pin vexaretur a Borealis barbari incursionibus, præpropera fuga ad novam sedem properavit. Inter fugam vero maxime illi curæ fuit secum uxorem habere.

(3) 水 scilicet Tsi 漆 et Tsiu 沮 duo fluvii. 爰 et 聿, particulæ connexivæ, quarum frequens in carmine usus. 胥 simul inspicere, 宇 aream figendæ sedi seligendam.

(4) Principis conjugalis amor in populum redundabat.

(5) Cum redit, scit amicum fecisse eos algere et esurire : 凍 et 餒 active sumuntur.

(6) 士師, magistratus erat e supremo criminum tribunali, cujus erat inferiores, ut 鄉士 et 遂士, moderari.

○孟子見齊宣王曰、所謂故國者、非謂有喬木之謂也、有世臣之謂也、王無親臣矣、昔者所進、今日不知其亡也、王曰、吾何以識其不才而舍之、曰、國君進賢、如不得已、將使卑踰尊、疏踰戚、可不慎與、左右皆曰賢、未可也、諸大夫皆曰賢、未可也、國人皆曰賢、然後察之、見賢焉、然後用之、左右皆曰不可、勿聽、諸大夫皆曰不可、勿聽、國人皆曰不可、然後察之、見不可焉、然後去之、左右皆曰可殺、勿聽、諸大夫皆曰可殺、勿聽、國人皆曰可殺、然後察之、見可殺焉、然後殺之、故曰國人殺之也、如此、然後可以爲民父母、

○齊宣王問曰、湯放桀、武王伐紂、有諸、孟子對曰、於傳有之、曰、臣弑其君、可乎、曰、賊仁者謂之賊、賊義者謂之殘、殘賊之人、謂之一夫、聞誅一夫紂矣、未聞弑君也、

○孟子見齊宣王曰、爲巨室、則必使工師求大木、工師得大木、則王喜、以爲能勝其任也、匠人斲而小之、則王怒、以爲不勝其任矣、

喬 K'iao, altus : arrectus : sarissæ uncus. Kiao 驕, superbus, effrenis. *R.* 30.

巨 Kiu, regula : magnus : myrias.

詎, Quomodo. *R.* 48.

匠 Tsiang, arcularius : faber. *R.* 22.

斲 Tcho, dolare : scalpellum, dolabra.

7. Mentsius videns T'si Siuen regem, ait : quod dicitur antiquum regnum, non dicitur habendi proceras arbores significatione, sed habentis seculares ministros significatione (1). Rex, cares intimo ministro; heri quos admisisti, hodie, quin advertas, ipsi abolentur. Rex inquit : ego unde sciam qui carent peritia, ut omittam illos? Ait : regni princeps, promoveat sapientes, quasi non possit abstinere (2) : volens committere ut plebæi præcedant nobilibus, remotiores anteferantur consanguineis, potestne non adhibere diligentiam (3)? Si sinistri dextrique, omnes dicant sapientem, non satis; si magni præfecti omnes dicant sapientem, necdum satis; si regni cives omnes dicant sapientem; tunc vero examina illum, et si deprehenderis sapientem, tunc tandem utere illo. Si assessores omnes dicant non aptum, ne audias; si magni præfecti omnes dicant non idoneum, ne audias; si regni homines simul dicant non bonum, tunc si postquam examinaveris illum, videris non probandum, tunc demum rejice illum. Si assessores omnes dicant occidendum, ne audias; si magni præfecti omnes dicant occidendum, ne audias; si regni populus omnis dicat occidendum; tunc vero examina illum, et si videris occidendum esse, tunc denique occidas illum. Ideo dicitur : regni homines occiderunt illum. Si ita, tunc demum poteris haberi populi parens.

8. T'si Siuen rex interrogans ait : T'ang expulit Kié, Ou rex oppugnavit Tcheou, constatne? Mentsius respondit : in memoriis habetur ita. Ait : subdito occidere suum principem licetne? Dixit : lædens humanitatem vocatur noxius; lædens æquitatem vocatur nefarius; noxius et nefarius homo dicitur unus privatus. Audivi occidisse quemdam privatum Tcheou, nondum audivi occidisse principem.

9. Mentsius videns T'si Siuen regem, ait : si faceres magnam habitationem, tunc profecto juberes operum magistrum quærere magna ligna; et si operum magister inveniat magnas trabes, tunc rex gaudet, reputans posse sustinere suum onus; et si operarii dedolantes minuant illas, tunc rex irascitur, reputans impares esse hujusmodi oneri. At homines cum pubescunt,

---

(1) 世, succedaneos per generationes.

(2) Coactus ab inclytis eorum meritis.

(3) Consuetus enim ordo exigit, ut consanguinei et nobiles imprimis eligantur, iisque deficientibus, ad alios recurratur.

夫人幼而學之、壯而欲行之、王曰、姑舍女所學而從我、則何如、今有璞玉於此、雖萬鎰、必使玉人彫琢之、至於治國家、則曰姑舍女所學而從我、則何以異於教玉人彫琢玉哉、

○齊人伐燕、勝之、宣王問曰、或謂寡人勿取、或謂寡人取之、以萬乘之國、伐萬乘之國、五旬而舉之、人力不至於此、不取、必有天殃、取之、何如、孟子對曰、取之、而燕民悅、則取之、古之人有行之者、武王是也、取之、而燕民不悅、則勿取、古之人有行之者、文王是也、以萬乘之國、伐萬乘之國、簞食壺漿、以迎王師、豈有他哉、避水火也、如水益深、如火益熱、亦運而已矣、

姑 Kou, amita : mariti mater : interim : 小姑, mariti soror minor.

璞 P'o, gemma nondum expolita.

鎰 I, 20, aut 24 unciæ.

旬 Siun, decem dies : integer. *R.* 72.

殃 Yang, calamitas.

悅 Yué, lætari : acquiescere.

壺 Hou, urceolus, vini lagena. *R.* 33.

漿 Tsiang, succus, embamma.

避 Pi, aufugere.

熱 Jé, calor, calefacere.

---

(1) Modus iste efferendi comparationem, Sinis est valde familiaris.

(2) 鎰 viginti pendebat uncias : juxta alios, vigintiquatuor seu sesquilibram.

(3) Regni Yen princeps Tse koai 子噲 cesserat regnum suo ministro Tse tche 子之 : hinc magnus populi tumultus. T'si regulus capta occasione accessit, facilemque retulit victoriam, hostibus ultro se dedentibus.

tunc addiscunt scientiam; et cum adoleverint, tunc volunt exercere illam. Si rex dicit : interea relinquite quod vos didicistis, et obsequimini mihi, tunc quomodo? Nunc sit lapidi insertus onyx in hoc loco (1) : licet valeat decem mille sesquilibras, profecto efficies ut lapidarius scalpat et elaboret illum (2). Quod vero ad gubernandam socialem familiam, tunc dicis : interim relinquite quod vos didicistis, et obsequimini mihi. Tunc in quo unquam abludis a docente lapidarium scalpere et elaborare onychem?

10. T'si homines aggressi regnum Yen, vicerunt illud (3). Siuen rex interrogans ait : aliqui dicunt exiguo viro ne capiam; alii dicunt exiguo viro ut potiar illo. Cum decem millium quadrigarum regno aggredientem decem millium quadrigarum regnum, quinque decades jam tenuisse illud, hominum vires non perveniunt ad hoc. Si non capiam, profecto erit a cœlo calamitas; si occupem illud, quid tum? Mentsius respondit : si capiendo illud, Yen populus gaudeat, tunc eo potire; antiquitatis viri extiterunt qui egerint ita; Ou rex is est. Si occupando illud, Yen populus non sit contentus, tunc ne capias; antiquitatis viri extiterunt qui egerint hoc; Wen rex is est (4). Si cum decem millium quadrigarum regno oppugnato decem millium quadrigarum regno, canistris cibariorum et cantharis liquorum assumptis occurrerunt regiis legionibus (5), quid porro fuit aliud (6)? Fugiebant aquam et ignem scilicet (7). Si aqua augeatur profunditate, si ignis magis ardeat, item divertent, et actum erit (8).

---

(4) Wen rex, licet ex tribus imperii partibus duæ illi adhærerent, videns imperatorem Tcheou nondum omnino fuisse a populo rejectum, imperium sibi vindicare non est ausus. Vindicavit autem ejus filius Ou rex, cum omnes populi tyrannidem exosi imperatorem Tcheou rejecerant.

(5) 簞 et 壺, ut verba sumuntur : phrasis regitur a subsequente 以.

(6) Ut jam pronum fuit animadvertere, littera 哉 interrogantibus particulis facile subservit. Sic non modo jungitur cum 豈, ut est in textu, sed et cum 何, cum 奚, cum 烏, cum 安, cum 焉, cum 不亦 : 奚可哉 quî decebit? 不亦宜哉 nonne etiam æquum? Sociatur etiam cum alia; sic 乎哉, 也哉, 與哉 *quî unquam*.

(7) Duri gubernii eluvionem et incendium.

(8) 益, 愈, 彌, particulæ augentes sensum; et si duplici membro repetuntur, respondent nostro *quo magis, eo magis*.

○齊人伐燕、取之、諸侯將謀救燕、宣王曰、諸侯多謀伐寡人者、何以待之、孟子對曰、臣聞七十里爲政於天下者、湯是也、未聞以千里畏人者也、書曰、湯一征、自葛始、天下信之、東面而征西夷怨、南面而征北狄怨、曰、奚爲後我、民望之、若大旱之望雲霓也、歸市者不止、耕者不變、誅其君而弔其民、若時雨降、民大悅、書曰、徯我后、后來其蘇、今燕虐其民、王往而征之、民以爲將拯己於水火之中也、簞食壺漿、以迎王師、若殺其父兄、係累其子弟、毀其宗廟、遷其重器、如之何其可也、天下固畏齊之彊也、今又倍地而不行仁政、是動天下之兵也、王速出令、反其旄倪、止其重器、謀於燕衆、置君而後去之、則猶可及止也、

○鄒與魯鬨、穆公問曰、吾有司死者三十三人、而民莫之死也、誅之、則不可勝誅、不誅、則疾視其長上之死而不救、

霓 Ni, iris fœmina seu imperfecta et languidior, quæ perfectam 虹 dictam solet comitari.

徯 Hi, 徯 I, expectare. 蹊, Semita.

蘇 Sou, reviviscere : thymum.

拯 Tcheng, salvare.

係 Hi, ligare, dependere, pertinere, 繫.

累 Lei, vincire. 累, Superimponere. 累, Maculare, implicare. *R.* 120.

倪 Ni, parvus, debilis. I 睨, torve intueri.

11. T'si homines oppugnato Yen ceperant illud; reguli volebant suscipere liberandum Yen. Siuen rex ait : reguli multifariam moliuntur aggredi exiguum virum; quomodo opperiar illos? Mentsius respondit : ego audivi habentem septuaginta stadia egisse gubernium in imperio; T'ang is est : nondum audivi quemdam cum mille stadiis timuisse alios. Liber Annalium ait : « T'ang primum debellans, a regno Ko incepit, et imperium confidit illi. Ad eoam plagam dum debellaret, occidui barbari conquerebantur; ad australem plagam dum debellaret, boreales barbari murmurabant, dicentes : propter quid posthabet nos? » Populi sperabant illum, sicut magna siccitas anhelat nubes et iridem. Euntes ad nundinas, non cessabant; arantes non movebantur (1) : plectebat illos principes, et solabatur illos populos. Velut si opportuna pluvia caderet, populi valde lætabantur. Annales habent : « expectavimus nostrum regem; rex venit, et ipsi reviximus. » Nunc Yen opprimebat suum populum; rex ivit et debellavit illud : populus reputans te liberaturum ipsos ex aquæ ignisque medio, cum cistis cibariorum et cantharis liquorum occurrerunt regiis legionibus. Si occidis eorum patres et fratres majores, vinculis obstringis eorum filios et fratres minores, destruis illic avita delubra, transportas illinc pretiosa vasa, quomodo id stabit? Imperium, enimvero formidat T'si potentiam; nunc si adhuc duplices territorium, quin agas humanum gubernium, hoc erit commovere imperii copias. Rex, statim edas decretum, remittas eorum senes et parvulos, relinquas eorum pretiosa vasa; deliberans apud Yen multitudinem statuas principem, et postea illinc abeas; tunc adhuc poteris pervenire ad cessandum (2).

12. Tcheou cum Lou decertaverat (3); Mou Dux interrogavit dicens : ex meis habentibus præfecturam perierunt triginta tres viri, et populi nullus pro illis mortuus est. Si plectam eos, tunc non poterit finiri occisio (4); si non plectam, tunc torve aspicient suorum superiorum mortem, quin ferant

---

(1) Cum ad provincias bellator accederet, mercatus et agricultura nullomodo abrumpebatur.

(2) Mala quæ times, regulorum arma.

(3) 邾, cum pervenerit ad 穆 公, dictum fuit 鄒.

(4) 不 可 勝, non posse efferre, capere, sustinere.

置 Tche, collocare : dimittere : veredarius. *R.* 122.

鬨 Hong, Hiang, præliantium clamores.

如之何則可也、孟子對曰、凶年饑歲、君之民、老弱轉乎溝壑、壯者散而之四方者、幾千人矣、而君之倉廩實、府庫充、有司莫以告、是上慢而殘下也、曾子曰、戒之戒之、出乎爾者、反乎爾者也、夫民今而後得反之也、君無尤焉、君行仁政、斯民親其上、死其長矣、

○滕文公問曰、滕、小國也、間於齊楚、事齊乎、事楚乎、孟子對曰、是謀、非吾所能及也、無已、則有一也、鑿斯池也、築斯城也、與民守之、效死而民弗去、則是可爲也、

○滕文公問曰、齊人將築薛、吾甚恐、如之何則可、孟子對曰、昔者大王居邠、狄人侵之、去之岐山之下居焉、非擇而取之、不得已也、苟爲善、後世子孫必有王者矣、君子創業垂統、爲可繼也、若夫成功、則天也、君如彼何哉、彊爲善而已矣、

○滕文公問曰、滕、小國也、竭力以事大國、則不得免焉、如之

壑, Ho, fossa, vallis. *R.* 32.

廩, Lin, horreum.

充, T'chong, replere. *R.* 10.

鑿, Tso, scalprum, scalpro aperire. 鑿鑿, Lucidus nitor. 鑿, Tsao, terebrare : foramen, foramen cui manubrium inseritur.

築, Tchou, pavire, tundere. *R.* 118.

效, Hiao, imitari, exemplar.

邠, Pin, idem ac 豳, nunc 邠州.

侵, T'sin, invadere : usurpare.

業, Yé, officium, ars : facinus : lignum transversum, cui appenditur campana. *R.* 75.

auxilium. Quid agam ut bene sit? Mentsius respondit : calamitosis annis sterilibusque tempestatibus, e principis populo senes et debiles devoluti in canales et foveas, juvenes dispersi et obeuntes quatuor plagas, aliquot millia hominum fuerunt; principis autem horrea plena erant, æraria repleta; et habentium praefecturam nullus rem admonuit; ita superiores contempserunt et compresserunt inferiores. Tseng doctor aiebat : cavete hoc, cavete hoc; id quod exit a vobis, revertetur ad vos. Populus nunc vero demum obtinuit rependere illud : princeps, ne inculpes. Princeps si agat humanum gubernium, statim populus diliget suos superiores, morietur pro suis ducibus.

13. T'eng Wen princeps interrogavit dicens : T'eng, parvum regnum : interjacens inter T'si et T'chou, serviamne T'si, serviamne T'chou? Mentsius respondit : istud consilium, non est quod ego possim attingere. Si non cessas (1), tunc est unum; excavare has foveas, construere hæc mœnia, et cum populo custodire ea. Si oppetas mortem, et populus non fugiat, tunc id poterit fieri (2).

14. T'eng Wen princeps interrogavit : T'si cives volunt munire Sié (3); ego valde timeo : quid agam ut bene sit? Mentsius respondit : olim T'ai rex cum habitaret Pin, boreales barbari incursionibus tentabant illum : recedens inde, K'i montis ima incoluit. Non fuit ex optione quod occuparet hæc; non potuit aliter (4). Si agas bene, posteriorum generationum nepos certe erit late regnans. Sapiens fundans dynastiam et transmittens hæreditatem, agit quod potest continuari : quoad ejus perficientem opus, is vero cœlum. Princeps ad illum quid (5)? Enitatur ergo agere bonum et nihil aliud.

15. T'eng Wen princeps interrogans ait : T'eng, parvum regnum quidem : exhauriens vires ad serviendum magnis regnis, exinde neque poterit

(1) Nondum acquiescas, adhuc urgeas. Postea Wen principis filio regnante, principatus T'eng fuit a regno Song eversus.

(2) 效 valet 致 *adsciscere.*

(3) Tunc temporis principatus Sié jam subdebatur regno T'si.

(4) Sed postea imperialis familia Tcheou hinc cœpit exurgere.

(5) Ille seu T'si regulus, potentior : quid ergo illi facies? nullum est effugium.

垂 T'choei, pendere : deorsum inclinari. *R.* 82.

統 T'ong, fili principium : compendium : præsidere : pertinere.

何則可、孟子對曰、昔者大王居邠、狄人侵之、事之以皮幣、不
得免焉、事之以犬馬、不得免焉、事之以珠玉、不得免焉、乃屬
其耆老而告之曰、狄人之所欲者、吾土地也、吾聞之也、君子
不以其所以養人者害人、二三子何患乎無君、我將去之、去
邠、踰梁山、邑于岐山之下居焉、邠人曰、仁人也、不可失也、從
之者如歸市、或曰、世守也、非身之所能爲也、效死勿去、君請
擇於斯二者、
○魯平公將出、嬖人臧倉者請曰、他日君出、則必命有司所
之、今乘輿已駕矣、有司未知所之、敢請、公曰、將見孟子、曰、何
哉、君所爲輕身以先於匹夫者、以爲賢乎、禮義由賢者出、而
孟子之後喪踰前喪、君無見焉、公曰、諾、樂正子入見曰、君奚
爲不見孟軻也、曰、或告寡人曰、孟子之後喪踰前喪、是以不
往見也、曰、何哉、君所謂踰者、前以士、後以大夫、前以三鼎、而

幣' Pi, pannus sericus simplex : merces, uti aurum, gemmæ, ebur, coria, nummi, telæ.

‚珠 Tchou, uniones.

屬‚ Chou, pertinere, subdi : propinquitas. Tchou, adjungere : congregare : præcipere, commendare : succedere. 屬' Tchou, transfundere, 注.

‚耆 K'i, sexagenarius. ‘耆 Tche, pertingere : adsciscere. Che 嗜', appetere. *R*. 125.

servari. Quid ergo agendo, bene erit? Mentsius respondit : olim T'ai rex cum habitaret Pin, boreales barbari invadebant illum : subserviit ipsis cum pellibus et sericis, nec obtinuit eximi; submisit ipsis canes et equos, nec obtinuit vitare; honoravit eos a gemmis et lapillis, nec obtinuit declinare. Tunc congregavit illos seniores, et monuit eos dicens : barbari boreales quod volunt, meum est territorium : ego audivi quod sapiens non utitur iis quæ ad nutriendos homines sunt, ut noceat hominibus : duo tresve filioli, qui angeremini quod careatis principe? ego mox discedam hinc. Discessit ex Pin, transiluit Leang montem, et urbe condita ad K'i montis radicem habitavit. Pin homines dixerunt : humanus homo quidem; non licet amittere. Secuti sunt illum, sicut confluentes ad nundinas. Alius aiebat (1) : hæreditatis conservatio non est de quo ipsemet possis statuere, oppete mortem quin relinquas. Princeps, quæso, eligas inter ista duo.

16. Lou P'ing principem mox egressurum, gratiosus aulicus T'sang t'sang rogans ait : aliis diebus si princeps egrediebatur, tunc certe monebat habentes præfecturam, quo progrederetur ; nunc quadrijugo currui jam equi affixi sunt, et habentes præfecturam nondum sciunt quo progrediaris : ausim petere. Regulus dixit : volo invisere Mentsium. Ait : quomodo! princeps quod agit, deprimere seipsum, prior eundo ad privatum virum, num quod existimet illum sapientem? At ritus et æquitas a sapiente procedunt, et tamen Mentsii posteriora parentalia supergressa sunt priora parentalia (2). Princeps, ne invisas illum. Regulus ait : esto. Yo tcheng tse (3) ingrediens salutatum, ait : princeps, propter quid non invisisti Mong ko? Ait : quidam monuit exiguum virum, dicens, Mentsii posteriora parentalia supergressa esse priora parentalia; idcirco non ivi invisere. Subdit : quomodo! princeps, quod vocas supergredi, estne quod prius congruenter litterato, postea congruenter magno magistratui, prius adhibuerit tres ollas, et postea adhibuerit

(1) Memoriæ continent paris sententiæ effatum.

(2) Posteriores matris, priores patris exequias splendore superarunt.

(3) Mentsii discipulus, tunc magistratum gerens, cujus laudibus celebratum Mentsium princeps visitare volebat.

軻 K'o, ˓軻 Ko, Mentsii nomen : rotæ axi infixæ.

˓鼎 Ting, tripus, olla : renovare. 鼎 鼎, Incuriose et remisse.

後以五鼎與、曰、否、謂棺槨衣衾之美也、曰、非所謂踰也、貧富不同也、樂正子見孟子曰、克告於君、君爲來見也、嬖人有臧倉者沮君、君是以不果來也、曰、行或使之、止或尼之、行止、非人所能也、吾之不遇魯侯、天也、臧氏之子、焉能使予不遇哉、

卷二

公孫丑問曰、夫子當路於齊、管仲晏子之功、可復許乎、孟子曰、子誠齊人也、知管仲晏子而已矣、或問乎曾西曰、吾子與子路孰賢、曾西蹵然曰、吾先子之所畏也、曰、然則吾子與管仲孰賢、曾西艴然不悅曰、爾何曾比予於管仲、管仲得君、如彼其專也、行乎國政、如彼其久也、功烈、如彼其卑也、爾何曾比予於是、曰、管仲、曾西之所不爲也、而子爲我願之乎、曰、管仲以其君霸、晏子以其君顯、管仲晏子、猶不足爲與、曰、以齊

槨, Kouo, loculus major, in quo minor includitur. *R.* 75.

衾, Kin, stragulum, toral.

丑, T'cheou, 1ª et 2ª hora post mediam noctem. *R.* 1.

蹵, Tsou, anxius : pedibus terere.

艴, Fou, P'ou, irato vultu, colore immutari.

quinque (1)? Ait : minime; voco sandapilæ et conditorii, vestium straguli-que pulchritudinem. Subdit : non quod dicendum supergredi; pauperi et diviti non est idem. Yo tcheng tse videns Mentsium ait : ego K'e verba feceram ad principem, et princeps propterea veniebat invisere : gratiosus aulicus quidam T'sang t'sang, retinuit principem; princeps ideo non utique venit. Dixit : si propagatur, aliquis subserviit illi; si hæret, aliquis impedivit illam. Ast ut propagetur, ut hæreat, non est homo quod facere possit. Me haud captasse Lou regulum, a cœlo fuit. T'sang familiæ filius, quomodo poterat efficere, ut ego non captarem (2)?

CAPUT SECUNDUM.

Kong suen t'cheou interrogans ait : magister, si præesses cursui in T'si (3), Koan tchong et Yen tse facinora, possesne adhuc polliceri? Mentsius respondit : tu vere es regni T'si civis; scis Koan tchong et Yen tse, et nullum amplius. Quidam sciscitatus a Tseng si (4) dixerat : meum dominum inter et Tse lou, quis sapientior? Tseng si turbatus respondit : is, dominus meus avus quem reverebatur. Jam vero te inter et Koan tchong, quis sapientior? Tseng si adducto vultu indignabundus ait : tu quid modo comparas me cum Koan tchong? Koan tchong, obtinuit principis gratiam tam ille unice; egit in regni administratione tam ille diu; et facinorum splendore tam ille humilis : tu quid adhuc comparas me cum illo? Et ego inquam : Koan tchong est Tseng si quem nec egisset, et tu pro me speras illud? Ait : Koan tchong fecit suum principem archontem : Yen tse fecit suum principem clarescere. Et Koan tchong et Yen tse adhuc non digni æmulari? Respondit (5) : facere T'si imperantem, perinde esset ac vertere

---

(1) Litteratus in sacrificio offerebat piscem, carnem suillam et venationem infumatam : toparcha addebat ovinam et minutal.

(2) Ut veræ doctrinæ præco admittatur necne, præbent occasionem homines qui eum apud regem commendent vel vituperent : at revera e cœlo res est. Me haud inivisse reguli gratiam, e cœlo fuit.

(3) Si primas obtineres.

(4) Cujus avus erat Confucianus discipulus Tseng tse.

(5) Non digni : quia nunc mihi facile esset T'si ad imperium evehere; quî tantum ad regulorum primatum?

王、由反手也、曰、若是、則弟子之惑滋甚、且以文王之德、百年而後崩、猶未洽於天下、武王周公繼之、然後大行、今言王若易然、則文王不足法與、曰、文王何可當也、由湯至於武丁、賢聖之君六七作、天下歸殷久矣、久則難變也、武丁朝諸侯有天下、猶運之掌也、紂之去武丁未久也、其故家遺俗、流風善政、猶有存者、又有微子、微仲、王子比干、箕子、膠鬲、皆賢人也、相與輔相之、故久而後失之也、尺地、莫非其有也、一民、莫非其臣也、然而文王猶方百里起、是以難也、齊人有言曰、雖有智慧、不如乘勢、雖有鎡基、不如待時、今時則易然也、夏后殷周之盛、地未有過千里者也、而齊有其地矣、雞鳴狗吠相聞、而達乎四境、而齊有其民矣、地不改辟矣、民不改聚矣、行仁政而王、莫之能禦也、且王者之不作、未有疏於此時

滋, TSE, pinguefacere : augere.

洽, HIA, concordare : inundare, imbuere. HO 郃, nomen loci.

丁, TING, fortis, robustus. TCHENG, 丁丁, cædentium ligna sonitus. *R.* 1.

膠, KIAO, gluten : ministri nomen. *R.* 130.

鬲, LI, tripus continens 60 cotulas. KO, n. loci, nunc 平原, in Chan tong.

勢, CHE, potentia : proprietas : status.

鎡, TSE, ligo, pastinum, 鎡錤.

基, KI, fundamentum : 鎡基, ligo, pastinum.

吠, FEI, latratus. *R.* 30.

manum (1). Ait : si hoc, tunc discipuli dubium crescit valde. Enimvero adhibendo Wen regis virtutem, et centum annos, cum postea mortuus sit, adhuc nondum diffusa fuit in totum imperium, et Ou rege et Tcheou Duce continuantibus opus, tunc demum late propagata fuit. Nunc dicis, imperantem fieri adeo facili modo : ergo Wen rex neque dignus imitatu? Respondit : Wen regi qui posset contendi? Sed a T'ang usque ad Ou ting, sapientes et sancti imperatores, sex aut septem surrexerant; et imperium obsecutum fuerat Yn diu : diu, proinde difficile mutabatur. Ou ting convocans ad aulam regulos tenuerat imperium veluti vertisset illud in palma : Tcheou distabat ab Ou ting non longe : illæ antiquæ familiæ et transmissi mores, transfusa exempla et institutiones, adhuc aliqua perseverabant (2) : insuper existebant Wei tse et Wei tchong, regia stirps Pi kan, Ki tse (3), atque Kiao ko, omnes sapientes viri et simul colligati sustinebant et juvabant illum (4). Quapropter nonnisi diu post amisit illud. Dein pes terræ nullus non erat ipsius possessio, nec ullus populus non erat ejus subditus : contra vero Wen rex ex circuitu centum stadiorum surgebat (5), inde difficultas. T'si incolæ habent adagium dicens : quamvis habeas solertem perspicaciam, non tanti ac captans occasionem : quamvis habeas ruralia instrumenta, non sicut expectans tempestivitatem. Præsens tempus vero facile quidem. Hia principatu et Yn et Tcheou florentibus, territorium nondum erat excedens mille stadia (6); porro T'si habet hujusmodi territorium. Gallorum cantus canumque latratus invicem audiebatur et extendebatur ad quatuor limites; porro T'si habet hujusmodi populi frequentiam. Terra non aliter amplianda, dilatata jam; populus non aliter augendus, frequens jam : agendo humanum gubernium, regnabitur, et nemo id poterit impedire. Insuper ut imperantium nullus exurgeret, nondum contigit longiore spatio ac hisce temporibus;

---

(1) 由 valet 猶.

(2) Antiquæ fidorum ministrorum familiæ et antiqui populi mores, sapientum regum in populi transformationem et exempla et instituta.

(3) Wei tse et Wei tchong erant imperatoris fratres, ex alia matre geniti; Pi kan et Ki tse erant ejus patrui; Kiao ko ejus primarius minister.

(4) 相與, invicem sociati, 與 secundo tono.

(5) 猶 valet 由.

(6) Territorium imperiale non ultra mille stadia extendebatur; alibi enim ubique erant reguli tributarii.

者也、民之憔悴於虐政、未有甚於此時者
也、飢者易爲食、渴者易爲飲、孔子曰、德之
流行、速於置郵而傳命、當今之時、萬乘之
國、行仁政、民之悅之、猶解倒懸也、故事半
古之人、功必倍之、惟此時爲然、
○公孫丑問曰、夫子加齊之卿相、得行道
焉、雖由此霸王不異矣、如此、則動心、否乎、
孟子曰、否、我四十不動心、曰、若是、則夫子
過孟賁遠矣、曰、是不難、告子先我不動心、
曰、不動心有道乎、曰、有、北宮黝之養勇也、
不膚橈、不目逃、思以一毫挫於人、若撻之
於市朝、不受於褐寬博、亦不受於萬乘之

憔 Tʻsiao, tristari, tabescere.

悴 Tʻsoei, 悴 Tsou, tristis, anxius, 顇.

渴 Kʻo, sitire, anhelare. Kié, aqua exsiccata.

郵 Yeou, tabellariorum, et itinerantium præfectorum stationes.

解 Kiai, explanare : expedire, dissolvere. Hiai, resolvi, enodari : intelligere. 解 Kiai, reum tributumve ad tribunal remittere. Hiai 懈, pigrescere.

倒 Tao, cadere, prosterni. 倒, Invertere, subvertere.

懸 Hiuen, 懸 Yuen, suspendere, pendere.

賁 Pi, ornatus. 賁 Pen, strenue irruens. 賁 Fen, magnum tympanum : magnum : facinus. 賁 Fen, vinci. Fen 憤, irasci : fervescere. Pan 班, eleganter disponere.

黝 Yeou, niger.

橈 Nao, perturbare, inquietare. 橈, curvus, frangere.

逃 Tʻao, fugere, se subducere.

挫 Tʻsouo, evertere, lædere.

褐 Ho, lanea tela.

populi consternatio et afflictio propter crudele regimen, nondum fuit major ac hisce temporibus : famelicis autem pronum est manducare ; sitientibus pronum est bibere (1). Confucius aiebat : virtus diffusa excurrit velocior quam eques tabellarius ad deferenda mandata (2). In præsenti tempore, si decem mille quadrigarum regnum ageret humanum regimen, populi eo delectarentur veluti si solveretur inverso corpore suspensus. Quapropter opere dimidio ac antiquitatis hominum, effectus profecto duplicabitur. At nonnisi præsens tempus est ita.

2. Kong suen t'cheou interrogans ait : si magister auctus regni T'si supremo magistratu, obtineret dare cursum doctrinæ, etiamsi exinde archon aut imperans evaderet, non mirandum. At si ita, tunc commovereris (3) animo necne? Mentsius respondit : nequaquam ; ego quadragenarius jam non commovebar animo. Ait : si ita, magister superat Mong pen longe (4). Respondit : id non difficile. Kao philosophus priusquam ego non commovebatur corde (5). Ait : non commoveri animo habetne regulam? Respondit : habet. Pé kong yeou alebat fortitudinem sic, ut nec impetita cute deflecteret, nec impetitum oculum averteret (6) : existimabat in uno pilo lædi ab alio, non aliter ac vapulare in foro vel tribunali (7) : non sustinebat a lanea ampla veste (8), pariterque non ferebat a decem mille quadrigarum

---

(1) Famelicus rudius etiam condita facile arripit : populo tam anhelanti quodlibet humanum gubernium facile blandiretnr.

(2) 置 est statio qua veredi mutantur, 郵 vero qua cursores pedites alternantur : alterum igitur de veredario, alterum dicitur de cursore.

(3) Essetne aliqua hæsitatio vel formido, quæ, concusso animo, actionem retardaret?

(4) Mong pen, T'si homo, poterat evellere cornu bovis. Cum 秦武 rex fortes amaret, accessit ad hunc regem.

(5) Kao 告, agnomento 不害, Mentsio contemporaneus, stoicus erat, qui integram mentis quietem, ab omnibus externis rebus independentem et abstractam quærebat.

(6) Cum ictus ejus pellem attingebat, non incurvabat corpus ad declinandum ; cum ictus ejus oculum impetebat, non avertebat pupillam ad evitandum ; sed immobilis persistebat.

(7) In loco publico.

(8) 褐 laueus pannus, 寬博 latus et amplus, designant vestem, qua vulgares homines utebantur.

君、視刺萬乘之君、若刺褐夫、無嚴諸侯、惡聲至、必反之、孟施舍之所養勇也、曰、視不勝、猶勝也、量敵而後進、慮勝而後會、是畏三軍者也、舍豈能爲必勝哉、能無懼而已矣、孟施舍似曾子、北宮黝似子夏、夫二子之勇、未知其孰賢、然而孟施舍守約也、昔者、曾子謂子襄曰、子好勇乎、吾嘗聞大勇於夫子矣、自反而不縮、雖褐寬博、吾不惴焉、自反而縮、雖千萬人、吾往矣、孟施舍之守氣、又不如曾子之守約也、曰、敢問夫子之不動心、與告子之不動心、可得聞與、告子曰、不得於言、勿求於心、不得於心、勿求於氣、不得於心、勿求於氣、可、不得於言、勿求於心、不可、夫志、氣之帥也、氣、體之充也、夫志至焉、氣次焉、故曰、持其志、無暴其氣、既曰志至焉、氣次焉、又曰持其志、無暴其氣者、何也、

縮, Chou, curtum, colligere se, retrocedere : recta : ligare : defœcare.

惴, Tchoei, timere, tristari.

---

(1) Etiamsi nulla spes vincendi, non timebat.

(2) Est proprium ordinarii militis, qui frequentem hostem nescit non timere.

(3) Ché fortis bellator contendebat se tueri intrepidum; Tseng tse in se examinabat audita, et sic ad se intendebat. Yeou e sicariorum genere, intendebat vincere alium; Tse hia unice credebat magistro, et sic intendebat in alium.

(4) 焉, ut sæpe in Annalibus, habet interrogandi vim.

principe : spectabat occidere decem mille quadrigarum principem, sicut occidere a lanea veste plebeium : non formidabat regulos; si asperi accentus veniebant, omnino retundebat eos. Mong che ché hanc alebat fortitudinem, ut diceret : specto non vincere, non aliter ac vincere (1); dimetiri hostem et postea aggredi, conjicere victoriam et postea congredi, est reformidantis tres turmas (2) : Ché qui possim facere certam victoriam? possum non timere, et nihil aliud. Mong che ché assimilatur Tseng tse; Pé kong yeou assimilatur Tse hia (3). Utriusque herois fortitudinum, nescio earum quænam excellentior; attamen Mong che ché servabat magis necessarium. Olim Tseng tse alloquens discipulum Tse siang ait : fili, amasne fortitudinem? Ego olim audivi de magna fortitudine a meo magistro. Si mecum rependens, non rectum judicem, vel laneam amplam vestem ego non timeam (4)? Si mecum rependens æquum judicem, quamvis chiliadem vel myriadem hominum ego aggrediar. Mong che ché servans intrepidi animi robur, nec tamen sicut Tseng tse servabat id quod est potissimum. Ait : ausim interrogare : magistri immobilitatem animi et Kao tse firmitatem cordis, possumne auditione accipere? Kao tse aiebat : « si sensum non tenes in verbis, ne scruteris in corde (5); si non obtines pacem in corde, ne suppetias quæras a vitali spiritu. » Commotus in corde, non quærere suppetias a vitali spiritu, licet : nondum assecutus sensum in verbis, non quærere in corde, non licet. At si mens est vitalis spiritus moderatrix, vitalis spiritus est substantiæ complementum : mens est utique pars potior; at vitalitas est secunda (6). Ideo dicetur : custodi propriam mentem, ne pessumda propriam vitalitatem (7). Ait : cum dixeris : mens est primaria, pars sensilis est secundaria; etiam dicis illud : custodi propriam mentem, noli pessumdare propriam

---

(5) Si non capis verba, ne animum applices ad scrutandum; id enim cor concuteret. Seda animi commotiones in se, non vero adminiculo sensibilitatis, quod esset inutile. Hoc secundum, ait Mentsius, tolerabile quidem est, cum animo primas attribuat; at nondum ad perfectam doctrinam accedit. Sensibilitatis enim adminiculum non est negligendum : licet enim menti primæ partes, sensibilitati tamen secundæ sunt attribuendæ.

(6) 氣 spiritus animales, vis sensilis.

(7) Mens est spiritus vitalis rectrix, hic implet totam substantiam et menti inservit. Mentem igitur custodi, ut exercere possit dominium; spiritus vitales in vigore fove, ut menti inserviant : partis rationalis et sensilis æquam curam habeto.

日、志壹則動氣、氣壹則動志也、今夫蹶者
趨者、是氣也、而反動其心、敢問夫子惡乎
長、曰、我知言、我善養吾浩然之氣、敢問何
謂浩然之氣、曰、難言也、其爲氣也、至大至
剛、以直養而無害、則塞于天地之閒、其爲
氣也、配義與道、無是餒也、是集義所生者、
非義襲而取之也、行有不慊於心、則餒矣、
我故曰、告子未嘗知義、以其外之也、必有
事焉、而勿正、心勿忘、勿助長也、無若宋人
然、宋人有閔其苗之不長而揠之者、芒芒
然歸、謂其人曰、今日病矣、予助苗長矣、其
子趨而往視之、苗則槁矣、天下之不助苗
長者、寡矣、以爲無益而舍之者、不耘苗者

蹶, Kiué, cadere. 蹶 Koei, properare.
慊 K'ien, non contentus, indignari. 謙, Contentus, satisfactus. 慊, K'ié, hilaris, contentus.

揠, Ya, Wa, evellere, eradicare.
芒 Mang, arista : magnus, multus : lassitudine obtusus : lucis radius. 茫, Aquæ plurimæ.
耘 Yun, exherbare, sarrire.

---

(1) Nonne sufficit primariæ attendere? Non, ait Mentsius; ob intimam utriusque partis connexionem.

(2) Quatuor hîc recole, 惡乎, 浩然, 其爲, 塞于. Ut enim diximus, particulæ 於 et 惡 solent ab illa 乎 fulciri. 然 facit adverbia, *maris instar vitalitas*. 爲 redundat, ad phrasim roborandam; *illa existens vitalitas*, seu *illa vitalitas*. 于 additur regimini, *obstruit cæli a terra intervallum*.

(3) Pars sensilis, ejusque passiones inserviunt parti rationali (配, ut uxor viro), et si, vividæ cum sint, rationi plene subordinentur, hominem heroem efficient, qui, sicut vitalis aura spatium implet inter cœlum et terram, medius et ipse erit

vitalitatem; quare (1)? Respondit: si mens uni applicetur, statim commovet spiritum vitalem; si spiritus vitalis solus operatur, mox excitabit animum. Enimvero, sit qui cadat vel currat; est vitalis spiritus qui operatur, et tamen rursus commovet ipsum animum. Ausim interrogare : magister in quo alterum superat? Respondit : ego intelligo verba, ego rite alo meam completam sensilem vitalitatem. Ausim interrogare, quidnam significet plena sensilis vitalitas. Respondit: difficile dictu quidem. Hujusmodi sensilis vitalitas, maxime est ampla maxime fortis, ut si rite alas et minime lædas, tunc adimpleat quod cœlum terramque interjacet (2) : hujusmodi enim sensilis vitalitas inservit æquitati atque rationi, et sine illa flaccescimus (3). Ea autem est, quam cumulati justitiæ actus producunt; non quod bonus actus aggressu jam teneat illam (4). Si enim agendo accidat ut non simus contenti in corde, tunc jejuni flaccescimus : et ego ideo dicebam, Kao philosophum nunquam cognovisse justitiam, quia ipse exteriorem putabat illam (5). Oportet autem habere operam, at nihil praesumas (6); animus neque oblivione negligat, neque urgeat incrementum (7); ne sis quasi Song hominis instar. Regni Song homo fuit, qui dolens suas segetes non grandire, extraxit eas. Obtusi instar reversus, compellavit suos homines dicens : hodierna die defessus sum; ego adjuvi segetes crescere. Ejus filii festinantes iverunt visum eas; segetes vero jam aruerant. In imperio qui non adjuvant segetes crescere, pauci sunt. Qui existimant nil proficere et rem deserunt,

---

inter cœlum et terram. Medius autem esse inter cœlum et terram, juxta ethicam sinensem, est illud juvare omnia et *uniri cœlo et terræ tertius*, de quo 中庸 §. 22. Tolle passiones, deficit audacia, flaccescit animus.

(4) Non sufficit unus aut alter justitiæ actus ad acquirendam illam. 襲 *adoriri, ex improviso aggredi*, belle hîc exprimit uno actu occupare et tenere rem.

(5) Pars sensilis rationi plene subordinabitur per continuos virtutis actus, qui ex corde oriantur oportet; adeoque errabat Kao tse asserens justitiam non in corde consistere, ut capite sexto videre est.

(6) 正, est anticipatum sperare et quasi præfinire effectum : sic 戰不正勝, bello non præsumenda victoria.

(7) Pars sensilis ergo non pessumdanda, sed subordinanda : subordinationi huic semper studere debes, et si effectum laboris non statim attingas, non propterea debes oblivisci opus inceptum, aut præpropere velle ejus incrementum.

也、助之長者、揠苗者也、非徒無益、而又害之、何謂知言、曰、詖辭知其所蔽、淫辭知其所陷、邪辭知其所離、遁辭知其所窮、生於其心、害於其政、發於其政、害於其事、聖人復起、必從吾言矣、宰我子貢、善爲說辭、冉牛閔子顏淵、善言德行、孔子兼之、曰、我於辭命則不能也、然則夫子既聖矣乎、曰、惡、是何言也、昔者子貢問於孔子曰、夫子聖矣乎、孔子曰、聖則吾不能、我學不厭、而教不倦也、子貢曰、學不厭、智也、教不倦、仁也、仁且智、夫子既聖矣、夫聖、孔子不居、是何言也、昔者竊聞之、子夏、子游、子張、皆有聖人之一體、冉牛、閔子、顏淵、則具體而微、敢問所安、曰、姑舍是、曰、伯夷、伊尹、何如、曰、不同道、非其君不事、非其民不使、治則進、亂則退、伯夷也、何事非君、何使非民、治亦進、亂亦進、伊尹也、可以仕則仕、可以止則止、可以久則久、可以速則速、孔子也、皆古聖人也、吾未能有行焉、乃所願、則學孔子也、伯夷伊尹於孔子、若是班乎、曰、否、自有生民以來、未有

詖 Pi, 詖 Pei, fallax, versutiloquus : disputare.

遁 Toen, fugere, 遯.

班 Pan, ordinate disponere, ordo : partiri : reducere copias : colore mixtus. *R.* 95.

ii non eruncant segetes : qui adjuvant illam crescere, ii extrahunt segetes; non solum non prosunt, sed etiam nocent ipsi (1). —Quid significat intelligere verba? Respondit : si devia sint verba, cognosco in quo quis hallucinetur; si licentiosa sint verba, cognosco quo quis proruerit; si prava sint verba, cognosco in quo quis aberret; si subterfugientia sint verba, cognosco in quo ille exhaustus hæreat. Exorta (2) in alicujus corde, nocent ipsius regimini; inducta in ejus regimine, nocent ipsius negotiis. Sancti viri si iterum exurgerent, profecto approbarent mea verba. —Tsai ngo et Tse kong callebant facere sermones; Jan nieou, Min tse et Yen yuen callebant explicare virtutem : Confucius simul habebat hæc, et tamen aiebat : ego quoad dicendi donum vero nil valeo. Si ita, ergo, magister, jam sanctus es (3)! Respondit : quid? hoc quid est verborum? Olim Tse-kong petiit a Confucio, dicens : magister estne sanctus? Confucius respondit : sanctitatis quidem ego non sum potis; ego studeo sapientiæ sine fastidio, et doceo sine lassitudine. Tse kong subjunxit : « studere sine fastidio scientis est, docere sine lassitudine pii est : si pius et simul sciens, magister jam est sanctus. » Ita, sanctitatem Confucius nec admisit : quid istuc verborum est? —Olim furtim audivi hoc (4); Tse hia, Tse yeou, Tse tchang, omnes habuisse sancti viri unam partem; Jan nieou, Min tse et Yen yuen vero omnes partes at tenues. Audeo interrogare cui acquiescas? Respondit : interim relinquo illos. Ait : Pé i et I yn quomodo? Respondit : non eadem via. Nisi sit talis princeps, non serviam (5); nisi sit talis populus, non regam : si bene gubernetur, tunc magistratum inibo; si turbate, tunc recedam : ita Pé i. Cui serviam quin sit princeps, quem ducam quin sit populus (6)? si bene gubernetur, etiam magistratum geram; si turbate, etiam geram : ita I yn. Si expediat gerere, tunc geras; si expediat desistere, tunc desistas; si expediat prolongare, tunc prolonges; si expediat contrahere, tunc contrahas : ita Confucius. Omnes hi antiquitatis sancti viri : ego nondum potui assequi opere : attamen quod exopto, est vero imitari Confucium. —Pé i et I yn cum Confucio, itane eodem sunt ordine? Respondit : minime : ex quo fuerunt nati homines usque adhuc, nondum extitit alter

---

(1) 之 designat rem, de qua agitur, vitalem spiritum.

(2) Hæc quatuor mala.

(3) Intelligis enim verba, et tam mire alis regisque partem sensilem.

(4) 竊, humilitatis est, *arrogavi mihi*.

(5) Talis, qui esse debet, dignus cui ego serviam.

(6) Nullus rex aut populus, non dignus eo ipso, cui serviam aut mandem.

孔子也、曰、然則有同與、曰、有、得百里之地而君之、皆能以朝諸侯有天下、行一不義、殺一不辜、而得天下、皆不爲也、是則同、曰、敢問其所以異、曰、宰我、子貢、有若、智足以知聖人、汙、不至阿其所好、宰我曰、以予觀於夫子、賢於堯舜遠矣、子貢曰、見其禮而知其政、聞其樂而知其德、由百世之後、等百世之王、莫之能違也、自生民以來、未有夫子也、有若曰、豈惟民哉、麒麟之於走獸、鳳凰之於飛鳥、泰山之於丘垤、河海之於行潦、類也、聖人之於民、亦類也、出於其類、拔乎其萃、自生民以來、未有盛於孔子也、

○孟子曰、以力假仁者、霸、霸必有大國、以德行仁者、王、王不待大、湯以七十里、文王以百里、以力服人者、非心服也、力不贍也、以德服人者、中心悅而誠服也、如七十子之服孔子也、詩云、自西自東、自南自北、無思不服、此之謂也、

辜 Kou, culpa.

汙 Ou, aquæ stagnantes. 汙, Sordidus, inficere : detergere sordes. 汙 Wa, scalpro foramen aperire.

阿 Ngo, curvus collis : assentari. 猗, Tenellus.

麒 K'i, unicornis mas.

麟 Lin, unicornis fœmina.

凰 Hoang, phœnix fœmina. *R.* 16.

垤 Tche, formicarum caverna. T'ié, colliculus, tumulus.

潦 Lao, aqua per vias decurrens : effusus imber.

拔 Pa, evellere, extrahere. Po, erectus, erigere se : sagittæ crena.

Confucius. Ait : tunc ergo habuerunt quid commune ? Respondit : habuerunt. Si obtinuissent centum stadiorum regionem et gubernassent eam, omnes potuissent exinde ad aulam convocare regulos et obtinere imperium; perpetrare vero unam injustitiam, occidere unum innocentem ad obtinendum imperium, æque non fecissent : in hoc igitur convenerunt. Ait : ausim interrogare ipsi in quo differebant. Respondit : Tsai ngo, Tse kong et Yeou jo sagaces satis ut cognoscerent sanctum virum, se fœdassent nunquam eo ut ficte laudarent quem ipsi amabant. Jam vero Tsai ngo dicit : juxta quod ego inspicio in Confucio, sapientior est quam Yao et Choen longe. Tse kong dicit : inspiciens illorum ritus jam cognosco ipsorum regimen, audiens ipsorum musicam jam cognosco ipsorum virtutem (1) : sic, a centum generationibus usque adhuc, ordine recenseo centum generationum reges, et nullus cognitioni potest subduci. Porro ex origine populorum usque adhuc, nondum extitit Confucius. Yeou jo dicit : qui tantum homines dicam? unicornis cum quadrupedibus, phœnix cum volucribus, T'ai mons cum colliculis et tumulis, flumina et maria cum viarum rivulis, ejusdem generis sunt : sanctus vir ad vulgus, etiam ejusdem est speciei. Transcendere ultra suam speciem, et assurgere super illam turbam, post natos homines usque adhuc, nulli contigit præstantius quam Confucio.

3. Mentsius ait : qui adhibens vim simulat humanitatem, archon est : archon oportet habeat magnum regnum. Qui adhibens virtutem exercet pietatem, imperans est : imperans non indiget magno; T'ang cum septuaginta stadiis, Wen rex cum centum stadiis. Cum vi subjicere homines, non est quod corda subduntur; vires non sufficiunt (2). Cum virtute subjiciendo homines, imo corde sunt contenti et sincere subduntur, sicut septuaginta discipuli se subjecerunt Confucio. Carmen (III. 10.) habet : « ab occidente ab oriente ab austro a septentrione, nullus animus non subdebatur » is scilicet sensus est.

---

(1) Cum musica gesta imperatoris, ritus vero ejus leges continerent, facile exinde illius virtus et regimen deprehendebatur.

(2) Vires non sufficiunt ad resistendum.

拔) Pei, erectus : insiliendo arripere.

萃) T'soei, herbarum luxuries : congregare. 倅, Adjuvare.

○孟子曰、仁則榮、不仁則辱、今惡辱而居不仁、是猶惡溼而居下也、如惡之、莫如貴德而尊士、賢者在位、能者在職、國家閒暇、及是時、明其政刑、雖大國、必畏之矣、詩云、迨天之未陰雨、徹彼桑土、綢繆牖戶、今此下民、或敢侮予、孔子曰、爲此詩者、其知道乎、能治其國家、誰敢侮之、今國家閒暇、及是時、般樂怠敖、是自求禍也、禍福無不自己求之者、詩云、永言配命、自求多福、太甲曰、天作孼、猶可違、自作孼、不可活、此之謂也、

○孟子曰、尊賢使能、俊傑在位、則天下之士、皆悅而願立於其朝矣、市、廛而不征、法而不廛、則天下之商、皆悅而願藏於其市矣、關、譏而不征、則天下之旅、皆悅而願出於其路矣、耕者、助而不稅、則天下之農、皆悅而願耕於其野矣、

溼, CHE, humidus : aquosa loca.

‘迨 TAI, pervenire, usque ad.

綢 T‘CHEOU, arcte colligati : spissus : alligare. T‘AO, fascia obvolvere.

般 PAN, modus : migrare, moveri : 班, reducere copias : disponere : partiri. P‘AN 盤, lætari, vagari : 鞶, zona coriacea. *R.* 137.

‘怠 TAI, *aliquando* 怠 I, piger. *R.* 61.

活, HOUO, vivere. KOUO, 活活, aquæ fluentis sonitus. *R.* 85.

俊’ TSUEN, excellens super mille,

4. Mentsius ait : si pius, tunc gloria : non pius, tunc dedecus. Nunc oderunt dedecus et immorantur inhumanitate, nempe sicut odissent madorem et incolerent ima. Si aversentur illud, nihil potius quam magnifaciendo virtutem honorare litteratos, sapientes constitui in dignitate, idoneos constitui in muniis, et si res publica otio vacet, arrepto illo tempore, revisere ipsius civiles pœnalesque leges. Etiam magna regna profecto reverebuntur illos. Carmen (I. 155.) inquit : « usquedum cœlum non nubilaverit et pluerit; excerpta illa mori radice, arcte connexui fenestrellam et foriculam : nunc istorum inferiorum hominum, aliquis ausit insultare mihi? » Confucius ait : qui fecit hoc carmen, ille nonne callebat politiam? Si possit bene regere suam socialem familiam, quis audebit illudere illi? Nunc vero, si res publica otio vacat, arrepto hoc tempore, indulgent voluptatibus et pigri insolescunt : hoc est sibi adsciscere exitium. Infelicitas et felicitas nulla est, quam non sibi ipse quis adsciverit. Carmen (III. 1.) inquit : « semper cogitantes adhærere cœli mandato, ipsismet accersetis multam felicitatem (1). » T'ai kia inquit : « si cœlitus exurgant calamitates, adhuc poteris declinare : si ipsemet facias calamitates, non poteris vivere. » Hoc quod dicebam.

5. Mentsius ait : honoret quis sapientes, utatur idoneis, dotibus præstantiores constituantur in dignitatibus (2); tunc imperii litterati omnes gaudebunt, et cupient stare in illius regia. In foro, officinæ et non merces sint vectigales, vel sit moderator, nec sint officinæ vectigales (3); tunc imperii mercatores omnes gaudebunt, et cupient deponere merces in illius foris. Ad claustra regni, invigiletur, at non exigatur vectigal; tunc imperii viatores omnes gaudebunt, et cupient egredi in ipsius vias. Agricolæ dent suppetias, sed non solvant tributum; tunc imperii agricolæ omnes gaudebunt, et cupient arare in illius campis (4). Artificum domus sint immunes colonario

---

(1) 言, cogitare animo et usurpare verbis.

(2) Excellens super decem 傑, super centum 豪, super mille 俊, super decemmille 英.

(3) Si mercatores multi, pro officinis et non pro mercibus exigatur vectigal : si pauci, sit fori moderator, sed nec officinis vectigal irrogetur. 廛 fit verbum.

(4) Adjuvent ad colendum communem agrum, non solvant tributum ex privatis agris. Res explicatur capite tertio.

儁. SIUN 峻, excelsus.
傑, KIÉ, supra decem excellens.

廛 T'CHAN, officinæ mercatorum : domus agricolarum urbanæ.

廛、無夫里之布、則天下之民、皆悅而願爲之氓矣、信能行此五者、則鄰國之民、仰之若父母矣、率其子弟、攻其父母、自生民以來、未有能濟者也、如此、則無敵於天下、無敵於天下者、天吏也、然而不王者、未之有也、

○孟子曰、人皆有不忍人之心、先王有不忍人之心、斯有不忍人之政矣、以不忍人之心、行不忍人之政、治天下可運之掌上、所以謂人皆有不忍人之心者、今人乍見孺子、將入於井、皆有怵惕惻隱之心、非所以內交於孺子之父母也、非所以要譽於鄉黨朋友也、非惡其聲而然也、由是觀之、無惻隱之心、非人也、無羞惡之心、非人也、無辭讓之心、非人也、無是非之心、非人也、惻隱之心、仁之端也、羞惡之心、義之端也、辭讓之心、禮之端也、是非之心、智之端也、人之有是四端也、猶其有四體也、

氓, Mong, populus adventitius. *R.* 83.
吏, Li, præfectus, administer. *R.* 30.
乍, Tcha, extemplo. *R.* 4.
怵, T'chou, trepidus.
惕, T'i, timidus, anxius, trepidus.
惻, T'che, compati.

---

(1) Antiquitus pœnale vectigal imperabatur iis, qui cannabim morosque non sererent, iisque qui sine arte otiosi degerent : illis, unius vici seu 25 familiarum telæ; his, unius coloni seu centum jugerum colonarium. Porro huic pœnæ obnoxiæ quippe non erant mercatorum opificumque domus, qui ceteroquin fori

vicique tela (1); tunc imperii populi omnes gaudebunt, et cupient fieri illius subditi (2). Si quis vere poterit exequi ista quinque, tunc vicinorum regnorum populi suspicient eum veluti patrem et matrem. Educere proprios filios et fratres ad impugnandos proprium patrem et matrem, id a natis hominibus usque adhuc, nemo fuit qui potuerit perficere. Si ita, jam nullus erit adversarius in imperio. Ille cui nullus adversarius in imperio, cœli legatus est : ita, et non imperans, nondum hic extitit.

6. Mentsius ait : homines, omnes habent non sustinentem miserias alienas animum. Antiqui imperatores habentes non sustinentem miserias aliorum animum, jam inde habebant non sustinens miserias hominum regimen. Si cum miserante aliorum animo, exercebant misericors regimen, regentes imperium poterant versare illud supra palmam manus. Ex hoc vero explicatur homines omnes habere non sustinentem aliorum miserias animum : en quis improviso videt infantulum mox dilapsurum in puteum; quisque habet trepidandi et miserandi affectum : non ideo ut nectat amicitiam cum infantuli parentibus (3); non ideo quia quærat laudes a concivibus et amicis; nec quia aversetur illam notam, adeoque sic est. Ex hoc perspicitur, quod carens commiserandi et condolendi affectu, non est homo; carens erubescendi et horrescendi animo, non est homo; carens recusandi et cedendi voluntate, non est homo; carens probandi reprobandique sensu, non est homo (4). Commiserationis affectus est humanitatis principium, verecundiæ animus est æquitatis initium, recusandi cedendique voluntas est civilitatis radix, probandi reprobandique sensus est prudentiæ origo. Homines habent ista quatuor principia, sicut ipsi habent quatuor membra. Qui habet ista quatuor

---

vectigal pendebant. Et tamen, per iniqua ea tempora, etiam hujusmodi tributo gravabantur. Quam in rem, antiquam memineris habitationum distributionem : spatio in novem partes tessellato, mediæ tres partes regis curiæ et opificum foro, reliquæ vero sex partes popularibus stationibus attribuebantur. De his stationibus dicitur, ut sint a colonario et telis immunes : de postico foro dicitur, ut vectigal solis officinis, et si mercatores pauci sint, ne intereat omnino commercium, nec ipsis officinis constituatur.

(2) 氓, est populus generatim, vel alienus populus factus proprius populus.

(3) 內 sonat 納.

(4) Malum erubescere in se, horrescere in aliis; recusare sibi, cedere aliis; probare bona, reprobare mala.

有是四端、而自謂不能者、自賊者也、謂其君不能者、賊其君者也、凡有四端於我者、知皆擴而充之矣、若火之始然、泉之始達、苟能充之、足以保四海、苟不充之、不足以事父母、

○孟子曰、矢人豈不仁於函人哉、矢人惟恐不傷人、函人惟恐傷人、巫匠亦然、故術不可不愼也、孔子曰、里仁爲美、擇不處仁、焉得智、夫仁、天之尊爵也、人之安宅也、莫之禦而不仁、是不智也、不仁不智、無禮無義、人役也、人役而恥爲役、由弓人而恥爲弓、矢人而恥爲矢也、如恥之、莫如爲仁、仁者如射、射者正己而後發、發而不中、不怨勝己者、反求諸己而已矣、

○孟子曰、子路人告之以有過、則喜、禹聞善言、則拜、大舜有大焉、善與人同、舍己從人、樂取於人以爲善、自耕稼陶漁、以至爲帝、無非取於人者、取諸人以爲善、是與人爲善者也、故君子莫大乎與人爲善、

擴 K'ouo, ampliare, extendere.

函 Han, capere, continere : lorica. Hien, theca cartacea, armarium. *R*. 17.

役 I, servire, servus : disponere. *R*. 60.

漁 Yu, piscari.

elementa, et se dicit non posse, is seipsum perdit : qui dicit suum principem non posse, is perdit suum principem. Quicumque habentes quatuor principia in nobis, sciamus integre extendere atque adimplere ea, erit id sicut ignis incipiens flagrare, et fons incipiens erumpere. Si quis potest adimplere illa, par est ad complectendum quatuor maria; si non adimplet illa, nec aptus ad inserviendum parentibus.

7. Mentsius ait : sagittarum artifex numquid inhumanior quam thoracum opifex? Et tamen sagittarius homo duntaxat timet ne non vulneret homines : loricarum artifex duntaxat timet ne vulnerentur homines. Sagæ et feretrorum opifices eodem modo (1). Ideo artis delectus non potest non diligenter perpendi. Confucius aiebat : Si vicus humanitate est laudandus, seligens non habitare humanitatis sedem, quomodo tenet prudentiam? Sane humanitas est cœli nobilis dignitas, hominum tranquilla sedes. Nemo id impedit, et tamen non vis humanitatem, hoc est non esse prudens. Qui non est humanus, nec est prudens, caret urbanitate, caret æquitate, hominum servus est. Aliorum servus esse et erubescere agere servitutem, est sicut arcuarius homo qui erubescit facere arcus, et sagittarius homo qui erubescit facere sagittas (2). Si erubescis illud, nil potius quam exercere humanitatem. Humanitas, sicut jaculatio (3) : jaculator dirigit seipsum et postea emittit, et si emittit quin collineet, non succenset vincentibus se, sed reflectens quærit rationem a seipso, et nil aliud.

8. Mentsius ait : Tse lou, si quis monebat ipsum, quod haberet culpam, tunc lætabatur. Yu audiens bonum consilium, statim pronus salutabat. Magnus Choen habebat aliquid majus; virtutem cum aliis communicabat : abjiciens se sequebatur alios; gaudebat accipere ab aliis ad exercendam virtutem. Ex quo arator, seminator, figulus, piscator, usquedum fuit imperator, nunquam non accepit ab aliis. Accipere ab aliis ad exercendam virtutem, est dare aliis exercere virtutem (4) : ideo sapiens nullus excellentior, quam juvans alios exercere virtutem.

---

(1) Sagæ bonam precantur fortunam, adeoque hominem vivere cupiunt; contra vero pollinctores.

(2) 由 valeat 猶.

(3) A seipso pendet : si defectu humanitatis fias aliorum servus, tibi imputa.

(4) Alterius virtutem in se exprimere, est illum magis ad virtutem animare : adeoque ab omnibus accipere, est omnes ad virtutem promovere.

○孟子曰、伯夷非其君不事、非其友不友、不立於惡人之朝、不與惡人言、立於惡人之朝、與惡人言、如以朝衣朝冠、坐於塗炭、推惡惡之心、思與鄉人立、其冠不正、望望然去之、若將浼焉、是故、諸侯雖有善其辭命而至者、不受也、不受也者、是亦不屑就已、柳下惠、不羞汙君、不卑小官、進不隱賢、必以其道、遺佚而不怨、阨窮而不憫、故曰、爾爲爾、我爲我、雖袒裼裸裎於我側、爾焉能浼我哉、故由由然與之偕、而不自失焉、援而止之而止、援而止之而止者、是亦不屑去已、孟子曰、伯夷隘、柳下惠不恭、隘與不恭、君子不由也、

○孟子曰、天時不如地利、地利不如人和、三里之城、七里之郭、環而攻之而不勝、夫環而攻之、必有

炭⁾ T'an, carbo. *R.* 86.

浼 Mei, maculare. Mien, placide fluens.

屑⁾ Sié, purum existimare, dignari : dedignari : minutiæ.

阨⁾ Ngo, angustatus, obstruere, 阸. Yai 隘⁾, arctus.

憫 Min, tristari, miserari.

袒 T'an, manicas contrahere. 袒左, exuere vestes; 袒右, se nudare ad verbera accipienda.

裼 Si, vestis aperta plane ut nudetur pars corporis superior. 裼⁾ T'i, nocturna infantis vestis.

裸 Louo, nudare, nudus.

裎 T'cheng, nudare se. 裎, Vestis simplex.

隘⁾ Yai, arctus, obstruere.

郭 Kouo, suburbium, mœnia exteriora.

環 Hoan, armillæ, monile : annulus, circulus, cingere.

9. Mentsius ait : Pé i nisi tali principi non serviebat, nisi pares amicos non frequentabat; non stabat in pravi viri regia, nec cum pravis hominibus loquebatur; stare in pravi viri regia et cum pravis hominibus loqui, perinde habebat ac cum aulica veste et aulico pileo sedere in luto et carbonibus : utque arguam (1) aversandi mali animum, cogitabat cum rusticis hominibus stans, si cujus pileus non rectus esset, obverso vultu se relicturum eum, tanquam contracturus maculam : ideo, reguli licet essent qui accurato suæ invitationis diplomate accederent, non excipiebat tamen; non excipiebat autem, quod nempe non æstimabat purum adire (2). Lieu hia hoei (3) non erubescebat impuros principes, non dedignabatur exiguum magistratum; promotus non occultabat sapientiam, et omnino sequebatur rectam viam : abdicatus delitescebat, quin indignaretur, redactus ad angustias nec tristabatur. Quocirca dicebat : « tu es tu, ego sum ego : quamvis contractis manicis nudatove corpore ad meum latus sis, tu quomodo poteris maculare me? » Ideo tranquillo animo cum eo simul erat, quin a seipso deficeret. Si quis manu traheret ad retinendum illum, tunc sistebat; aliquo autem trahente ad sistendum ipsum statim sistebat, quod nempe non æstimabat purum abire. Mentsius subdit : Pé i nimis strictus; Lieu hia hoei minus decorus : nimis strictum et minus decorum, sapiens non sequitur.

PARS POSTERIOR.

1. Mentsius ait : temporis opportunitas non tanti ac loci emolumentum; loci emolumentum non tanti ac hominum concordia (4). En trium stadiorum mœnia et septem stadiorum suburbia obsidentur et impugnantur, quin pervincantur : quod cinxerint et impugnaverint ea, profecto contigit ut haberent

---

(1) Illatione ex dictis ducta.

(2) 也 者 resumit ad explicandum. 不 屑 *non dignabatur; impurum existimans, dedignabatur :* ceterum hæc dictio tum dignandi tum dedignandi sensum admittit. 已, *et nihil aliud*, aliam rationem excludit.

(3) Regni Lou toparcha, post mortem benevolentis titulo decoratus.

(4) Temporis opportunitas, qua possis diu persistere et habere adjutores : loci emolumentum, seu locus bene munitus : hominum concordia, seu populus bene in te animatus.

得天時者矣、然而不勝者、是天時不如地利也、城、非不高也、池、非不深也、兵革、非不堅利也、米粟、非不多也、委而去之、是地利不如人和也、故曰、域民、不以封疆之界、固國、不以山谿之險、威天下、不以兵革之利、得道者多助、失道者寡助、寡助之至、親戚畔之、多助之至、天下順之、以天下之所順、攻親戚之所畔、故君子有不戰、戰必勝矣、

○孟子將朝王、王使人來曰、寡人如就見者也、有寒疾、不可以風、朝將視朝、不識可使寡人得見乎、對曰、不幸而有疾、不能造朝、明日出弔於東郭氏、公孫丑曰、昔者辭以病、今日弔、或者不可乎、曰、昔者疾、今日愈、如之何不弔、王使人問疾、醫來、孟仲子對曰、昔者有王命、有采薪之憂、不能造朝、今病小愈、趨造於朝、我不識能至否乎、使數人要於路曰、請必無歸、而造於朝、不得已而之景丑氏宿焉、景子曰、內則父子、外則君臣、人之大倫也、

米 Mi, oryza decorticata.

委 Wei, committere: abjicere: extrema; congregare: 委曲, per ambages, verbis compositis. 委蛇, hilariter, contentus. *R.* 88.

界 Kiai, limites, terminus. *R.* 102.

谿 K'i, vallis aqua plena, torrens in valle.

temporis opportunitatem (1); cum tamen non expugnaverint, est quod temporis opportunitas non tanti ac loci emolumentum. En mœnia minime non alta, fossæ minime non profundæ, arma et loricæ minime non valida et acuta, oryza et fruges minime non abundantes : si missa relinquantur, est quod loci emolumentum non tanti ac hominum concordia. Ideo dicitur : «vallatur populus non per aggerationum confiniumque terminos; firmatur regnum non per montium torrentiumque difficultates; formidabilis fis imperio non per armorum loricarumque validitatem.» Qui tenet virtutem, abundat adjumentis; qui reliquit virtutem, a paucis adjuvatur. Minuentibus adjutoribus ad extremum, consanguinei et affines deficient ad ipso : multiplicatis adjutoribus ad summum, imperium obedit ipsi. Quia cui imperium obsequitur, impugnat consanguinei et affines quem destituunt, ideo sapiens vel non præliabitur, at prælians profecto vincet.

laborant viribus reguntur ab aliis; qui reguntur ab aliis, alunt illos; qui regunt alios, aluntur ab illis (1); » mundi est universalis aequitatis lex. In imperatoris Yao tempore, imperium nondum adhuc quietum erat. Ingentes aquae transversum defluentes exundaverant in imperio; plantae et arbores luxuriantes excreverant, volucres et ferae frequentes gliscebant; quinque fruges non maturescebant, volatilia et quadrupedia infestabant homines, ferarum pedibus volucrumque vestigiis impressæ viæ intersecabantur in regni medio. Yao solus dolebat hoc; promovit Choen ut propagaret ordinem. Choen jussit ministrum I præesse igni : I incendens montes palustriaque loca conflagravit ea, et volucres feraeque aufugientes se abdiderunt. Yu divaricavit novem flumina, reclusit fluvios Tsi et T'a, atque deduxit in mare; expedivit fluvios Jou et Han, relaxavit fluvios Hoai et Se, atque derivavit in Kiang (2): et tunc demum Sinae potuerunt obtinere ut comederent. In illo tempore, Yu octo annis fuit foris, ter praetergressus est suam portam, quin intraret : licet voluisset arare, potuissetne? Dein Heou tsi docuit populum serere et metere, plantare et excolere quinque fruges; quinque fruges maturuerunt, et vulgi homines enutriti sunt. At homo habet rationalem naturam : si saturitate perpastus calideque vestitus otio immoretur et nullam habeat educationem, tunc accedet ad animalia. Sanctus vir rursus ingemuit hoc, et jussit ministrum Sié agere instructionis praesidem, et erudire de hominis officiis, ut pater cum filio habeat amorem, princeps et subditus habeant æquitatem, maritus et uxor habeant discrimen, senior et junior habeant ordinem, amicus cum amico habeat fidelitatem. Benemerentissimus Yao

(1) Per vectigalia : huc usque antiquum adagium.

(2) Yu ad occidentem et septentrionem profectus, magnum fluvium in novem alveos divisit, quorum nomina prostant in figura; tum fluvios Tsi et T'a invicem discriminavit, omnesque ad orientale usque mare deduxit. Dein ad orientem et austrum progressus, fluvium Han in magnum Kiang derivavit. Mentsius raptim dicit quatuor fluvios æque ad Kiang derivasse, ut adnotant interpretes : sed fluvii Jou et Se effunduntur in flumen Hoai, quod in mare evolvitur.

江 KIANG, amnis princeps.
穡 CHE, metere.
契 K'I, convenire, pactum: instrumentum torrendæ testudini: 契契, mœrens. 契 SIE, protoparens secundæ dynastiæ. 契 K'IE, distare : cœlare. R. 37.
勳 HIUN, merita, facinora.

來之、匡之直之、輔之翼之、使自得之、又從而振德之、聖人之憂民如此、而暇耕乎、堯以不得舜爲已憂、舜以不得禹皐陶爲已憂、夫以百畝之不易爲已憂者、農夫也、分人以財、謂之惠、教人以善、謂之忠、爲天下得人者、謂之仁、是故以天下與人易、爲天下得人難、孔子曰、大哉堯之爲君、惟天爲大、惟堯則之、蕩蕩乎、民無能名焉、君哉舜也、巍巍乎、有天下而不與焉、堯舜之治天下、豈無所用其心哉、亦不用於耕耳、吾聞用夏變夷者、未聞變於夷者也、陳良、楚產也、悅周公仲尼之道、北學於中國、北方之學者、未能或之先也、彼所謂豪傑之士也、子之兄弟、事之數十年、師死而遂倍之、昔者孔子沒、三年之外、門人治任將歸、入揖於子貢、相嚮而哭、皆失聲、然後歸、子貢反、築室於場、

豪 HAO, supra centum excellens : hystrix : pili longi. *R.* 152.

嚮 HIANG 向, obversus, coram. 嚮, Hortari : scalarum medium : 響, strepitus : 饗, cibaria offerre. *R.* 30.

場 T'CHANG, area, platea, sacrificii locus.

---

(1) Nota hic congeriem. Ad hunc modum varias pro re conglobare particulas, haud est sinensibus infrequens : et sic ingeminatæ reperiuntur, modo particulæ 也 vel 焉 vel 矣 vel 兮; modo 以 vel 而 vel 或 vel 奚; alias 曰 vel 其 vel 者 vel 然; alias 可 vel 必 vel 爲 vel 有; et aliæ passim.

ait : anima illos, attrahe illos, fac frugi, fac rectos, illos adjuva, illos promove (1), fac ut sponte illud assequantur, iterumque prosequere et excitans benefac illis. Sanctus vir accurabat populum in hunc modum, et habebat otium arandi? Yao, quod non inveniret Choen, vertebat sibi anxietati; Choen quod non inveniret Yu et Kao yao, vertebat sibi curae : qui, quod centum jugera non explanentur, vertit sibi curae, agricola est. Largiri aliis de sua pecunia dicitur beneficentia, erudire alios de probitate dicitur fidelitas, propter imperium invenire homines dicitur humanitas (2). Idcirco de imperio donare aliquem, facile est; in gratiam imperii invenire hominem, difficile est (3). Hinc Confucius aiebat : quam magnus Yao agens principem! Solum cœlum est magnum; solus Yao imitatur illud : tam vastus ut populus non posset denominare. Princeps sane Choen! tanta excelsitate tenebat imperium, et tamen ei non adhærebat (4)! Yao et Choen regentes imperium, nunquid non habebant quo impenderent suum animum? Attamen non impendebant in agricultura (5).—Ego audivi aliquos cum Sinarum institutis mutasse barbaros; nondum audivi quemdam mutatum a barbaris. Tuus magister T'chen leang e T'chou proles; delectatus Tcheou Ducis Confuciique doctrina, ad septentrionem tendens studuit sapientiæ in centro imperii (6); et borealis regionis studentium, nondum potuerit aliquis illum antestare, illeque erat quem vocamus insignem praestantemque litteratum. Vos, major minorque fratres, secuti estis illum aliquot decades annorum : magister obiit, et en statim defecistis ab illo (7). Olim Confucio defuncto, tribus annis post, discipuli compositis sarcinis jam jam redituri, ingressi sunt salutatum ad Tse kong (8); et mutuo obversi complorantes, omnes amiserunt vocem, tuncque demum repatriarunt. At Tse kong regressus extruxit casam in parentali area, solusque permansit

---

(2) Quæ cetera duo complectitur, quandoquidem per hujusmodi homines potest imperator beneficentiam et eruditionem extendere in præsentes et in posteros.

(3) 分人以財，以天下與人 : recole, quæ de 以 uti nota regiminis jam alias explanavimus.

(4) 與 tertio tono, non secus habebat ac nihil eum attineret.

(5) Habebant certe : tantum, in inveniendo homine, non in colendo agrum, impendebant eum. Recole vim illius 耳.

(6) T'chou erat ad meridiem; ideo ad septentrionem tendere debuit, ut in imperii centro studeret sapientiæ.

(7) 倍 sonat 背.

(8) Qui exequias curaverat.

獨居三年、然後歸、他日子夏子張子游、以有若似聖人、欲以所事孔子事之、彊曾子、曾子曰、不可、江漢以濯之、

一

秋陽以暴之、皜皜乎不可尙已、今也南蠻鴃舌之人、非先王之道、子倍子之師而學之、亦異於曾子矣、吾聞出於幽谷、遷于喬木者、未聞下喬木而入於幽谷者、魯頌曰、戎狄是膺、荆舒是懲、周公方且膺之、子是之學、亦爲不善變矣、從許子之道、則市賈，不貳、國中無僞、雖使五尺之童適市、莫之或欺、布帛長短同、則賈，相若、麻縷絲絮輕重同、則賈，相若、五穀多寡同、則賈，相若、屨大小同、則賈，相若、曰、夫物之不齊、物之情也、或相倍蓰、或相什伯、或相千萬、子比，而同之、是亂天下也、巨屨小屨同賈、人豈爲之哉、從許子之道、相率而爲僞者也、惡能治國家、

皜 KAO, albus.
鴃 鵙 KIUÉ, lanius.
幽 YEOU, secretus, obscurus. *R.* 52.
谷 KOU, vallis.
懲 T'CHENG, cohibere, subigere.
僞 WEI, falsus, decipere.
縷 LIU, cannabis curata necdum in fila contorta. LEOU 褸, *vestis lacera.*
絲 SE, fila serica : *millesima pars* unius lineae 分.
絮 SIU, serica lanugo, *folliculorum* residuum. T'CHOU, *condire.*
蓰 SI, 蓰 SE, quintuplicare.

tres annos, et nonnisi post reversus est. Alia die, Tse hia, Tse tchang et Tse yeou, quia Yeou jo referebat sanctum virum, volebant juxta quod servierant Confucio et illi servire; cumque urgerent Tseng tse, Tseng tse ait: non licet : quod in Kiang et Han abluitur, quod ad autumnalem solem exsiccatur, nitore splendet ut nihil possit addi jam (1). Nunc vero australis barbarus garrulæ (2) linguæ homo, non est e pristinorum regum doctrina; et tu deficiens tuo magistro ut studeas illi, etiam differs a Tseng tse. Ego audivi illam (3) egressam ex obscura valle transmigrasse in proceram arborem: nondum audivi, illam descendisse ex alta arbore ut ingrederetur in obscuram vallem. Regni Lou præconium (IV. 35.) ait: «occiduo et boreali barbaro nempe restitit, King et Chou regna modo perdomuit (4);» Tcheou princeps foret imo obstiturus ei, et tu porro illi studes (5): etiam hinc est non laudanda mutatio. At, inquit, si sequamur doctoris Hiu doctrinam, tunc in foro pretium non erit duplex, regni medio nulla erit fraus, etiamsi mittas quinque palmorum puerum adire forum, nemo eum forte decipiet: cum tela et sericum longitudine et brevitate conveniunt, tunc pretium utrique idem erit; cum cannabis rudis vel curata sericum bonum vel sequius sunt ponderis ejusdem, tunc pretium simul idem erit; cum quinque fruges quantitate sunt pares, tunc pretium æque par erit; cum calcei sunt magnitudinis ejusdem, tunc pretium æque par erit. Respondit Mentsius : rerum inæqualitas, rerum est natura. Aliæ invicem distant duplo vel quintuplo, aliæ decuplo vel centuplo, aliae millies vel decem millies : si tu linees et exaeques illas, id erit perturbare universum. Si magnus calceus cum parvis calceis conveniat pretio, homines qui facient illum (6)? Sequi magistri Hiu doctrinam est mutuo impelli ad exercendam fraudem : quomodo poterit gubernari socialis familia?

---

(1) Confucii virtus et doctrina tam pura et perfecta, ut nemo, nec Yeou jo, possit eam æmulari et referre. Alii tamen, ut notat Interpres, hæc verba Mentsio attribuunt in Tseng tse laudem.

(2) Australium barbarorum vox ingratum lanii cantum imitari dicitur : designatur hic Hiu hing.

(3) Carminum avem.

(4) King est regni T'chou nomen : cui proximabat regnum Chou. 是, *nempe, nonnisi*, indicat aliud iis barbaris non deberi.

(5) Nota illud 方且, innuens rem jam jam futuram; 方將.

(6) Magnitudo potius quam qualitas adducitur in exemplum, ut rei absurdum magis appareat.

○墨者夷之、因徐辟而求見孟子、孟子曰、吾固願見、今吾尚病、病愈、我且往見、夷子不來、他日又求見孟子、孟子曰、吾今則可以見矣、不直、則道不見、我且直之、吾聞夷子墨者、墨之治喪也、以薄爲其道也、夷子思以易天下、豈以爲非是而不貴也、然而夷子葬其親厚、則是以所賤事親也、徐子以告夷子、夷子曰、儒者之道、古之人、若保赤子、此言何謂也、之則以爲愛無差等、施由親始、徐子以告孟子、孟子曰、夫夷子信以爲人之親其兄之子、爲若親其鄰之赤子乎、彼有取爾也、赤子匍匐將入井、非赤子之罪也、且天之生物也、使之一本、而夷子二本故也、蓋上世嘗有不葬其親者、其親死、則舉而委之於壑、他日過之、狐狸食之、蠅蚋姑嘬之、其

徐 Siu, pedetentim.

差 T'CHA, discrepare : errare : T'CHAI, seligere : legare : nuntius. T'SE, disponere. T'SOUO, oryzæ lotura. *R*. 48.

匍 P'OU, manibus reptare : sollicite.

匐 PO, PÉ, manibus reptare : enixe properare.

狸 LI, vulpes, 貍.

蠅 YN, musca.

蚋 JOEI, culex, 蜹.

嘬 T'CHAI, avide depascere.

(1) Mé ti 墨翟, in sepultura suorum non admittebat lugubres vestes nec loculum, sed solum sandapilam e pawlonia tribus pollicibus spissam : amorem enim universalem profitebatur, sine parentum discrimine.

(2) Mentsius tentare volebat an illius desiderium esset sincerum.

(3) *Interim*, antequam videam. 且 particula est quæ aliquem progressum aut transitum exprimit (又, 姑, 將). Progressum : est enim 1° veluti particula

5. E secta Mé (1) quidam I tche, per Mentsii discipulum Siu pi quæsivit invisere Mentsium. Mentsius ait : ego certe cupio videre; at nunc ego adhuc ægroto; morbo convalescente, ego imo ibo invisum : dominus I ne veniat (2). Alia die iterum quaesivit invisere Mentsium; Mentsius ait : ego nunc jam possum videre. At si non corrigam, tunc vera doctrina non patebit; ego interim convincam illum (3). Ego audivi dominum I esse e secta Mé : Mé curans exequias, in parcitate constituit suam doctrinam. Dominus I cogitans per eam immutare imperium, quî censeret illam non esse rectam, adeoque minus honori haberet? At enim dominus I sepelivit suos parentes sumptuose : sic ergo cum eo quod vile existimat servivit parentibus. Siu tse id monuit dominum I; qui ait : in litteratorum doctrina, antiquitatis homines perinde populum fovebant ac tenellulum infantem (4); hoc dictum quid significat? Ego Tche vero existimo amorem deberi sine ordinum discrimine, sed applicationem a parentibus incipiendam. Siu tse id monuit Mentsium; Mentsius ait : iste dominus I reverane existimat in homine diligere sui fratris filium esse sicut diligere sui vicini tenellum infantem? Illud habet proprium sensum (5) : quod tenellus infans reptans sit lapsurus in puteum non est tenelli infantis culpa (6). Porro cœlum producendo homines, fecit illos unum habere principium, et dominus I duo facit principia; en causa erroris (7). Sane primis sæculis, jam fuerunt qui non sepelirent suos parentes; cum sui parentes diem obivissent, tunc efferebant et projiciebant illos in canales : altera autem die illac transibant, et vulpibus canibusque illos devorantibus, muscisque et culicibus eos interim depascentibus, sua fronte manabat sudor,

---

copulativa : 2° auget omnino sensum. 3° vix aliquid auget. Transitum : est scilicet 1° aliud incipientis, *at*, *ceterum*. 2° velut prætereuntis, *interim*. 3° rem aggredientis, *porro*.

(4) Id sane significat amorem universalem sine populi vel filii discrimine; proindeque est juxta nostram doctrinam. Ego vero omnibus æque profiteor magnificum et liberalem amorem, quod manifestare incepi in parentibus, ideoque sumptuose parentavi; paullum in hoc a Mé ti diversus.

(5) 取, seu 取義, quem sibi vindicat sensum.

(6) Ita rudis plebecula custodienda ne imprudens peccet.

(7) Unum est principium quod immediate nos attingit, principium existentiæ nostræ, seu genitores : ceteri homines non immediate sed remotius nos attingunt. Si ergo parentes et ceteri homines æque nos proximant, in duo dividitur illud principium. 物 *entia*, de homine et de ceteris dicitur.

顙有泚、睨而不視、夫泚也、非爲人泚、中心達於面目、蓋歸反虆梩而掩之、掩之、誠是也、則孝子仁人之掩其親、亦必有道矣、徐子以告夷子、夷子憮然爲間曰、命之矣、

○陳代曰、不見諸侯、宜若小然、今一見之、大則以王、小則以霸、且志曰、枉尺而直尋、宜若可爲也、孟子曰、昔齊景公田、招虞人以旌、不至、將殺之、志士不忘在溝壑、勇士不忘喪其元、孔子奚取焉、取非其招不往也、如不待其招而往、何哉、且夫枉尺而直尋者、以利言也、如以利、則枉尋直尺而利、亦可爲與、昔者、趙簡子使王良與嬖奚乘、終日而不獲一禽、嬖奚反命曰、天下之賤

顙 SANG, frontis medium.

泚 T'SE, T'SI, sudare : aqua clara.

虆 LEI, fiscina ad terram deportandam : planta repens. 藟, Cissus.

梩 LI, chiramaxium ad terram transferendam.

掩 YEN, cooperire : incautum aggredi.

尋 SIN, quærere, inquirere : mensura octipes. *R.* 41.

旌 TSING, vexillum plumeum e pendulis phasiani plumis : decorare, honorare.

元 YUEN, origo, principium. *R.* 10.

---

(1) Sunt qui pro 姑 legunt 蛄, *et grillis*.

(2) Ille sudor, etiamsi nullus hominum præsens adesset, emissus, naturæ sensum revelat, eoque luculentius revelat, quod ad visum parentum non vero ad visum aliorum erumpebat : ergo natura ipsa discrimen inter parentes et extraneos docuit.

(3) 梩 seu 土轝, terræ vehiculum : fiscinam et vehiculum e domo referebant, ad terram asportandam, et in cadaver ingerendam.

oculos obliquabant, nec recta aspiciebant (1). Ille sudor non ratione hominum sudabatur, sed ex intimo corde erumpebat in oris aspectum (3). Sane repetita domo, vertebant fiscinam et chiramaxium, et cooperiebant illos (2). Cooperire illos si naturaliter ita, ergo pii filii et humani hominis cooperire suos parentes, etiam profecto habet regulam (4). Siu tse id monuit dominum I : qui attoniti instar facto intervallo exclamavit : convicit me Tche.

PARS POSTERIOR.

1. Discipulus T'chen tai ait : non invisere regulos, merito videtur quid exiguum (4). Si enim aliquando invisas eos, majore quidem effectu facies imperantem, minore vero facies archontem. Porro quod memoriae aiunt : « curvatio pedalis et erectio octipes » merito videtur posse fieri. Mentsius ait : olim T'si King princeps venaturus accersivit septi praefectum cum vexillo (5); cumque non venisset, jam occisurus erat illum. At cordatus vir, ait Confucius, non obliviscitur se fore in fossa vel canali; fortis heros non obliviscitur se perditurum suum caput. Confucius quid approbat? approbat, nisi proprie vocatum, non ivisse (6). Si ergo nec expectem me accersiri et eam, quomodo? Porro illud, *curvatio pedalis et erectio octipes*, juxta lucrum dicitur. Si juxta lucrum, tunc curvatio octipes et erectio pedanea in lucrum, etiamne expediet fieri? Olim Tsin magistratus Tchao kien tse jussit Wang leang cum gratioso suo Hi aurigari : tota quidem die, nec tamen captus ullus venatus. Gratiosus Hi referens rationem ait : mortalium est ineptissimus

---

(3) A natura processit illud cooperiendi parentes discrimen : ergo pariter a natura procedit in posterioribus ætatibus sepeliendi parentes ac extraneos diversitas.

(4) Carpit Mentsium invisere regulos detrectantem.

(5) Olim cum rex aliquem arcesseret, nuntius, ut fidem faceret, solebat propriam cujusque tesseram manu præferre : regni præfectos vexillo, septi præfectos pellito pileo arcessere mos erat. Hîc septi præfecti, tessera non sua vocati, ire renuerunt; adeoque laudat eos Confucius quod, cordatorum heroum more, maluerint mori quam in ritibus deficere.

(6) Recole illius 其 vim, vocatio talis quæ deceat et propria sit. 取 probat et effert.

工也、或以告王良、良曰、請復之、彊而後可、一朝而獲十禽、嬖奚反命曰、天下之良工也、簡子曰、我使掌與女乘、謂王良、良不可、曰、吾爲之範我馳驅、終日不獲一、爲之詭遇、一朝而獲十、詩云、不失其馳、舍矢如破、我不貫與小人乘、請辭、御者且羞與射者比、比而得禽獸、雖若丘陵、弗爲也、如枉道而從彼、何也、且子過矣、枉己者、未有能直人者也、

○景春曰、公孫衍、張儀、豈不誠大丈夫哉、一怒而諸侯懼、安居而天下熄、孟子曰、是焉得爲大丈夫乎、子未學禮乎、丈夫之冠也、父命之、女子之嫁也、母命之、往送之門、戒之曰、往之女家、必敬必戒、無違夫子、以順爲正者、妾婦之道也、居天下之廣居、立天下之正位、行天下之大道、得志與民由之、不

範 FAN, regula. exemplar.
詭 KOEI, perversus, fallere.
衍 YEN, extendere, ampliare : exundatio : pulchrum. *R.* 144.
熄 SI, extinguere ignem.
妾 T'SIÉ, concubina, subnuba.

---

(1) Obviam ivi feris. Feram autem adversa fronte occidere prohibebant venationis regulæ; juxta quas tres admittebantur occidendi modi, quorum supremus erat, cum fera a sinixtro latere ita perfodiebatur ut, sagitta cor transverberante, extemplo moreretur. Periti ergo aurigæ erat ita currum ducere,

operarius. Aliquis id monuit Wang leang; Leang ait : rogo iterare rem; instanter rogavit et dein concessum : uno mane jam captae decem prædae : gratiosus Hi referens rationem ait : imperii peritissimus est artifex. Kien tse ait : ego jubebo rectorem pro te aurigari : monuit Wang leang; Leang renuit dicens : ego pro illo rite direxi meum cursum, et tota die nec cepit unum; pro illo contra regulam obviam ivi (1), et uno mane jam cepit decem: Carmen (II. 25.) ait : «haud aberrante ipsa cursione, laxantur sagittæ velut transforantes (2).» Ego non assuevi cum vulgari homine aurigari; velis me excusare. Aurigam adhuc pudet cum jaculatore coire, et si coeundo caperentur volucres et feræ, etiamsi instar tumuli colliculique, non faceret; si jam agatur de incurvanda agendi norma ad sequendos illos, quomodo (3)? Imo tu aberrasti : qui se incurvat, nunquam fit ut possit rectos facere alios.

2. King t'choen (4) ait : nostri illi Kong suen yen et Tchang i (5); nonne vere magni viri; semel ac irascuntur jam reguli contremiscunt, in pace quiescunt et imperium tranquillatur. Mentsius ait : hi qui possunt censeri magni viri? An tu nondum studuisti ritibus (6)? cum adolescens pileum accipit, pater dat illi documenta : cum puella nubit, mater dat illi documenta, et abeuntem comitata ad portam, commonet illam dicens : cum perveneris ad tuam domum, debes revereri, debes tibi invigilare, et nunquam contradicas marito. De obsequentia facere suam normam, mulierum est institutum. Inhabitare universi amplam sedem (7), insistere universi recto throno (8), ire universi magnam viam (9), compos voti, cum populo prosequi illa (10),

---

ut jaculator, qui a sinixtris esse solebat, feram accomode intenderet.

(2) A sagittis non attingi modo, sed et perforari coriaceum scopi umbilicum, et periti et robusti jaculatoris est indicium.

(3) Illos, scilicet regulos.

(4) Erat is e regno Wei 魏.

(5) Hi duo tunc temporis, principum palatia frequentare, eorum palpare ingenia, eosque ad arma vel pacem suadere solebant.

(6) Agitur de Li i 禮儀.

(7) Pietatem.

(8) Civilitate.

(9) Æquitatem.

(10) Obtenta dignitate, populum simul ad pietatem, civilitatem et æquitatem promovere.

得志獨行其道、富貴不能淫、貧賤不能移、威武不能屈、此之謂大丈夫、

○周霄問曰、古之君子仕乎、孟子曰、仕、傳曰、孔子三月無君、則皇皇如也、出疆必載質、公明儀曰、古之人、三月無君則弔、三月無君則弔、不以急乎、曰、士之失位也、猶諸侯之失國家也、禮曰、諸侯耕助、以供粢盛、夫人蠶繅、以爲衣服、犧牲不成、粢盛不潔、衣服不備、不敢以祭、惟士無田、則亦不祭、牲殺器皿、衣服不備、不敢以祭、則不敢以宴、亦不足弔乎、出疆必載質、何也、曰、士之仕也、猶農夫之耕也、農夫豈爲出疆、舍其耒耜哉、曰、晉國亦仕國也、未嘗聞仕如此其急、仕如此其急也、君子之難仕、何也、曰、丈夫生、而願爲之有室、女子生、而願爲之有

屈 K'iu, curvus, subjicere. K'iué, deficere, consumere. Kiué, n. loci : cognomen : 大屈, quidam arcus.

霄 Siao, suprema aeris regio.

粢 Tse, fruges : fruges sacrificæ. 粢 T'si, vinum.

蠶 T'san, bombyx mori. *R.* 142.

繅 Sao, fila e bombycum folliculis detrahere.

犧 Hi, victima unicolor.

牲 Cheng, victima, seu bos, ovis et sus.

皿 Ming, vasa escaria operculata.

---

(1) Nota magni viri descriptionem.

(2) Præfectus regni Wei 魏.

(3) Primarius præfectus sylvestrem anserem, litteratus vero phasianum

impos voti, solus agere suam rectam viam, divitiis honoribusque non posse corrumpi, paupertate et abjectione non posse immutari, minis et armis non posse infringi, hujusmodi vocabis magnum virum (1).

3. Præfectus Tcheou siao (2) interrogans ait : antiquitatis sapientes num magistratum obibant? Mentsius respondit : obibant. Memoriæ aiunt : Confucius si tribus mensibus vacabat principis ministerio, tunc inquietus et sollicitus erat; et cum excederet confinia, haud dubie secum ferebat primae visitationis munuscula (3). Item sapiens Kong ming i ait : antiquitatis homines tribus mensibus vacantes principe jam complorabantur. — At tribus mensibus vacans principe jam complorari, nonne est nimia præcipitatio (4)? Respondit : litteratum amittere dignitatem perinde est ac si reguli amittant socialem familiam. Liber rituum ait : « reguli arantes adjuvantur ad offerendum millii vasa (5) : uxores alunt bombyces evolvuntque folliculos ad faciendas vestes. » Si victima mactanda non sit perfecta, si millium in capedine non sit mundum, si vestes non completæ, non audebant inde litare (6). Et si litteratus careat agro (7) tunc etiam non litabit; si, victimâ mactandâ, vasis vestibusque imparatis, non audebit uti ad litandum, tunc nec audebit inde tranquillari; nonne jam satis est ut comploretur? — Et excedens confinia omnino deferebat primitia dona, ad quid? Respondit : litterato munus obire perinde est ac agricolae arare : agricola numquid ad excedendum confinia relinquet suum aratrum? Subdit (8) : Tsin regnum etiam est magistratum quærentium regnum; nondum audivi candidatos tam illos fuisse anhelantes. At magistratus tam ille urgens, et sapiens ægre munus obit quomodo (9)? Respondit : ut mas natus est, jam cupitur pro illo habere uxorem; ut fœmina nata est, jam cupitur pro

---

offerre solebat. Ideo Confucius ea ferebat ut, si quem principem inveniret bene animatum, statim ei servire posset. 質 sonat 贄.

(4) 以 sonat 已.

(5) Reguli incipiunt arare, et populus adjuvat. 粢 millium et panicum sacrificum : 盛 sacrificæ fruges in vase positæ.

(6) Si regulus amiserit regnum, non habebit agros ad id destinatos, nec proinde id quod trimestribus erga defunctos cærimoniis requiritur. Ita et evenit litterato qui e dignitate exciderit.

(7) Ait item liber rituum.

(8) Tsin regnum fuerat in tria divisum; quorum unum erat regnum Wei.

(9) Sapiens, ut tu es, qui tamen regulos invisere detrectas.

家、父母之心、人皆有之、不待父母之命、媒妁之言、鑽穴隙相窺、踰牆相從、則父母國人皆賤之、古之人未嘗不欲仕也、又惡不由其道、不由其道而往者、與鑽穴隙之類也、

○彭更問曰、後車數十乘、從者數百人、以傳食於諸侯、不以泰乎、孟子曰、非其道、則一簞食不可受於人、如其道、則舜受堯之天下、不以爲泰、子以爲泰乎、曰、否、士無事而食、不可也、曰、子不通功易事、以羨補不足、則農有餘粟、女有餘布、子如通之、則梓匠輪輿、皆得食於子、於此有人焉、入則孝、出則悌、守先王之道、以待後之學者、而不得食於子、子何尊梓匠輪輿、而輕爲仁義者哉、曰、梓匠輪輿、其志將以求食也、君子之爲道也、其志亦將以求食與、曰、子何以其志爲哉、其有功於子、可食而食之矣、且子食志乎、食功乎、曰、食志、曰、有人於此、毀瓦畫墁、其志將以求食也、則子食之乎、曰、否、曰、然則子非食志也、食功也、

媒 **Mei**, matrimonii conciliator, pronubus.

妁 **Tcho**, sponsalium conciliator, pronubus.

穴 **Hiué**, antrum, foramen.

隙 **K'i**, *alicubi* **Hi**, rimæ, fissura.

羨 **Sien**, desiderare, amare : residuus. *R.* 123.

梓 **Tse**, catalpa : tabula ad libros imprimendos.

illa habere maritum (1) : paternus maternusque est animus, quem homines passim habent. Quod si non expectantes parentum voluntatem, pronuborumque verba, terebrato foramine invicem se videant, et superato muro se invicem prosequantur, tunc parentes et concives omnes vilipendent illos. Antiquitatis homines nondum fuere quin cuperent magistratum obire; sed praeterea oderant non sequi rectam viam; qui non per rectam viam procedunt (2), cum terebrantibus foramen ejusdem sunt generis.

4. Discipulus P'ong keng interrogans ait : sequentium curruum aliquot habere decades, comitantes habere aliquot centenos homines, sicque successive ali a regulis, nonne nimis excedit (3)? Mentsius ait : si non sit æqua ratio, tunc una scutella cibi nec debet accipi ab aliis : quod si æquum sit, tunc Choen recepisse Yao imperium nec censetur excessus : an tu existimas excessum? Respondit : minime; sed sapienti carere officio et tamen recipere alimentum non licet. Ait : si tu non communicas opera permutesque res, ut ex superfluo suppleas quod non sufficit, tunc agricola habebit superfluum millium, mulier habebit superfluam telam : tu vero si communicas ea, tunc faber lignarius et curruum artifex simul poterunt ali a te. In hoc loco sit vir, qui domi quidem parentes, foris autem superiores colat, et observet priscorum regum documenta, hinc expectans posteritatis alumnos; et tamen non obtinebit alimentum a te! tu quare magnifacis arcularium rhedariumque, et parvipendis studiosum humanitatis et justitiæ? Reponit : qui arcularii et rhedarii sunt, eorum intentio vult inde quærere alimenta : sapiens exercet virtutem; ejus intentio etiam erit ut quærat alimenta? Ait : tu quare sumis ejus intentionem in supputationem? ille habet meritum erga te, debet ali, adeoque alis illum. Et sane num tu mercede rependis intentionem, an vero rependis opus? Reponit : rependo intentionem. Sit ergo, inquit, aliquis in hoc loco, qui perfringat tegulas et lineis notet parietum ornamenta; ejus vero intentio velit sic quaerere alimenta : an tu ideo dabis illi salarium? Reponit : non. Si ita, ergo tu non retribuis intentionem, retribuis opus.

---

(1) 室 *domus*, designat uxorem; metonymia est.

(2) Sed regulos adeunt absque invitatione.

(3) 傳 tertio tono, *consequenter*, *ab alio ex alio*. Postremum 以 sonat 已.

輪 Luen, rota.

瓦 Wa, tegula, lateres, testa.

墁 Man, parietum ornamentum, 墉.

○萬章問曰、宋、小國也、今將行王政、齊楚惡而伐之、則如之何、孟子曰、湯居亳、與葛爲鄰、葛伯放而不祀、湯使人問之曰、何爲不祀、曰、無以供犧牲也、湯使遺之牛羊、葛伯食之、又不以祀、湯又使人問之曰、何爲不祀、曰、無以供粢盛也、湯使亳衆往爲之耕、老弱饋食、葛伯率其民、要其有酒食黍稻者奪之、不授者殺之、有童子以黍肉餉、殺而奪之、書曰、葛伯仇餉、此之謂也、爲其殺是童子而征之、四海之內、皆曰、非富天下也、爲匹夫匹婦復讎也、湯始征、自葛載、十一征、而無敵於天下、東面而征、西夷怨、南面而征、北狄怨、曰、奚爲後我、民之望之、若大旱之望雨也、歸市者弗止、芸者不變、誅其君、弔其民、如時雨降、民大悅、書曰、徯我后、后來其無罰、有攸不爲臣、東征、綏厥士女、匪厥

亳 Po, metropolis dynastiæ Chang.
餉 Hiang, cibaria ministrare.
仇 K'ieou, inimicus : par : conjungere. Kiu 斛, transfundere.

讎 T'cheou, inimicus, ulcisci. *R.* 149.
匪 Fei, non : malus. 篚, Cista. 騑 匪, Elegans incessus. 匪 Fen, partiri.

---

(1) Suspicatur interpres id temporis esse, quo regni Song regulus, destructo principatu T'eng, impugnato principatu Sié, et profligatis T'si, T'chou et Wei (魏) exercitibus, aspirabat fieri archon.

5. Discipulus Wan tchang interrogans ait : Song parvum est regnum; nunc vult aggredi regum gubernium. At T'si et T'chou invidentes impugnabunt illud; tunc quomodo (1)? Mentsius ait : T'ang habitans Po, cum Ko erat finitimus (2). Ko comes dissolutus jam non litabat. T'ang misso homine interrogavit illum dicens : quare non sacrificas? Respondit : non habeo unde suppetam victimas. T'ang jussit mitti illi boves et oves. Ko comes comedit ea, pariterque non usus ad sacrificium. T'ang iterum misso homine interrogavit eum dicens : quare non litas? Respondit : non habeo unde suppetam millii vasa. T'ang jussit Po multitudinem ire pro illo aratum, senes autem debilesque allatum arantibus cibaria. At Ko comes educens suum populum tenuit illos, qui habebant vinum, cibaria, millium, oryzamque, et abstulit eis; et qui non dabant, occidit eos : fuit puer ex millio et carne victum ferens; occidit et abstulit illa. Annales aientes : « Ko comes hostiliter habuit victus latorem, » id nempe quod dicunt. Propterea quod ille occiderat hunc puerum, ideo T'ang debellavit illum. Quatuor intra maria omnes dicebant : non est ut ditescat imperio, sed propter privatum hominem privatamque mulierem (3) ulciscitur injurias. T'ang aggressus cladem a Ko fecit initium. Undecies conflixit, quin ullus obsisteret in imperio (4). Cum eoam plagam iret debellatum, occidui barbari querebantur; cumque australem plagam iret debellatum, borei barbari querebantur dicentes : quamobrem posthabet nos? Populi suspirabant illum, sicut magna siccitas anhelat pluviam. Et sane convenientes forum non cessabant, sarrientes agrum non movebant : plectebat principes illos et solabatur horum populos. Ideo veluti cum opportuna pluvia descendit, populi summopere lætabantur. Annales aiunt : expectamus nostrum principem; principe adveniente ipsi eximemur supplicio (5). Ou rex « cum essent qui (6) nondum evaserant subditi, ad orientem debellaturus ivit, tranquillatum illos viros et mulieres; qui canistris

(2) Po, secundæ dynastiæ metropolis, nunc 大蒙城, in Honan Koei té 歸德 præfectura, Chang k'ieou 商丘 districtu. Ko, ad centena stadia, occidentem versus.

(3) Pueri occisi parentes.

(4) Undecim regna sibi subjecit.

(5) Tyrannidi subducemur.

(6) Aliquot reguli, qui a debellato imperatore Tcheou 紂 steterant, se subdere novo imperatori detrectabant. Mentsius Annalium verba raptim adducit.

玄黃、紹我周王見休、惟臣附于大邑周、其君子實玄黃于匪、以迎
其君子、其小人簞食壺漿、以迎其小人、救民於水火之中、取其殘
而已矣、太誓曰、我武惟揚、侵于之疆、則取于殘、殺伐用張、于湯有
光、不行王政云爾、苟行王政、四海之內、皆舉首而望之、欲以爲君、
齊楚雖大、何畏焉、

○孟子謂戴不勝曰、子欲子之王之善與、我明告子、有楚大夫於
此、欲其子之齊語也、則使齊人傅諸、使楚人傅諸、曰、使齊人傅之、
曰、一齊人傅之、衆楚人咻之、雖日撻而求其齊也、不可得矣、引而
置之莊嶽之閒數年、雖日撻而求其楚、亦不可得矣、子謂薛居州、
善士也、使之居於王所、在於王所者、長幼卑尊、皆薛居州也、王誰
與爲不善、在王所者、長幼卑尊、皆非薛居州也、王誰與爲善、一薛
居州、獨如宋王何、

○公孫丑問曰、不見諸侯何義、孟子曰、古者不爲臣不見、段干木

紹 CHAO, connectere.
傅 FOU, magister : dare : superinducere. FOU, applicare, pervenire.
咻 HIEOU, confusæ voces. 咻, Gemitus.
段 TOAN, segmentum. 腶, Caro cinnamomo condita. 鍛, Metalla liquare.

reponentes sua cyanea et flava serica (1) dicebant : annexi nostro familiae Tcheou imperatori prosperati sumus (2); et inde subditos se dederunt in magnam ditionem Tcheou. » Illorum summates cumularunt cœrulea et flava serica in canistris ad occurrendum istorum summatibus, et illorum populares tulerunt in cistellis cibaria et in lagenis liquores ad occurrendum istorum popularibus : liberabat populum ab aquæ ignisque medio, et tollebat ejus tyrannos, en totum scilicet. Annalium magnum jusjurandum ait : «mea bellica arma late personant; cum irrupero in ejus fines, tunc comprehendam tyrannum, cœdesque et conflictus inde inclarescent, et præ T'ang habebo splendorem. » Non agit regum gubernium scilicet (3) : si ageret regum gubernium, quatuor intra maria, omnes attollerent caput ad prospiciendum illum, cupientes assumere in principem : T'si et T'chou licet magna, quid formidandum ?

6. Mong tse compellans Song ministrum Tai pou cheng ait : tu cupisne tuum regem fieri bonum? ego, clare docebo te. Sit T'chou præfectus in hoc loco : si cupiat suum filium T'si sermonem loqui, tunc efficiet ut T'si homo sit præceptor, an vero jubebit T'chou hominem esse præceptorem? Ait : efficiet ut T'si homo edoceat illum. Pergit : et si uno e T'si homine edocente illum, plurimi T'chou homines obstrepant illi, licet quotidie cœdas et exigas illum T'sicizare, non poteris obtinere. Duc vero et colloca illum in Tchoang vel Yo medio aliquot annos (4) : licet quotidie flagelles urgeasque ut ille T'chou loquatur, item non poteris obtinere. Tu dicebas Sié kiu tcheou esse virtute præditum, et effecisti ut is resideret in regis domicilio : si qui sunt in regis domicilio, seniores junioresve, ignobiles nobilesve, omnes essent Sié kiu tcheou, rex quicum ageret malum? Si qui sunt in regis domicilio, seniores junioresve, ignobiles nobilesve, omnes non sint Sié kiu tcheou, rex quicum aget bonum? Unus Sié kiu tcheou, solus, ad Song regem, quid?

7. Kong suen t'cheou interrogans ait : non invisis regulum, qua sententia? Mentsius ait : veteres, nisi agerent administros, non invisebant : sapiens

(1) 匪 sonat 篚, et hìc active sumitur.
(2) 見 nota passivi.
(3) Nota illud 云爾; tantum est, quod Song non agit regum gubernium.
(4) Tchoang, metropolis celebre compitum, Yo celebris vicinia.

踰垣而辟之、泄柳閉門而不內。是皆已甚、迫、斯可以見矣、陽貨欲見孔子、而惡無禮、大夫有賜於士、不得受於其家、則往拜其門、陽貨瞰孔子之亡也、而饋孔子蒸豚、孔子亦瞰其亡也、而往拜之、當是時、陽貨先、豈得不見、曾子曰、脅肩諂笑、病于夏畦、子路曰、未同而言、觀其色、赧赧然、非由之所知也、由是觀之、則君子之所養、可知已矣、

○戴盈之曰、什一、去關市之征、今茲未能、請輕之、以待來年、然後已、何如、孟子曰、今有人日攘其鄰之雞者、或告之曰、是非君子之道、曰、請損之、月攘一雞、以待來年、然後已、如知其非義、斯速已矣、何待來年、

○公都子曰、外人皆稱夫子好辯、敢問何也、孟子曰、予豈好辯哉、予不得已也、天下之生久矣、一治一亂、當堯之時、水逆行、氾濫於中國、蛇龍居之、民無所定、下者爲巢、上者

垣 YUEN, humilis murus.

閉 PI, claudere, obstruere. 秘, Secretum.

迫 PÉ, comprimere, urgere, vexare.

瞰 K'AN, deorsum aspicere : furtim aspicere, 瞰.

蒸 TCHENG, minuta cremia : multitudo. 烝, Sacrificium hiemale. 蒸, Vapor assurgens.

脅 HIÉ, costæ. 脅 HIEN, cum vi opprimere. R. 130.

畦 HI, ager, quinquaginta jugera : nomen loci.

赧 NAN, erubescere.

辯 PIEN, disputare : 辨, distinguere, examinare, disponere. 貶, Castigare, objurgare. PIEN 徧, universe. R. 160.

Toan kan mou transiluit murum ut effugeret illum, sapiens Sié lieou occludit fores ut non admitteret (1). Et hi uterque jam nimii fuerunt : si enim regulus urgeat, tunc poterit invisi. Lou toparcha Yang ho volebat ad se invitare Confucium, sed horrebat carere urbanitate. Porro primarius præfectus si mittat munus ad litteratum, isque non possit recipere in sua domo, tunc ibit salutatum in ejus domum. Yang ho exploravit Confucii absentiam, et dono misit Confucio coctum porcellum. Confucius etiam exploravit illius absentiam, et ivit eum salutatum. In eo temporis, Yang ho prævenerat, Confucius quî poterat non invisere? Tseng tse aiebat : contrahens humeros et assentorie ridens desudat supra aestivum agricultorem (2). Tse lou aiebat : qui nondum amicitia junctum jam alloquuntur, adeoque videbis eorum vultum rubore suffundi, hi non sunt quos ego Yeou intelligere possim. Ex quibus bene perpensis, jam quem animum isti sapientes alerent potest cognosci scilicet.

8. Song toparcha Tai yng tche ait : ex decem unum, et abolere telonii forique vectigal, hic et nunc nondum possum : si vis, imminuam illud, ad expectandum venturum annum, et tunc demum cessabit : quid videtur? Mentsius respondit : nunc sit qui quotidie surripit suorum vicinorum gallinas : quidam commonuit illum dicens : haec non est sapientis agendi ratio. Sine, quæso, inquit, id imminuam : per mensem surripiam unam gallinam, sic expectans venturum annum, et tunc demum cessabo. Si scis illud non esse aequum, tunc illico cesses; quid expectas futurum annum?

9. Discipulus Kong tou tse ait : extimi homines omnes dicunt magistrum delectari disputatione : ausim interrogare quomodo sit. Mentsius ait : ego quî amem disputare? ego non possum aliter agere. Imperium exortum est jamdudum : modo regiminis ordo, modo anarchia viguit. In Yao tempore, aquae adversum grassantes exundarunt in medium regnum; serpentibus draconibusque illud degentibus, populus non habebat quo consisteret : qui imi erant, construebant nidos (3), qui altiora tenebant, faciebant extructas

(1) Primus Wei regulum (魏文侯), alter Lou regulum (魯繆公).

(2) Despiciebat Tseng tse eos ardeliones, qui semper aliis adulantes ita videntur negotiosi, ut plusquam arantes desudent.

(3) Super fulcra pendulos.

蛇 Ché, serpens. I, 委蛇, hilaris, contentus.

巢 T'chao, nidus in arbore : fistula major. *R.* 47.

爲營窟、書曰、洚水警余、洚水者、洪水也、使禹治之、禹掘地而注之海、驅蛇龍而放之菹、水由地中行、江淮河漢是也、險阻既遠、鳥獸之害人者消、然後人得平土而居之、堯舜既沒、聖人之道衰、暴君代作、壞宮室以爲汙池、民無所安息、棄田以爲園囿、使民不得衣食、邪說暴行又作、園囿汙池沛澤多、而禽獸至、及紂之身、天下又大亂、周公相武王、誅紂伐奄、三年討其君、驅飛廉於海隅而戮之、滅國者五十、驅虎豹犀象而遠之、天下大悅、書曰、丕顯哉、文王謨、丕承哉、武王烈、佑啟我後人、咸以正無缺、世衰道微、邪說暴行有作、臣弒其君者有之、子弒其父者有之、孔子懼、作春秋、春秋天子之事也、是故孔子曰、知

窟 K'ou, fovea, antrum.

洚 Kiang, Hong 洪, aquæ debacchantes, exundatio.

警 King, deterrere, prohibere.

余 Yu, ego. 餘, Reliquus. *R*. 9.

掘 Kiué, excavare : perforare.

菹 Tsiu, salsum olus. Tsié, Tsiu, herbæ in aquis crescentes.

阻 Tsou, impedire : salebra.

消 Siao, consumere, diminuere, liquescere. 逍, Vagari.

園 Yuen, viridarium, pomarium.

奄 Yen, cooperire : possessionem inire : late habere : statim, simul. 奄, Diu aspicere : diu detinere : antiqua ditio. *R*. 37.

犀 Si, rhinoceros. *R*. 93.

丕 P'ei, valde : magnus. *R*. 1.

謨 Meou, 謨 Mo, consilium, molimentum.

咸 Hien, omnes, simul. Kien 緘, alligare. Han 感, displicere. *R*. 30.

cavernas. Annales aiunt: «exundantes aquæ excitant me» exundantes aquæ istae, diluvii aquae scilicet (1). Jussus est Yu dirigere illas : Yu excavavit terram et deduxit in mare, abegit serpentes draconesque et relegavit in herbosas paludes : aquæ per terras medias incesserunt, fluvii Kiang, Hoai, Ho, Han ii sunt. Salebris et impedimentis jam remotis, volucres feraeque, quæ nocebant hominibus, evanuerunt, et tunc demum homines assecuti planam terram, habitarunt eam. Yao et Choen semel defunctis, sanctorum virorum doctrina defecit : crudeles principes successive surrexerunt; destruendo palatia et domos ad facienda stagna et piscinas, populus non habebat quo tranquille quiesceret; evertentes agros ut facerent hortos et septa, effecerunt ut populus non posset vestiri et nutriri, et prava dogmata ac immania facinora iterum exorta sunt: cumque horti, septa, stagna, piscinæ, paludes et lacus abundarent, volucres et quadrupedia advenerunt : utque pervenit ad T'cheou personam, imperium iterum susdeque versum est. Tcheou Dux adjuvit Ou regem, plectit T'cheou et aggressus regnum Yen, tres intra annos peremit ejus principem, detrusit ministrum Fei lien in maris angulum et occidit illum, extinxit regna quinquaginta, abegit tigres pardos rhinocerotes elephantesque et procul amovit eos (2) : imperium valde lætatum est. Annales aiunt: «quam late splendet Wen regis consilium! quam ample successit Ou regis facinus! adjuverunt et erudiverunt nos posteros homines, omniaque juxta perfectionem carent naevo.» At sæculo deficiente et ordine decrescente, perversa dogmata et immanes actiones iterum exortæ sunt (3); subditi qui occiderent suum principem, extiterunt, filiique occidentes suum genitorem non defuerunt. Confucius expavit et composuit sua veris autumnique chronica : ver et autumnus scilicet imperatoris res (4). Ideo Confucius

---

(1) Illius scilicet diluvii, de quo loquuntur Annales.

(2) Yen, in antiqua 青 州, nunc Yen tcheou 兗 州 in Chan tong, regnum erat orientale, cujus regulus a T'cheou tyranno stabat; Fei lien gratiosus erat ipsius consiliarius; feræ illæ in septis regiis alebantur.

(3) 有 valet 又.

(4) Acta scilicet, quæ ducentorum annorum spatio gesta sunt, laudans vel vituperans, tradit, quæ imperatori agenda sunt. Ideo laudabant aliqui Confucium, quod sic paucis tradiderit veram regendi artem; arguebant alii, quod sic nimium sibi attribuerit, principesque deponendi vel extollendi rationes, præmiorum suppliciorumque regulas tradiderit.

我者、其惟春秋乎、罪我者、其惟春秋乎、聖王不作、諸侯放恣、處士橫議、楊朱墨翟之言盈天下、天下之言、不歸楊、則歸墨、楊氏爲我、是無君也、墨氏兼愛、是無父也、無父無君、是禽獸也、公明儀曰、庖有肥肉、廐有肥馬、民有飢色、野有餓莩、此率獸而食人也、楊墨之道不息、孔子之道不著、是邪說誣民、充塞仁義也、仁義充塞、則率獸食人、人將相食、吾爲此懼、閑先聖之道、距楊墨、放淫辭、邪說者不得作、作於其心、害於其事、作於其事、害於其政、聖人復起、不易吾言矣、昔者、禹抑洪水而天下平、周公兼夷狄、驅猛獸、而百姓寧、孔子成春秋、而亂臣賊子懼、詩云、戎狄是膺、荊舒是懲、則莫我敢承、無父無君、是周公所膺也、我亦欲正人心、息邪說、距詖行、放淫辭、以承三聖者、豈好辯哉、予不得已也、能言距楊墨者、聖人之徒也、

○匡章曰、陳仲子、豈不誠廉士哉、居於陵、三日不食、耳無聞、

恣, Tse, laxare frenum, licenter.
楊 Yang, populus. 楊柳, Salix, vimen.

翟, Ti, longa cauda phasianus, phasiani pennæ. Tche, nomen districtus. *R.* 124.

---

(1) Yang et Mé non erant ejus temporis homines; at eorum doctrina per id temporis invalescebat : Yang, agnomine Tchou, Lao tse philosophi discipulus; Mé, agnomine Ti, e regno Song.

ait : qui me novit, is nonne scilicet ex meo vere et autumno? qui me criminatur, is nonne tantum ob meum ver et autumnum? At sancti reges non exurgunt, reguli indulgent licentiae, privati litterati sus deque disputant, Yang tchou et Mé ti dogmata implent imperium : imperii doctrinæ si non sequantur Yang, tunc accedunt Mé. Yang secta est pro *Ego*, quod est carere principe : Mé secta æque omnes diligit, id est non habere patrem : carere principe, carere patre est brutum esse animal (1). Sapiens Kong ming i aiebat : culina habet pingues carnes, equile habet pingues equos, et populus habet famis aspectum, desertaque loca habent fame enectos : id est adducere belluas ad devorandos homines. Yang et Mé doctrina nisi extinguatur, Confuciique doctrina nec resplendeat, ista perversa dogmata decipient populum, pleneque obstruent humanitatem et æquitatem. Humanitatem et æquitatem obstrui, jam est adducere feras devorare homines, hominesque mox se invicem devorabunt. Ego propter hoc expavi; tueor priorum sanctorum doctrinam, insector Yang et Mé, propello incondita dicta, perversa dogmata ne obtineant exurgere. Si enim exorta fuerint in alicujus corde, detrimentum derivabit in ejus opera; cumque prodiverint in ejus opera, pervertent ipsum ordinem (2). Si sancti viri iterum surgerent, non mutarent mea verba. Olim Yu continuit diluvii aquas et imperium tranquillatum fuit : Tcheou Dux sibi univit occiduos et boreales barbaros, abegit feras belluas et populi pace conquieverunt : Confucius perfecit sua chronica et turbulenti ministri prædonesque homines exterrefacti sunt. Carmen ait : « occidentales borealesque barbaros, hos profligavi; King et Chou regna, hæc perdomui, et tunc nemo mihi ausus est resistere. » Carentes patre et carentes principe, iidem ac quos Tcheou Dux profligavit. Ego etiam cupio dirigere hominum corda, extinguere prava dogmata, compescere dissolutas actiones, propellere perversa dicta, ut succedam tribus sanctis (3) : qui amem disputare? ego nequeo aliter facere. Qui potest disputando deturbare Yang et Mé, sanctorum est discipulus.

10. E T'si quidam K'oang tchang ait : concivis T'chen tchong tse, qui non est vere puræ abstinentiæ vir? Cum inhabitans vicum Ou ling (4) tres dies

---

(2) Ordinem seu naturalium seu civilium legum, aiunt interpretes.

(3) Magno Yu, Tcheou Duci et Confucio.

(4) Ou ling, ignobilis locus in Chan tong : nunc sub Tsi nan præfectura, prope urbem Tchang chan (長山縣), ad viginti stadia, libonotum versus.

目無見也、井上有李、螬食實者過半矣、匍匐
往將食之、三咽、然後耳有聞、目有見、孟子曰、
於齊國之士、吾必以仲子爲巨擘焉、雖然、仲
子惡能廉、充仲子之操、則蚓而後可者也、夫
蚓、上食槁壤、下飲黃泉、仲子所居之室、伯夷
之所築與、抑亦盜跖之所築與、所食之粟、伯
夷之所樹與、抑亦盜跖之所樹與、是未可知
也、曰、是何傷哉、彼身織屨、妻辟纑、以易之也、
曰、仲子、齊之世家也、兄戴、蓋、祿萬鍾、以兄之
祿、爲不義之祿、而不食也、以兄之室、爲不義
之室、而不居也、辟兄離母、處於於陵、他日歸、
則有饋其兄生鵝者、已頻顣曰、惡用是鶃鶃
者爲哉、他日其母殺是鵝也、與之食之、其兄

李 Li, prunus. 理, Apparare. R. 75.

螬 T'sao, scarabæus. 蠐螬, Lumbricus crassus et brevis.

咽 Yen, deglutire. 咽, Guttur. 咽 Yn, tympani modi. Yé 噎, cibo guttur obstructum.

擘 P'é, pollice findere. 巨擘, Pollex.

操 T'sao, tenere, servare 操, Expertus, assuetus : firmum propositum.

蚓 Yn, lumbricus, 螾.

跖 Tche, pedis planta, conculcare, 蹠.

纑 Lou, cannabis curata.

鵝 Ngo, anser domesticus.

頻 P'in, spatium inter supercilia : ripa : frequenter. 顰, Supercilium ex mœrore contrahere.

顣 Tsou, afflictus, supercilium ex mœrore contrahere, 蹙.

鶃 I, anseris clangor.

---

(1) Ejus abstinentiæ puritas consistebat in abstinendo ab impuris : impossibile autem est homini scire utrum nil iniquum sit in iis, quorum servitio indigemus; et tamen aliorum servitio indigent omnes.

nil comedisset, aures privabantur auditu, oculi privabantur visu : supra puteum erat prunus, et vermis exeserat fructum ultra dimidium jam; reptabundus accessit, volens comedere illum; ter deglutivit, et deinde auris habuit auditum, oculusque habuit visum. Mentsius ait : inter T'si regni litteratos, ego facile censeo Tchong tse esse majorem digitum. Licet tamen ita, Tchong tse qui valet pure abstinere (1)? Implere Tchong philosophi propositum, utique lumbricus sit, et tunc fas illud erit (2). Lumbricus hinc comedit siccam humum, inde bibit luteolam aquam : at Tchong tse quam habitat domum, sitne quam Pé i extruxit, an vero etiam latro Tche extruxit (3); et quod comedit millium sitne quod Pé i plantavit, an vero etiam quod latro Tche plantavit, id nondum sciri potest (4). Ait : id quid officit? Ille ipsemet intexit calceos, et uxor net cannabim, quibus commutent illa (5). Subdit : Tchong tse ex T'si regni præfectoria familia est (6). Frater Tai in urbe Ké censum habet decem mille campanas. Existimans fratris censum esse iniquum censum, noluit comedere; et existimans fratris domum non esse æquam domum, noluit habitare : fugiit fratrem, reliquit matrem, et commoratus est in Ou ling. Cum alia die reversus esset, en fuit qui dono offerret suo fratri vivum anserem (7) : ipse contracto supercilio ait : cui usui hujusmodi glacitans facit (8)? Alia die ejus mater occidit hunc anserem, cumque dedit illi manducandum. Ejus frater a foris adveniens ait : hæc

---

(2) Illud 則蚓而 specialem sibi vindicat attentionem. Particula 則, uti passim, discretiva est; at hîc ob subsequens 而, modum effert singularem.

(3) Tche, famosus latro, famosi Lieou hia hoei frater minor, Confucio coætaneus, quem etiam maledicis verbis impetivit.

(4) Particulæ 與 primo tono, recole usum. Si sola phrasim claudit, plerumque interrogat; sociata, interrogando exclamat; geminata vero dubium proponit.

(5) 易 tum de conductione domus, tum de emptione cibi dici potest.

(6) Præfectoria familia, cui scilicet hæreditaria est præfectura.

(7) Particulæ 則, quæ conclusionis est nota, probe hîc adnotandus est usus. Eam enim vidimus 1° consequentiam designare rationis, 修身則道立, excolit se, ergo virtus stabit; 無教則近於獸, si deest institutio, tunc accedet ad bruta : item 2° consequentiam facti, 哭則不歌, qua die exequiabatur, jam non cantabat. At hîc consequentiam temporis designat, 歸則有, cum domum adierit, en accidit ut.

(8) Improbabat scilicet fratrem recepisse donum. 頻顣 valet 顰蹙. Illius 爲, ad phrasis calcem, specialis est usus, qui neminem fugit.

自外至、曰、是鶃鶃之肉也、出而哇之、以母則不食、以妻則食之、以兄之室則弗居、以於陵則居之、是尚爲能充其類也乎、若仲子者、蚓而後充其操者也、

卷四

孟子曰、離婁之明、公輸子之巧、不以規矩、不能成方員、師曠之聰、不以六律、不能正五音、堯舜之道、不以仁政、不能平治天下、今有仁心仁聞、而民不被其澤、不可法於後世者、不行先王之道也、故曰、徒善不足以爲政、徒法不能以自行、詩云、不愆不忘、率由舊章、遵先王之法而過者、未之有也、聖人既竭目力焉、繼之以規矩準繩、以爲方員平直、不可勝用也、既竭耳力焉、繼之以六律正五音、不可勝用也、既竭心思焉、繼之以不忍人之政、而仁覆天下矣、故曰、爲高必因丘陵、爲下必因川澤、爲

哇 Wa, vomere : voces adulatoriæ, inhonestæ.

婁 Leou, nomen viri et stellæ. 塿, Colliculus. 婁 Liu, trahere : 屢, sæpe *R*. 38.

輸 Chou, perdere in ludo : tradere, dare. 輸, Res quæ traditur.

規 Koei, circinus : regula.

員 Yuen, numerale præfectorum, rerumque pretiosarum. 圓, Rotundus. Yun, augere : pilei species. 云, Littera auxiliaris : 員, Nomen, et cognomen. *R*. 30.

準 Tchoen, æquare, metiri : exemplar, regula : libella. 準, Tchouo, nasi filum. *R*. 85.

繩 Cheng, funis : fabrorum linea : rectum facere : continuare. 繩, Yng, herbæ jam semina proferentes.

glacitantis est caro. Exiit et evomuit illam. A matre, tunc non comedit; ab uxore autem rem comedit : da fratris domum, jam non habitat; da Ou ling, statim habitat illud (1). Hujusmodi an adhuc censetur posse adimplere sui propositi genus? Iste Tchong tse lumbricus sit, et tunc implebit suum propositum.

CAPUT QUARTUM.

Mentsius ait : lyncèi Li leou acumen, et opificis Kong chou tse dexteritas, nisi utatur circino et norma, non poterit efficere quadratum et rotundum : musici K'oang auditus, nisi utatur sex modulis, non poterit temperare quinque sonos (2) : Yao et Choen agendi ratio, nisi utatur humano gubernio, non poterit ad pacem moderari imperium. Præsentes vero habent humanum cor et humanitatis famam, et tamen populus non recipit eorum beneficia, nec possunt exemplar fieri pro sequentibus generationibus; est quod non agunt pristinorum regum instituta (3). Ideo dicitur : nuda probitas non sufficit ad exercendum regimen, nuda lex non potest a seipsa habere cursum. Carmen (III. 15.) ait : « nihil peccantes, nihil omittentes, insistentes in prisca instituta : » qui obsecutus priorum regum institutis adhuc erraverit, is nondum extitit. Sancti viri cum exhausissent oculorum vim, id continuarunt per circinum, normam, libellam et perpendiculum, ad facienda quadrata, rotunda, plana et recta, nunquam exhauriendi usus (4) : cum exhausissent aurium potentiam, id subsecuti sunt per sex modulos, et temperarunt quinque modulationes, non exhauriendæ utilitatis : cum exhausissent animi facultatem, id subsecuti sunt per alienum ab inhumanitate regimen, et humanitas contexit imperium. Ideo dicitur : extruens alta debes inniti collibus, extruens depressa

(1) 以, adhibe, pone, da. Ordinaria usurpatur significatione, et tamen usum exhibet singularem : varia enim membra discernit, ut particulæ 於 locum tenere videatur. Si agitur de matris dono, non; si de uxoris opera, utique : si de fraterna domo, non; si de aliena, utique.

(2) Li leou sub 黃帝 oculorum acie mirus, Kong chou tse e regno Lou celebris artifex, K'oang e regno 晉 peritus musicus.

(3) Nota illius 者 vim : quod nequeant magni fieri, est quod non tenent pristina instituta.

(4) Primum naturales facultates summo studio impenderunt : dein regulas et instrumenta, natura edocti, instituerunt; magni sane usus atque inextinguibilis utilitatis in posteros, qui eadem methodo usuri essent.

政不因先王之道、可謂智乎、是以惟仁者、宜在高位、不仁而在高位、是播其惡於衆也、上無道揆也、下無法守也、朝不信道、工不信度、君子犯義、小人犯刑、國之所存者幸也、故曰、城郭不完、兵甲不多、非國之災也、田野不辟、貨財不聚、非國之害也、上無禮、下無學、賊民興、喪無日矣、詩曰、天之方蹶、無然泄泄、泄泄猶沓沓也、事君無義、進退無禮、言則非先王之道者、猶沓沓也、故曰、責難於君、謂之恭、陳善閉邪、謂之敬、吾君不能、謂之賊、

○孟子曰、規矩、方員之至也、聖人、人倫之至也、欲爲君、盡君道、欲爲臣、盡臣道、二者、皆法堯舜而已矣、不以舜之所以事堯事君、不敬其君者也、不以堯之所以治民治民、賊其民者也、孔子曰、道二、仁與不仁而已矣、暴其民甚、則身弑國亡、不甚、則身危國削、名之曰幽厲、雖孝子慈孫、百世

‘揆 K‘oei, perpendere, examinare.
沓, Ta, superimponere, cumulare.
沓沓, Remisse. *R.* 85.

削, Sio, cultro abradere, adimere.
削’ Siao, vagina. ‚削 Chao, prædium ab imperatore datum.

---

(1) A principe ad ministros fit gradus; de his in carmine agitur. 蹶’ legitur Koei, 泄’ legitur I.

debes inniti amnibus et stagnis. Agendo regimen non sequi priorum regum normam, potestne vocari prudentia? Ideo solus perfectus meretur insidere supremo solio : si imperfectus adhuc insideat excelso solio, erit expandere ejus malum in multitudinem. Si enim superior non habeat virtutis moderamen, ministri nec habebunt legis custodiam; et hinc regia non acquiescit rectæ rationi, administri non acquiescent legibus, summates violabunt justitiam, plebeii transgredientur leges : et si regnum sit quid perdurans, fortuna erit. Ideo dicitur : mœnia et suburbia nondum esse completa, arma et loricas minus abundare, non est regni exitium : agros camposque non proscindi, merces opesque non coacervari, non est regni detrimentum. Si superiores careant honestate et inferiores careant institutione, noxius populus exoritur, et ruina propediem est. Præterea (1) Carmen (III. 20.) ait : « cœlum dum premit, ne ita commode, commode: » commode, commode, scilicet remissi, remissi. Servire principi sine æquitate, inire vel abdicare sine honestate, sermonibus vero carpere priorum regum instituta, perinde est ac negligentes et socordes esse (2). Ideo dicitur : inculcare difficilia principi dicitur observantia; proponere bonum et reprimere sævitiam, dicitur sedulitas : illud « meus princeps non potest » dicitur pestis.

2. Mentsius ait : Circinus et norma, quadrati et rotundi apex; sanctus vir, hominis officiorum summum est. Volens agendo principem exhaurire principis normam, volens agendo ministrum exhaurire ministri virtutem, ambo æque imitentur Yao et Choen et nihil amplius. Non per id juxta quod Choen servivit Yao, servire principi, est non revereri suum principem. Non juxta id per quod Yao gubernavit populum, gubernare populum, est nocere suo populo. Confucius aiebat : via duplex, humanitas et inhumanitas, et nihil praeterea. Si quis opprimat suum populum vehementer, tunc ipse perimitur et regnum occidit; si non multum, tunc ipse periclitatur et regnum imminuitur. Cognominabuntur nomine obscurorum et crudelium (3) : et quamvis pii sint filii et humani nepotes, per centum generationes, non poterunt

---

(2) Particulæ 則 perpende vim. Ea ergo designat 1° sequelam, sive rationis, *ergo;* sive facti, *tunc;* sive temporis, *statim.* Est 2° discretiva, *vero,* 苗則槁矣 germina vero aruerant : 是則可憂也 id vero potest doleri : 言則非道 sermonibus vero carpunt doctrinam. 3° aliquid concedit ut aliud negetur, 美則美矣 bonum quidem bonum est, at.

(3) Recole decimum et duodecimum tertiæ dynastiæ imperatorem.

不能改也、詩云、殷鑒不遠、在夏后之世、此之謂也、

○孟子曰、三代之得天下也以仁、其失天下也以不仁、國之所以廢興存亡者、亦然、天子不仁、不保四海、諸侯不仁、不保社稷、卿大夫不仁、不保宗廟、士庶人不仁、不保四體、今惡死亡而樂不仁、是猶惡醉而强酒、

○孟子曰、愛人不親、反其仁、治人不治、反其智、禮人不答、反其敬、行有不得者、皆反求諸己、其身正、而天下歸之、詩云、永言配命、自求多福、

○孟子曰、人有恒言、皆曰天下國家、天下之本在國、國之本在家、家之本在身、

○孟子曰、爲政不難、不得罪於巨室、巨室之所慕、一國慕之、一國之所慕、天下慕之、故沛然德教溢乎四海、

○孟子曰、天下有道、小德役大德、小賢役大賢、天下無道、小役大、

鑒) Kien, speculum : illuminare : videre, 鑑.

醉) Tsoei, ebrius : Spiritus oblatis delectati.

慕) Mou, amare, cogitare, cum amore reminisci. *R*. 61.

immutare illud. Carminis (III. 21.) effatum : « Yn speculum non est remotum; est in Hia principum generationibus » id significat (1).

3. Mentsius ait : tres dynastiæ obtinuerunt imperium per humanitatem, ipsæque amiserunt imperium per inhumanitatem (2). Regna unde decidunt vel vigent, supersunt pereuntve, idipsum est. Imperator inhumanus non conservabit quatuor maria; reguli inhumani non conservabunt Tellurem et Cererem (3); ministri et toparchæ inhumani non conservabunt avorum delubra (4); litterati et plebeii homines inhumani non conservabunt quatuor membra. Porro exhorrescere interitum et delectari inhumanitate est velut odisse ebrietatem et tamen ingurgitari vino.

4. Mentsius ait : Si quis amans alios non redamatur, circumspiciat suam humanitatem : si regit alios et non corriguntur, rependat suam prudentiam : si urbane excipit alios et non respondent, examinet suam obsequentiam : cum actio aliquid non assequitur, omnia ad se reversus exquirat a semetipso : ejus persona recta sit, et imperium se subdet illi. Carmen ait : « semper cogitans acquiescere cœli mandato, sibi accersit multa prospera ».

5. Mentsius ait : homines habent constantem dictionem et passim dicunt : imperium, regnum, familia : imperii radix est in regno, regni fundamentum est in familia, familiæ fundamentum est in persona (5).

6. Hinc Mentsius ait : agere regimen caret difficultate : ne suscipias offensionem apud magnas familias (6) : magnæ familiæ quem amant, totum regnum amat illum, totumque regnum quem amat, et imperium amat illum : idcirco pluviæ abundantis instar virtutis documenta exundabunt in quatuor maria.

7. Mentsius ait : cum imperii viget ordo, minor virtus inservit majori virtuti, minor sapientia subest majori sapientiæ : cum imperii jacet ordo,

---

(1) Dynastiæ Yn ultimus, exemplum habet in dynastiæ Hia ultimo imperatore.

(2) Obtinuerunt Yu, T'ang, Wen, Ou : amiserunt Kié, Tcheou, Yeou, Li.

(3) Terræ frugumque spiritus, quibus regulus litare poterat, regnum cum regulo in tutelam recipere et deserere dicebantur.

(4) Jus in avitis aulis parentandi præfectorum dignitati adhærebat.

(5) En ratio cur semper eo ordine tria vocabula proferantur.

(6) Morum pravitate ne eas offendas.

弱役强、斯二者、天也、順天者存、逆天者亡、齊景公曰、既不能令、又不受命、是絕物也、涕出而女於吳、今也、小國師大國、而恥受命焉、是猶弟子而恥受命於先師也、如恥之、莫若師文王、師文王、大國五年、小國七年、必爲政於天下矣、詩云、商之孫子、其麗不億、上帝既命、侯于周服、侯服于周、天命靡常、殷士膚敏、祼將于京、孔子曰、仁不可爲衆也、夫國君好仁、天下無敵、今也、欲無敵於天下、而不以仁、是猶執熱、而不以濯也、詩云、誰能執熱、逝不以濯、

○孟子曰、不仁者、可與言哉、安其危、而利其菑、樂其所以亡者、不仁而可與言、則何亡國敗家之有、有孺子歌曰、滄浪之水清兮、可以濯我纓、

涕 T'I, lacrymari.

麗 LI, pulcher : res rei affixa, adhærere : duo, numerus. 麗, Separatim : Coreæ regnum.

祼 KOAN, libare, defuncti substituto vinum offerre libandum.

京 KING, regia : magnus : collis eminens. *R.* 8.

滄 T'SANG, aquæ plurimæ.

浪 LANG, n. fluminis. 浪, Fluctus.

纓 YNG, offendimentum, pilei vittæ sub mento colligatæ.

---

(1) 物 valet 人 : 絕物, ita disjungi ab homine, ut, pace abrupta, inimicitias et bellum suscipere necesse sit.

(2) A regulo regni Ou provocatus, non habens resistendi vires, morem maluit

parvi serviunt magnis, debiles serviunt fortibus. Hæc duo e cœlo sunt : qui obsecundat cœlo, servatur; qui adversatur cœlo, peribit. T'si King regulus dixit : quando non possim jussa dare, si etiam nolim jussa recipere, id erit abrumpere pacem cum aliis (1) : lacrymas fudit et filiam misit ad barbarum Ou (2). Nunc vero, parva regna imitantur magna regna (3), et tamen erubescunt recipere jussa : id perinde est ac discipulus qui erubesceret accipere mandata a seniore magistro. Si id erubescant, nil æque erit ac imitari Wen regem : imitando Wen regem, majus regnum intra quinque annos, minus regnum intra septem annos, haud dubie exercebit regimen in imperio. Carmen (III. 1.) ait : «dynastiæ Chang nepotes, eorum numerus non tantum centum mille : at supremus Dominator cum jusserit, modo sub Tcheou se subjecerunt : modo se subjecerunt sub Tcheou, cœli destinatione non habente stabilitatem. Et Yn ministri magni et diligentes libationi ministrant in metropoli (4).» Confucius ait : «quia humanus, non potuit censeri multitudo : regni princeps qui amet humanitatem, in imperio non habet adversarium.» Nunc vero volunt non habere adversarium in imperio, nec tamen utuntur humanitate; id perinde est ac arripere rem calentem et tamen non uti gelidæ ablutione. Carmen (III. 23.) inquit : quis potest capere calentia, nondum usus lavatione (5)?

8. Mentsius ait : inhumanos qui datur colloqui? quieti habentes sua pericula et lucro habentes suas calamitates, delectantur id ex quo ipsi corruunt : inhumanos si adhuc daretur colloqui, tunc qui unquam ruina regnorum excidiumque familiarum existeret? Erat puellus cantans sic : si T'sang lang aqua pura sit, possum ea lavare meas pilei vittas : si T'sang lang aqua sit

---

gerere quam bellum tentare, et filiam pro pacis conditione tradidit.

(3) Dissolutione scilicet.

(4) Non solum populus, videns cœlestem imperii destinationem esse ad familiam Tcheou devolutam, ei se subdidit, sed etiam proceres, qui proinde novum imperatorem libantem adjuvant. Ideo autem, ait Confucius, tanta multitudo uni cessit homini, quod is humanus esset. 麗 numerus, 膚 magnus, 將 adjuvare : 侯 particula, idem valet ac 維 : 祼 ritus erat libationis in gentilitiis sacris, cum nempe adstantes ministri vinum vasi infunderent, et manium Repræsentatori offerrent, is vero vinum in terram effunderet.

(5) 逝 particula expletiva.

滄浪之水濁兮、可以濯我足、孔子曰、小子聽之、清斯濯纓、濁斯濯足矣、自取之也、夫人必自侮、然後人侮之、家必自毀、而後人毀之、國必自伐、而後人伐之、太甲曰、天作孽、猶可違、自作孽、不可活、此之謂也、

○孟子曰、桀紂之失天下也、失其民也、失其民者、失其心也、得天下有道、得其民、斯得天下矣、得其民有道、得其心、斯得民矣、得其心有道、所欲與之聚之、所惡勿施爾也、民之歸仁也、猶水之就下、獸之走壙也、故爲淵敺魚者、獺也、爲叢敺爵者、鸇也、爲湯武敺民者、桀與紂也、今天下之君、有好仁者、則諸侯皆爲之敺矣、雖欲無王、不可得已、今之欲王者、猶七年之病、求三年之艾也、苟爲不畜、終身不得、苟不志於仁、終身憂辱、以陷於死亡、詩云、其何能淑、載胥及溺、此之謂也、

○孟子曰、自暴者、不可與有言也、自棄者、不可與有爲也、言

濁, Tchouo, sordidus.

壙, K'oang, desertum. 曠, Amplum, vacuum.

敺, K'iu, propellere, 驅. Ngeou 毆, verberare. R. 66.

獺, T'a, Ta, lutra.

叢, T'song, densus, frondosus, coadunare. R. 29.

鸇, Tchan, tinnunculus alaudarius.

艾, Ngai, artemisia sinensis : formosus : quinquagenarius : plusquam dimidium. I 刈, herbas praecidere.

淑, Chou, bonus, pacificus, nitidus.

turbida, potero uti ad lavandum meos pedes (1). Confucius ait : «filioli, audite illum : si pura, tunc lavat pilei redimicula; si turbida, tunc lavat pedes; ipsamet sibi alterutrum assumit. » Et sane homines profecto ipsi se despicatui habent, et deinde alii despiciunt illos; familiæ profecto ipsæ se evertunt, et deinde alii evertunt illas; regna profecto ipsa se expugnant, et deinde alii expugnant illa. Annalium T'ai kia inquiens : « cœlitus exortae calamitates adhuc possunt præverti; si a te exurgant calamitates, non poteris vivere » idipsum significat.

9. Mentsius ait : Kié et Tcheou amiserunt imperium, cum amiserint suos populos : amittere autem suos populos est amittere eorum cor. Possidendi imperium constat via ; posside ejus populum, et tunc possidebis imperium : possidendi ejus populum adest ratio; posside ejus cor, et tunc possidebis populum : possidendi ejus cor existit ars; quod exoptat, pro illo cumules id; et quod aversatur, ne inferas scilicet (2). Populi se convertunt ad humanitatem, sicut aquae petunt ima, et ferae accurrunt deserta. Idcirco adversus aquae fundum impellens pisces, lutra est; densas versus arbores propellens aviculas, accipiter est; ad T'ang et Ou abigens populos, Kié est atque Tcheou (3). Nunc ex imperii principibus si esset amator humanitatis, tunc reguli omnes ad illum propellerent : licet vellet non regnare, non posset abstinere. In præsens volentes regnare perinde sunt ac si septem annorum ægrotus quærat trium annorum artemisiam (4). Si committat ne mature colligat, tota vita non inveniet : si non incumbant in humanitatem, tota vita mœrore et dedecore afficientur, usquedum decident in interitum. Carmen (III. 23.) aiens : «hujusmodi quî poterit bene esse ? ergo simul in naufragium;» idipsum significat (5).

10. Mentsius ait : qui sibi vim faciunt, impossibile cum iis habere sermonem : qui sibi deficiunt, impossibile cum iis aggredi facinus : sermonibus

---

(1) T'sang lang, de quo hîc, ponunt quidam in Chan tong, ad 縣 [illegible] septentrionem.

(2) Recole illius 爾也 propriam vim; *tantum hoc.*

(3) 爲, *in gratiam, pro;* illos versus impellere populum.

(4) Cum nempe inveteratus jam morbus promptum exigit remedium, tunc quærunt difficilem inventu medicinam : nisi ergo mature sibi comparent, ut in antecessum exsiccata præsto sit, morte præoccupari necessum erit.

(5) 載 valet 則, particula illativa : 及 pervenire ad.

徒也、小子鳴鼓而攻之、可也、由此觀之、君不行仁政、而富之、皆棄於孔子者也、況於爲之强戰、爭地以戰、殺人盈野、爭城以戰、殺人盈城、此所謂率土地而食人肉、罪不容於死、故善戰者、服上刑、連諸侯者、次之、辟草萊、任土地者、次之、

○孟子曰、存乎人者、莫良於眸子、眸子不能掩其惡、胷中正、則眸子瞭焉、胷中不正、則眸子眊焉、聽其言也、觀其眸子、人焉廋哉、

○孟子曰、恭者不侮人、儉者不奪人、侮奪人之君、惟恐不順焉、惡得爲恭儉、恭儉、豈可以聲音笑貌爲哉、

○淳于髡曰、男女授受不親、禮與、孟子曰、禮也、曰、嫂溺、則援之以手乎、曰、嫂溺不援、是豺狼也、男女授受不親、禮也、嫂溺援之以手者、權也、曰、今天下溺矣、夫子之不援、何也、

萊 Lai, herbæ silvestres, terra inculta : chenopodium ?

眸 Meou, pupilla.

胷 Hiong, pectus, 胸.

瞭 Leao, oculorum nitor.

眊 Mao, oculus obscurus, cæcutire.

淳 Choen, simplex, purus, sincerus. Tchoen, imbuere, irrigare : 淳, panni latitudo.

髡 K'oen, 髡, K'ou, capillos radere, arbor glabra.

男 Nan, masculus : Baro. *R.* 102.

嫂 Sao, fratria, fratris majoris uxor.

豺 T'chai, lupus.

tympanis ad impugnandum illum, decet. Ex quo perspicitur, qui principem non agentem humanum regimen adhuc ditant illum, omnes rejici a Confucio; quanto magis qui pro illo vi præliantur? Si contendant de terra per prælium, occisi homines replebunt campos; si contendant de urbe per prælium, occisi homines implebunt urbem. Id est quod dicitur adducere terram ad comedendum hominum carnes; crimen nec expiabile per mortem. Idcirco peritus bellare obnoxius est summo supplicio, consocians regulos proximus ab eo est (1), et extricandis dumetis, imponens territorii terras, sequitur secundum (2).

15. Mentsius ait : e contentis in homine nihil ingenuum præ pupilla : pupilla non potest occultare illius pravitatem : si corde medio rectus sit, tunc pupilla clare nitet; si pectus intra non sit rectus, tunc pupilla obscuratur. Ausculta ejus verba, inspice ejus pupillam; homo quî occultabitur?

16. Mentsius ait : officiosus non despicit alios, temperatus non expilat alios. Despiciens et expilans alios princeps solum timet ne non sibi obsecundent; quî poterit censeri officiosus et temperatus? officium et temperantia numquid potest per vocis sonum et ridentem vultum fieri (3).

17. Choen yu k'oen (4) ait : ut vir et mulier dent recipiantque non propriis manibus, estne ritus? Mentsius respondet : est ritus. Subdit : si fratria submergatur, an tunc efferam illam cum manu? Respondit : fratriam submergentem non liberare, id esset luporum. Virum et mulierem dare et accipere non propriis manibus, ritus est : fratriam submergentem efferre illam cum manu, æqua est exceptio (5). Instat : nunc imperium submergitur, et magister non succurrit; quare? Respondit : imperium naufragum liberatur

---

(1) Per ea tempora, multi erant, qui regna obibant, regulosque alium cum alio contra alium consociare contendebant, ad variandas per summum nefas armorum vices, incredibili totius societatis damno.

(2) Agitur de iis qui, cum magno populi onere, volunt ei infructiferas terras usque ad frustum colendas imponere, ut ditent principes. 辟 sonat 闢.

(3) Despiciebant et expilabant ejus temporis reguli, cum sine modo emungebant populum, et sine ratione milites in aliorum regna inferebant, terrasque sibi vindicabant.

(4) E T'si disputator, cognomine Choen yu.

(5) Æqua exceptio, epikeia, dicitur rationis trutina, quod hæc circumstantias pensat, quidque præponderandum decernit.

曰、天下溺、援之以道、嫂溺援之以手、子欲手援天下乎、

○公孫丑曰、君子之不教子、何也、孟子曰、勢不行也、教者必以正、以正不行、繼之以怒、繼之以怒、則反夷矣、夫子教我以正、夫子未出於正也、則是父子相夷也、父子相夷、則惡矣、古者易子而教之、父子之間不責善、責善則離、離則不祥莫大焉、

○孟子曰、事孰爲大、事親爲大、守孰爲大、守身爲大、不失其身、而能事其親者、吾聞之矣、失其身而能事其親者、吾未之聞也、孰不爲事、事親、事之本也、孰不爲守、守身、守之本也、曾子養曾晳、必有酒肉、將徹、必請所與、問有餘、必曰有、曾晳死、曾元養曾子、必有酒肉、將徹、不請所與、問有餘、曰亡矣、將以復進也、此所謂養口體者也、若曾子、則可謂養志也、事親若曾子者可也、

○孟子曰、人不足與適也、政不足與閒也、惟大人爲能格君心

---

(1) Manu regulis data, contra normam.

(2) Dicet tunc filius.

(3) Correctio mutua, amicorum propria.

(4) Servire principi et seniori, etiam servitus est; custodire regnum et præfecturam, etiam custodia est : at servire parentibus et custodire seipsum est fundamentum.

per ordinem, fratria naufraga educitur cum manu : tunc vis manu sustollam imperium (1)?

18. Kong suen t'cheou ait : sapiens non facit scholam filio, quare? Mentsius reponit : rerum conditio non fert : præceptor enim debet uti correctione, et si per correctionem non proficit, rem prosequetur per iracundam castigationem : rem autem prosequens per castigationem, jam e contrario sauciabit. Sic enim magister, instituit me ad æquitatem, et en magister non procedit ab æquitate (2). Sic ergo pater filiusque se mutuo sauciabunt. Porro si pater filiusque se mutuo sauciabunt, tunc malum erit. Veteres permutabant filios ad erudiendum eos. Patrem inter et filium nulla correctio ad frugem (3) : si sit correctio ad frugem, tunc erit alienatio; si vero alienatio, jam infelicitas nulla major.

19. Mentsius ait : in serviendo quid est majus? servire parentibus est majus : in custodiendo quid est majus? custodire seipsum est majus. Qui non defecerit a se ipso, hunc potuisse subservire suis parentibus, ego audivi hoc : deficere a seipso et adhuc potuisse subservire suis parentibus, ego nondum id audivi. Quænam non est servitus? at servire parentibus servitutis radix est (4) : quid non est custodire? at custodire seipsum custodiendi est fundamentum. Cum Tseng tse ministraret patri suo Tseng si, omnino prostabat vinum et caro : jam fercula ablaturus, omnino interrogabat cuinam daret; interrogantique an esset reliquum, semper respondebat esse. Tseng si defuncto, Tseng yuen ministrabat Tseng tse : omnino aderat vinum et caro, sed fercula remoturus non petebat cuinam daret, interrogantique an esset reliquum, respondebat non esse, usurus ut iterum apponeret (5). En quod dicitur inservire ori et corpori. Quod ad Tseng tse vero, dici poterat subservire voluntati. Serviens parentibus qui similet Tseng tse, is bene.

20. Mentsius ait : principis homines non expedit apud eum improbare, administrationem non expedit apud eum carpere (6) : tantum insigniores viri sunt potis

(5) Volebat residuum servare, ut iterum patri apponeret; non ut Tseng tse quærebat patris vota explere.

(6) In homines, quos princeps sibi adjungit, improbandos, ejusque administrationem vituperandam, non debet quilibet se ingerere. Magni enim est principem dirigere, adeoque nonnisi insignes viri id aggredi debebunt. Notat in hunc textum Interpres litteram 與 quæ est in primo membro, in secundo ante litteram 間 desiderari; adeoque suppleri solet in scholis : ea vero hic denotat principis congressum, secundo tono scilicet. 適 sonat 謫.

之非、君仁莫不仁、君義莫不義、君正莫不正、一正君、而國定矣、

○孟子曰、有不虞之譽、有求全之毀、

○孟子曰、人之易其言也、無責耳矣、

○孟子曰、人之患、在好爲人師、

○樂正子從於子敖之齊、樂正子見孟子、孟子曰、子亦來見我乎、曰、先生何爲出此言也、曰、子來幾日矣、曰、昔者、曰、昔者、則我出此言也、不亦宜乎、曰、舍館未定、曰、子聞之也、舍館定、然後求見長者乎、曰、克有罪、

○孟子謂樂正子曰、子之從於子敖來、徒餔啜也、我不意子學古之道、而以餔啜也、

○孟子曰、不孝有三、無後爲大、舜不告而娶、爲無後也、君子以爲猶告也、

○孟子曰、仁之實、事親是也、義之實、從兄是也、智之實、知斯二者、

全 T'siuen, integrum, omnino. *R.* 11.

館 Koan, hospitium, diversorium.

餔 Pou, vesci : cibare. 餔, Placenta, 餹餔.

啜 T'chouo, comedere, gustare.

dirigere regii cordis errata : si princeps humanus, nullus non humanus; si princeps justus, nullus non justus; si princeps rectus, nil non rectum : semel directo principe, jam regnum stabilitur.

21. Mentsius ait : existunt præter expectationem encomia, existunt quærentium integritatem calumniæ (1).

22. Mentsius ait : homines incuriosi sunt suorum verborum; nemine reprehendente scilicet (2).

23. Mentsius ait : hominum pernicies est quod ament fieri aliorum magistri.

24. Discipulus Yo tcheng tse secutus ministrum Tse ngao (3), petivit T'si, et invisit Mentsium, qui ait : tu adhuc venis invisere me? Respondit : magister, ad quid profers hoc verbum? Subdit : tu venisti a quot diebus? Respondit : nudius tertius. Subdit : nudius tertius; me ergo proferre hoc verbum nonne quidem decebat? Reponit : hospitium nondum fixum fuerat. Ait : an tu illud audiveris, hospitio constituto, tunc demum quærendum invisere superiores? Respondit : ego K'o in noxa sum.

25. Mentsius alloquens Yo tcheng tse ait : tu secutus Tse ngao venisti, nonnisi comestum et potatum. Ego non cogitassem te studuisse veterum doctrinæ, idque ut comessares et biberes.

26. Mentsius ait : defectus pietatis extat triplex (4) : carere posteris est major (5). Choen non præmonuit parentes, et matrimonium iniit, quia caruisset posteris : sapientes aeque habent ac si praemonuisset.

27. Mentsius ait : humanitatis genuinus fructus, servire parentibus nempe est; aequitatis fructus, obsequi fratribus est : prudentiae effectus,

---

(1) Sunt qui absque prævio merito fortuito celebrantur, sunt qui quærunt perfectum, et calumnias patiuntur : ergo sive in te sive in aliis judicandis, neque laude neque vituperio hominum innitendum.

(2) Sunt incuriosi, nonnisi quod nemo hucusque reprehendit : nota vim particulæ 耳.

(3) Tse ngao, scilicet Wang hoan 王驩.

(4) Primus est connivere malo, secundus vero deserere sine refugio.

(5) Sic enim deerit parentibus, qui statas libationes quotannis offerat. Ideo Choen timens parentum negationem, non præmonuit, et uxorem duxit.

TCHOUO, flere. 諑, Loquax. | 娶 T'SIU, uxorem ducere.

弗去是也、禮之實、節文斯二者、是也、樂之實、樂斯二者、樂則生矣、生則惡可已也、惡可已、則不知足之蹈之、手之舞之、

○孟子曰、天下大悅而將歸己、視天下悅而歸己、猶草芥也、惟舜爲然、不得乎親、不可以爲人、不順乎親、不可以爲子、舜盡事親之道、而瞽瞍底豫、瞽瞍底豫、而天下化、瞽瞍底豫、而天下之爲父子者定、此之謂大孝、

○孟子曰、舜生於諸馮、遷於負夏、卒於鳴條、東夷之人也、文王生於岐周、卒於畢郢、西夷之人也、地之相去也、千有餘里、世之相後也、千有餘歲、得志行乎中國、若合符節、先聖後聖、其揆一也、

芥 KIAI, sinapi : herbula.

瞍 SEOU, oculus sine pupilla, 瞍.

底 底 TI, imus, fundum : impedire. 厎, Pervenire. TCHE, petra molaris : planus.

條 T'IAO, rami : longus : ordo : articulus, tractus, numerale rerum oblongarum : redimicula : interlucare : cæcias : betula? TI 滌, cognomen. *R*. 75.

郢 YNG, nomen loci in Hou pé 荊州府.

符 FOU, credere : scriptura sigillo munita.

---

(1) Extra prodibunt filialis et fraterna observantia.

(2) Lætitiæ ubertas tripudiantem efficiet.

(3) Qui nempe non potest belle reformare parentum voluntatem ita ut ad eam se usque conformare juxta rationem possit, et sic illos contentos efficere.

(4) Tchou fong in antiqua 冀州, Fou hia in regno Wei 衛, Ming t'iao ad Ngan i 安邑 districtus occidentem in Chan si, qua T'ang tyrannum

cognoscere haec duo et non deserere, is est : civilitatis effectus, moderari et exornare haec duo, scilicet est; musicae effectus, delectari his duobus. Si delecteris, tunc prodibunt (1); prodeuntia vero quî poterunt comprimi : non poterunt comprimi, tunc quin advertas pedes saltabunt illa, manusque plaudent illa (2).

28. Mentsius ait : dum imperium valde contentum, jam esset se ipsi subditurum, qui respiceret imperii amorem sibique subjectionem veluti graminis herbam, nonnisi Choen erat hujusmodi : quia non iniens gratiam apud parentes, non potest censeri homo; impos secundari a parentibus (3), non potest vocari filius. Choen exhausit serviendi parentibus modum, et Kou seou pervenit ad jucunditatem. Kou seou pervenit ad jucunditatem et imperium conversum est : Kou seou pervenit ad jucunditatem, et in imperio qui erant patres filiique confirmati sunt. Hujusmodi dicitur magna pietas.

PARS POSTERIOR.

1. Mentsius ait : Choen natus in Tchou fong, migravit in Fou hia, obiit in Ming t'iao; orientalium confinium homo (4) : Wen rex natus in K'i tcheou, obiit in Pi yng; occidentalium confinium homo (5). Regiones invicem distabant mille et amplius stadia; generationes invicem subsequebantur mille et amplius annos. Compotes voti egerunt in medio regno, veluti cohaeret compactilis tessera (6). Priores sancti, posteriores sancti, eorum trutina una est (7).

Kié profligavit.

(5) K'i tcheou, nunc 鳳 et 咸 districtus in Chan Kan 陝 甘. Pi yng prope antiquas 豐 et 鎬 in Si ngan fou.

(6) Syngraphus regius sculpebatur in junctura fissilis tabulæ onychinæ, ad sigilli instar : pars dextera servabatur a principe, sinistra alteri tradebatur; utraque invicem cohærens fidem faciebat. Hujusmodi sigillum vocabatur 符 節, seu tessera (節) cum suo respondente (符), ad fidem probandam (符), utrumque enim hoc vocabulum significat. Erat autem antiquitus e jaspide plerumque factum : sed extabat etiam ex bambusa, et sic inter varias tesseras in præviis notis descriptas, fissilis illa quæ in teloniis usui erat, etiam 符 節 vocabatur.

(7) Idem de rebus doctrinaque judicium.

○子產聽鄭國之政、以其乘輿、濟人於溱洧、孟子曰、惠而不知爲政、歲十一月徒杠成、十二月輿梁成、民未病涉也、君子平其政、行辟人、可也、焉得人人而濟之、故爲政者、每人而悅之、日亦不足矣、

○孟子告齊宣王曰、君之視臣如手足、則臣視君如腹心、君之視臣如犬馬、則臣視君如國人、君之視臣如土芥、則臣視君如寇讎、王曰、禮爲舊君有服、何如斯可爲服矣、曰、諫行言聽、膏澤下於民、有故而去、則君使人導之出疆、又先於其所往、去三年不反、然後收其田里、此之謂三有禮焉、如此、則爲之服矣、今也爲臣、諫則不行、言則不聽、膏澤不下於民、有故而去、則君搏執之、又極之於其所往、去之日、遂收其田里、此之謂寇讎、寇讎何服之有、

○孟子曰、無罪而殺士、則大夫可以去、無罪而戮民、則士

溱 TCHEN, nomen fluminis : multitudo.

洧 WEI, nomen fluvii.

杠 KANG, ponticulus, hastile. *R.* 75.

涉 CHÉ, flumen vado transire.

腹 FOU, venter : abundans.

寇 K'EOU, latro, inimicus, nocere.

膏 KAO, pinguedo. 膏, Pinguedine linire.

導 TAO, adducere, docere, regere.

收 CHEOU, capere, recipere. 收, Messis.

搏 PO, manu percutere : arripere prædam : tenere.

2. Toparcha Tse t'chan arbiter Tcheng regni administrationis, quo ipse vehebatur curru trajecit hominem in fluviis Tchen et Wei (1). Mentsius ait : beneficus, at ignarus exercendi gubernii. Per annum undecima lunatione peditum pontes perficiantur, duodecima lunatione curules pontes perficiantur, et populus non laborabit ad vadi transitum (2). Sapiens æque distribuit suam administrationem, et incedens vel findere turbam potest (3). Qui posset singulos homines sic trajicere illos? Sane agens regimen, si unicuique homini sic satis ei faceret, dies etiam non sufficeret.

3. Mentsius commonens T'si Siuen regem ait : si princeps respiciat ministros veluti manus et pedes, tunc ministri spectabunt principem sicut viscera et cor : si princeps habeat ministros tanquam canes et equos, tunc ministri habebunt principem veluti regni popularem : si princeps consideret ministros quasi cœnum et gramen, tunc ministri considerabunt principem tanquam latronem et hostem. Rex ait : ritus est ut pro pristino principe induantur lugubria : quomodo faciet ut possint pro ipso indui lugubria (4)? Respondit : monita exequetur, verba audiet, pinguia beneficia demittet in populum : et si adsit causa ut ille discedat, tum princeps mittet homines deducere illum extra confinia, et etiam præcedet apud quem ille adibit; et si profectus a tribus annis non revertatur, tunc demum recipiet illius censum et habitationem : quod dicitur ter exercere ritus. Si ita se gerat, tunc pro ipso induentur lugubria. Nunc vero agentis ministrum monita quidem non peraguntur, consilia vero non audiuntur, nec beneficia deferuntur in populum. Si adsit causa ut abeat, tunc princeps vinculis retinet illum, et etiam ad incitas redigit illum illic quo ipse abit, et discessus die, statim accipit illius agros et habitationem. Hujusmodi vocatur prædo et hostis : pro praedone et hoste, qui lugubria induendi locus erit?

4. Mentsius ait : si immunes culpa adhuc occidantur litterati, tunc magni praefecti poterunt abire : si absque culpa adhuc enecetur populus,

(1) Fluvii in regno Tcheng, inter duos 溱 et 洛 fluvios positi.

(2) Scilicet nona et decima luna, post agriculturæ labores.

(3) Quin e curru descendat, jubebit obvios homines removeri, nec id ei vitio vertetur. 辟 sonat 闢.

(4) Rex exaggerare Mentsium arbitratus, adducit Rituum locum, quo præfectus ob aliquam causam a suo rege digressus et alio regno munus exercens, suo regi defuncto per trimestre parentaturus dicitur. Nefas ergo considerare principem uti latronem et hostem.

可以徙、

○孟子曰、君仁莫不仁、君義莫不義、

○孟子曰、非禮之禮、非義之義、大人弗爲、

○孟子曰、中也養不中、才也養不才、故人樂有賢父兄也、如中也棄不中、才也棄不才、則賢不肖之相去、其閒不能以寸、

○孟子曰、人有不爲也、而後可以有爲、

○孟子曰、言人之不善、當如後患何、

○孟子曰、仲尼不爲已甚者、

○孟子曰、大人者、言不必信、行不必果、惟義所在、

○孟子曰、大人者、不失其赤子之心者也、

○孟子曰、養生者、不足以當大事、惟送死、可以當大事、

○孟子曰、君子深造之以道、欲其自得之也、自得之、則居之安、居之安、則資之深、資之深、則取之左右逢其原、故君子欲

寸 T'suen, pollex, decima pedis pars: cognomen.

資 Tse, merces: sumere: viaticum. 咨. Heu!

逢 Fong, obviare, offendere: magnus. P'ong, tympani sonitus.

---

(1) Quia tunc periculum vere ad illos pertinet.

(2) Discernendi enim pollet vi.

tunc litterati poterunt emigrare (1).

5. Mentsius ait : sub humano principe nullus non humanus; sub principe justo, nullus non justus.

6. Mentsius ait : haud rite civilem civilitatem, haud recte aequam aequitatem, praeclarus vir non aget (2).

7. Mentsius ait : recti quidem educant non rectos, et habiles educant inhabiles : ideo homines gaudent habere sapientem patrem et fratrem majorem. Si recti deserant non rectos, et habiles deserant inhabiles (3), tunc sapientis et insipientis mutua distantia, hujusmodi intervallum nec poterit attingere pollicem.

8. Mentsius ait : homo quædam abstinet, et postea poterit quædam agere (4).

9. Mentsius ait : evulgantis aliorum vitia, illud interest, ad subsequentes calamitates quomodo (5)?

10. Mentsius ait : Confucius non agebat nimia.

11. Mentsius ait : præclaro viro, locutio non definite fixa est, actio non præfinito certa; sed illud unum, æquitas ubi reperitur (6).

12. Mentsius ait : præclarus vir est qui non amisit suæ infantiæ animum.

13. Mentsius ait : ministrare viventibus non est dignum quod censeatur summa res; tantum prosequi defunctos potest censeri summa res.

14. Mentsius ait : sapiens penitus tendit in sapientiam per rectam viam, volens modo naturaliter assequi illam (7); naturaliter assecutus eam, tunc inhæret illi fixus; cum inhæserit illi fixus, tunc præsto habet illam largiter; cum præsto habeat illam largiter, jam applicans illam sinixtrorsum dextror-

---

(3) Si pater filium deserit, aberrantem dirigere et rudem instruere fastidiens, illius sapientia ab hujus insipientia nihil discriminabitur.

(4) Sic qui ab inhumanitate abstinet, poterit humanitatem colere, et sic tandem magnum aggredi facinus.

(5) 當, deberet is prospicere, quid ad calamitates faciet, quæ subsequi et evulgantem manere solent.

(6) 信 et 果, ita et non aliter, sine adjunctorum respectu.

(7) Sapientia, cognoscere objectivum rerum ordinem eique se conformare. Recta via, seu consentanea ad id media, assiduum studium rerum exercitiumque virtutis. 其, optantis est. 自, innuit naturalem spontaneumque mediorum effectum.

其自得之也、

○孟子曰、博學而詳說之、將以反說約也、

○孟子曰、以善服人者、未有能服人者也、以善養人、然後能服天下、天下不心服而王者、未有之也、

○孟子曰、言無實不祥、不祥之實、蔽賢者當之、

○徐子曰、仲尼亟稱於水曰、水哉水哉、何取於水也、孟子曰、原泉混混、不舍晝夜、盈科而後進、放乎四海、有本者如是、是之取爾、苟爲無本、七八月之閒、雨集、溝澮皆盈、其涸也、可立而待也、故聲聞過情、君子恥之、

○孟子曰、人之所以異於禽獸者幾希、庶民去之、君子存之、舜明於庶物、察於人倫、由仁義行、非行仁義也、

混 Hoen, turbidus. Koen 滾, large fluere : 昆, Barbari occidentales 昆夷.

澮 Koei, transversi canales in agris.

涸 Ho, arescere, exhauriri, aqua exsiccata.

---

(1) 取 hauriens applicat; hauriens subjectivam sapientiam, applicat objectivis circumstantiis.

(2) Fons est clare cognitus rerum ordo : 原是天之明命, ait quædam glossa. Philosophus per profundam sapientiæ applicationem detegit in rebus acquisitæ sapientiæ fontem.

sumque (1), offendit ejus fontem (2). Ideo sapiens cupit ipse ultro assequi illam (3).

15. Mentsius subdit : ideo (4) ample vacat studio sapientiae et enucleate edisserit illam, facturus ut repetens resumat in summam.

16. Mentsius ait : per sui virtutem subjicere alios, nondum fuit qui sic potuerit subjicere homines : per virtutem reformet alios, et deinde poterit subjicere imperium; imperio non corde subjecto, ut quis regnaverit, nondum id extitit (5).

17. Mentsius ait : verborum nullum revera est infaustum : infausti veram notam, quod obruit sapientes, meretur illam (6).

18. Discipulus Siu tse ait : Confucius frequenter exclamabat in aquam dicens : o aqua, o aqua! quid deducebat ab aqua? Mentsius ait : ex fonte viva aqua late scaturiens non cessat die noctuque, implet fossas et dein progrediens pervenit ad quatuor maria. Quae habet fontem, ita est : en quem hauriebat sensum (7). Si sit destituta fonte; septimae vel octavae lunationis medio, cum pluviis collectis ductus et canaliculi omnes complentur, horum siccationem poteris stando expectare. Ideo si nominis fama superet rei veritatem, sapiens erubescet illam.

19. Mentsius ait : homo ex quo differt a brutis, tantillum est; vulgus illud abjicit, sapiens illud conservat. Choen intelligens in universitate rerum, penetrabat in hominum officia; ex humanitate et aequitate agebat, quin intenderet humanitatem et aequitatem (8).

---

(3) Abstracta hæc sunt : porro, ut facile est persentiscere, quotiescumque ad ontologicas notiones sinica lingua transfertur, quippe quæ certa careat nomenclatura, tenebrescat dictio necessum est.

(4) Ideo et non ad vanam ostentationem : sed utitur scientia ut assequatur sapientiam, amplificat sapientiam ut in unum deducens principium, ejus inveniat fontem.

(5) Volens virtute prævalere non submittit sibi populos, sed virtute alios reformans et sic sibi devinciens.

(6) *Vel :* verba sine veritate infausta sunt; adeoque infausti veram appellationem obscuratio sapientum meretur. Interpres noster nescit cui adhæreat. Utrumque autem eo recidit, ut verba illa vere nociva sint, quæ malignâ invidiâ sapientes a dignitatibus arcent.

(7) Recole illius 爾 propriam vim : *id tantum desumebat.*

(8) Cum ita intelligentiam applicuerit, æquitatis actio naturali ductu et velut absque actu reflexo procedebat.

○孟子曰、禹惡旨酒、而好善言、湯執中、立賢無方、文王視民如傷、望道而未之見、武王不泄邇、不忘遠、周公思兼三王、以施四事、其有不合者、仰而思之、夜以繼日、幸而得之、坐以待旦、

○孟子曰、王者之迹熄而詩亡、詩亡、然後春秋作、晉之乘、楚之檮杌、魯之春秋、一也、其事、則齊桓晉文、其文、則史、孔子曰、其義、則丘竊取之矣、

○孟子曰、君子之澤、五世而斬、小人之澤、五世而斬、予未得爲孔子徒也、予私淑諸人也、

○孟子曰、可以取、可以無取、取傷廉、可以與、可以無與、與傷惠、可以死、可以無死、死傷勇、

○逄蒙學射於羿、盡羿之道、思天下惟羿爲愈已、於是殺羿、孟子曰、是亦羿有罪焉、公明儀曰、宜若

旦 TAN, mane, diluculum.

檮 T'AO, lignum cædere : 檮杌 pertinax. T'CHEOU, lignum durum.

杌 OU, inquietus : arbor sine ramis.

斬 TCHAN, decollare. *R.* 69.

逄 P'ANG, cognomen. P'ONG, 逄逄, sonitus tympani.

---

(1) 而 hîc legitur 如 ; antiqua est confusio verborum.

(2) Temporis locique circumstantiis.

(3) Ut executioni cito mandaret. Illud 以 cum 待 consociatim, sæpe occurrisse notaveris.

20. Mentsius ait : Yu oderat exquisitum vinum et amabat bonos sermones. T'ang tenens aequitatis medium promovebat sapientes sine conditionis discrimine. Wen rex respiciebat populum veluti vulneratum, prospiciebat virtutis legem quasi nondum eam vidisset (1). Ou rex non contemnebat propiora nec obliviscebatur remotiora. Tcheou Princeps cogitabat simul assequi tres imperatores, ad exequendum quatuor illas res : si harum aliqua non congrueret (2), suspiciens rem considerabat, per noctem continuans diem : cumque feliciter assequutus illam fuerit, sedendo expectabat diluculum (3).

21. Mentsius ait : imperatorum vestigiis extinctis tunc carmina evanuerunt : carmina cessarunt, et deinde Ver et Autumnus prodiit. Regni Tsin vectorii annales; regni T'chou truculentæ memoriæ; regni Lou chronicus liber idem sunt (4). Istius facta, sunt scilicet regulorum T'si Hoan et Tsin Wen : ejus stylus autem historicus. Confucius aiebat : illius judicia vero, Kieou sibi arrogavit ferre illa.

22. Mentsius ait : sapientis principis efficientia post quinque generationes deficit, et privati sapientis influentia post quinque generationes perit. Ego non potui esse Confucii discipulus : at ego arrogavi mihi informari per alios (5).

23. Mentsius ait : si visus posse accipere, mox sentis non esse accipiendum, accipere erit lædere temperantiam : si visus posse dare, mox sentis non esse dandum, dare erit lædere beneficentiam : si visus posse mori, mox sentis non convenire ut moriaris, mori erit lædere fortitudinem.

24. Cum P'ang mong discens jaculari ab I, exhausisset istius scientiam, cogitavit in imperio solum I esse sibi superiorem, et ex hoc occidit I. Mentsius ait : ita etiam I habuit culpam; et si Kong ming i dicebat :

---

(4) Annales ita dicti quod facta transveherent, atrocia narrarent, eventuum tempus consignarent. Est autem 檮杌 nomen feræ truculentæ. Annales regni Lou jam extabant sub nomine Veris et Autumni : eos Confucius perfecit.

(5) Una generatio vel unum tricennium æque dicitur 世. A Confucio ad Mentsium nondum effluxerant quinque generationes; ideo Confucii doctrina adhuc genuina persistebat apud Tse se discipulos, unde Mentsius accepit. 私 idem valet ac 竊, et humilitatis est formula, *licentius sibi sumere, liberius sibi arrogare.*

無罪焉、曰、薄乎云爾、惡得無罪、鄭人使子濯孺子侵衞、衞使庾公之斯追之、子濯孺子曰、今日我疾作、不可以執弓、吾死矣夫、問其僕曰、追我者誰也、其僕曰、庾公之斯也、曰、吾生矣、其僕曰、庾公之斯、衞之善射者也、夫子曰、吾生、何謂也、曰、庾公之斯、學射於尹公之他、尹公之他、學射於我、夫尹公之他、端人也、其取友必端矣、庾公之斯至、曰、夫子何爲不執弓、曰、今日我疾作、不可以執弓、曰、小人學射於尹公之他、尹公之他、學射於夫子、我不忍以夫子之道、反害夫子、雖然、今日之事、君事也、我不敢廢、抽矢扣輪、去其金、發乘矢而後反、

○孟子曰、西子蒙不潔、則人皆掩鼻而過之、雖有惡人、齊戒沐浴、則可以祀上帝、

○孟子曰、天下之言性也、則故而已矣、故者、以利爲本、所惡於智者、爲其鑿也、如智者、若禹之行水也、則無惡於智矣、禹之行水也、行其所無事也、如智者、亦行其所無事、則智亦大矣、天之高也、星辰之遠

抽 T'cheou, extrahere.

扣 K'eou, tundere, allidere : equum sistere.

鼻 Pi, nares.

merito videretur caruisse culpa, intelligebat tenuiorem esse scilicet (1) : qui poterat carere culpa? Tcheng homines cum misissent Tse tcho jou tse oppugnatum Wei, Wei misit Yu kong se (2) persequi illum. Tse tcho jou tse ait : hodie mihi morbus incidit, non possum tenere arcum; ego perii! et interrogans suum famulum ait : qui insequitur me, quis est? Ejus famulus ait : Yu kong se. Exclamavit : ego salvus sum. Ejus famulus ait : Yu kong se est Wei peritus jaculator; magister exclamat : ego salvus sum; quid significat? Respondit : Yu kong se didicit jaculari ab Yn kong t'o, Yn kong t'o didicit jaculari a me. Ille Yn kong t'o rectus erat homo; ab eo receptus amicus haud dubie rectus est. Yu kong se pervenit et ait : magister quamobrem non tenes arcum? reponit : hodie mihi morbus accidit, non possum tenere arcum. Ait : exiguus ego vir didici jaculari a Yn kong t'o, et Yn kong t'o didicit jaculari a te magistro. Ego non fero uti magistri institutione et retorquere in damnum magistri. Verumtamen hodiernum negotium, regium est negotium, ego non audeo frustrari : depromens sagittas allisit ad rotam, expunctaque earum cuspide, emisit quatuor sagittas, et dein reversus est.

25. Mentsius ait : si formosa Si tse (3) cooperta fuisset sordibus, tunc ceteri omnes obturassent nares ad eam praetergrediendam. Quamvis aliquis deformis sit homo, si se purificet abstinentia purgetque ablutionibus, jam poterit litare supremo domino (4).

26. Mentsius ait : ubique gentium cum sermo est de natura, de effectibus scilicet, et nil amplius : effectus habent proclivitatem pro principio (5). Quod aversamur in prudentibus est quia ipsi detorquent (6). Si prudentes sicut Yu ducerent aquas, jam nil aversaremur in prudentibus : Yu ducens aquas, duxit qua ipse nihil haberet negotii : si prudentes etiam ducerent qua ipsi nil haberent negotii, tunc prudentia magna quidem foret. Cœlum sublime est, stellae et sidera remota sunt : at si investiges eorum effectus,

---

(1) 乎 exclamantis est, 云爾 innuit nonnisi hoc tenuitatis sensu verba sapientis accipienda.

(2) 之 auxiliaris est.

(3) 西子 seu 西施 seu 毛施, mulier formosissima, sinica Venus.

(4) 齊 sonat 齋.

(5) Id habet proprium rerum natura, quod ejus effectus sint spontanei.

(6) Velut terebrando extorquent, nolnnt sequi cursum naturalem rerum.

也、苟求其故、千歲之日至、可坐而致也、

○公行子有子之喪、右師往弔、入門、有進而與右師言者、有就右師之位、而與右師言者、孟子不與右師言、右師不悅曰、諸君子皆與驩言、孟子獨不與驩言、是簡驩也、孟子聞之曰、禮朝廷不歷位而相與言、不踰階而相揖也、我欲行禮、子敖以我爲簡、不亦異乎、

○孟子曰、君子所以異於人者、以其存心也、君子以仁存心、以禮存心、仁者愛人、有禮者敬人、愛人者、人恒愛之、敬人者、人恒敬之、有人於此、其待我以橫逆、則君子必自反也、我必不仁也、必無禮也、此物奚宜至哉、其自反而仁矣、自反而有禮矣、其橫逆由是也、君子必自反也、我必不忠、自反而忠矣、其橫逆由是也、君子曰、此亦妄人也已矣、如此則與禽獸奚擇哉、於禽獸又何難焉、是故、君子有終身之憂、無一朝之患也、乃若所憂、則有

歷, Li, pertransire : ordo : expertus. *R.* 77.

妄, Wang, temere, falso : quicumque.

---

(1) Solstitium hiemale, quo Kalendarium ducebat initium. Jam nunc ad præteritos mille annos, et ab illis ad futurum, facilis est recursus. Porro si rimari

mille annorum solstitium poterit sedendo etiam attingi (1).

27. Kong hang tse, T'si toparcha, celebrante filiorum more parentalia, regius minister ivit comploratum (2). Cum intrasset portam, fuerunt qui ad se invitarunt et cum ministro locuti sunt, fuerunt qui adeuntes ministri sedem cum ministro locuti sunt. Mentsius non est cum ministro locutus; qui non contentus ait : omnes dignitates aeque cum Hoan locutae sunt, Mentsius solus non est cum Hoan locutus : id est parvipendere Hoan. Mentsius id audiens ait : juxta ritus, in regia aula non mutantur sedes ad invicem colloquendum, non transiliuntur gradus ad mutuo se salutandum : ego volo servare ritus; Tse ngao ducit me parvi pendere; nonne quidem mirum (3)?

28. Mentsius ait : sapiens in eo differt ab aliis quod ipse corde conservat; sapiens accipiens humanitatem conservat in corde, accipiens urbanitatem conservat in corde. Humanus amat alios, præditus urbanitate reveretur alios : amantem alios, alii constanter redamant illum; reverentem alios, alii constanter reverentur illum. Sit aliquis in hoc loco, qui tractet me cum asperitate et inhumanitate : eo casu sapiens profecto apud se reputabit : ego certe fui inhumanus, certe carui urbanitate : ista res qui potuisset evenire? Quod si ipse se respiciens fuerit humanus, in se reversus deprehenderit urbanitate præditum, et illius sæva inhumanitas adhuc ita sit; sapiens profecto apud se reputabit : ego certe non totum me devovi (4). Quod si se circumspiciens invenerit sese devovisse, et illius inhumanitas adhuc perstet, sapiens dicet : ille quidem insanus est homo; en totum : et si ita, jam præ bruto animali quid praevertendus (5)? et pro bruto animali rursus quid me angam? Idcirco sapiens habet tota vita sollicitudinem, non habet vel uno mane angorem. Sane quoad id de quo sollicitus sit, id quidem

---

cursum naturalem rerum, etiam remotissima cœli sidera attingit, quid de propioribus rebus dicendum? An ergo detorquere necessum sit?

(2) 王驩 erat iste. Olim imperatoris ministri primarii vocabantur 太師, secundarii 少師; reguli ministri primarii 左師, secundarii 右師.

(3) 位 est sedes, quam quisque occupat; 階 est gradus seu ordo sedium, quibus plures ejusdem dignitatis viri consident : Mentsius haud eadem ac minister linea erat.

(4) 由 sonat 猶.

(5) 擇, quod præstabilius est, præferre.

之、舜人也、我亦人也、舜爲法於天下、可傳於後世、我由未免爲鄉人也、是則可憂也、憂之如何、如舜而已矣、若夫君子所患、則亡矣、非仁無爲也、非禮無行也、如有一朝之患、則君子不患矣、

○禹稷當平世、三過其門而不入、孔子賢之、顏子當亂世、居於陋巷、一簞食、一瓢飲、人不堪其憂、顏子不改其樂、孔子賢之、孟子曰、禹稷顏回同道、禹思天下有溺者、由己溺之也、稷思天下有飢者、由己飢之也、是以如是其急也、禹稷顏子、易地則皆然、今有同室之人鬬者、救之、雖被髮纓冠而救之、可也、鄉鄰有鬬者、被髮纓冠而往救之、則惑也、雖閉戶、可也、

○公都子曰、匡章、通國皆稱不孝焉、夫子與之遊、又從而禮貌之、敢問何也、孟子曰、世俗所謂不孝者五、惰其四支、不顧父母之養、一不孝也、博奕好飲酒、不顧父母之養、二不孝也、好貨財、私妻子、不顧父母之養、三不孝也、從耳目之欲、以爲父母戮、四不孝也、好勇鬬很、以

支 Tche, fulcire : portio, divisim : 肢, membrum : 枝, ramus.

很 Hen, rixosus, pertinax, inobediens, 狠. *R.* 60.

existit : Choen homo erat, ego etiam homo sum; Choen fuit exemplar pro toto imperio, transmittendum in posteras generationes; ego adhuc non desii esse ruralis homo : id quidem poterit dolere : dolebit id quomodo? compar Choen, tunc cessabit. At quoad illud, quo sapiens angatur, id vero abest : quin sit humanum nil agit, quin sit decorum nil præstat : si ergo sit aliquo mane adversitas, jam sapienti non erit angor.

29. Yu et Tsi versabantur in pacifico ævo; ter pertransiisse suam portam nec intrasse, Confucius laudavit hoc. Yen tse incidit in turbulentam ætatem; degere in vili angiportu, unius fiscellæ cibus, unius cucurbitulæ potus; alii non sustinuissent hujusmodi squalorem, Yen tse nec immutavit suam hilaritatem, Confucius laudavit istud. Mentsius ait : Yu, Tsi et Yen hoei idem tenebant iter. Yu cogitabat, si imperii aliquis submergeretur, veluti se illum submersisse : Tsi is erat animus ut si imperii aliquis esuriret, quasi ipse fame pressisset illum : ideo ita illi solliciti erant. Si Yu, Tsi et Yen tse mutassent vicem, tunc omnes eodem pacto. Hic sane sint ejusdem domus homines qui rixentur; succurram illis, et licet solutis capillis superalligato pileo, distraham eos, decebit (1). Quod si in pagi viciniis sint rixantes, et solutis capillis superalligato pileo, vadam dirimere illos, tunc cæcutio : vel occludere fores licebit (2).

30. Discipulus Kong tou tse ait : K'oang tchang, in toto T'si regno omnes appellant non pium; et tu, magister, cum illo deambulas, et etiam ulterius observantia colis illum : ausim interrogare qua de causa. Mentsius respondit : vulgo qui dicuntur defectus pietatis sunt quinque : pigritia dissolvere sua quatuor membra, nec satagere parentum ministerii, primus est defectus pietatis : ludere calculis et amare vini potum, nec attendere parentum ministerio, secundus est pietatis defectus (3) : amare opes et unice studere uxori, filiisque, nec curare parentum ministerium, tertius est pietatis defectus : indulgendo aurium oculorumque cupiditati, id efficere parentum dedecus, quartus est pietatis defectus; amare vim, rixas et iras,

---

(1) 纓 est offendix, quæ sub mento nodabatur, ad pileum retinendum; cujus pensiles flocculi dicebantur 緌. Hîc active sumitur, innuitque pileum præpropere superimponi, ad solutum capillum coercendum.

(2) En discriminis ratio : primi duo officio fungebantur, adeoque populus ad eos pertinebat : Yen hoei nulla dignitate potiebatur, et tempora erant noxia.

(3) 博 talorum, 奕 latrunculorum lusum, alibi descripsimus.

危父母、五不孝也、章子有一於是乎、夫章子、子父責善、而不相遇也、責善、朋友之道也、父子責善、賊恩之大者、夫章子、豈不欲有夫妻子母之屬哉、爲得罪於父、不得近、出妻屛子、終身不養焉、其設心以爲不若是、是則罪之大者、是則章子已矣、

○曾子居武城、有越寇、或曰、寇至、盍去諸、曰、無寓人於我室、毀傷其薪木、寇退、則曰、脩我牆屋、我將反、寇退、曾子反、左右曰、待先生如此其忠且敬也、寇至、則先去以爲民望、寇退、則反、殆於不可、沈猶行曰、是非汝所知也、昔沈猶有負芻之禍、從先生者七十人、未有與焉、子思居於衞、有齊寇、或曰、寇至、盍去諸、子思曰、如伋去、君誰與守、孟子曰、曾子子思同道、曾子師也、父兄也、子思臣也、微也、曾子子思、易地則皆然、

○儲子曰、王使人瞯夫子、果有以異於人乎、孟子曰、何以異於人哉、堯舜與人同耳、

寓 Yu, hospitari : inhærere.
伋 Ki, sollicite.
儲 T'chou, recondere, accumulare : adjutor.
瞯 覸 Hien, oblique aspicere, rimari. 瞯 Kien, aspicere.

---

(1) Duæ erant ejusdem nominis urbes in regno Lou; borealis una, australis

indeque periculis objicere parentes, quintus est pietatis defectus. Tchang tse habetne unum ex his? Iste Tchang tse, filius patrem redarguit ut resipisceret, adeoque non mutuo conveniunt : correptio ad bonum, amicorum est regula; at patrem filiumque redargui ad resipiscendum, lædentium amorem summum est. Tchang tse qui non amabat habere mariti cum uxore, suique filii cum matre conjunctionem? quia admissa culpa in patrem, non poterat propior esse, dimissa uxore et remoto filio, tota vita privatur ministerio. Ipse posuit animo putavitque haud ita agere, illud vero criminum esse summum. Is scilicet Tchang tse totus est.

31. Tseng tse inhabitante Ou tcheng (1), extitit regni Yué prædo : quidam dixerunt : prædo instat; quidni abis? Respondit : nolite hospitari quempiam in mea domo, qui pessumdaret ejus frutices et arbores. Prædone regresso, tunc ait : instaurate meos parietes tectumque, ego volo reverti. Prædone regresso, Tseng tse reversus est. Ejus asseclæ dixerunt : tractaverant nostrum magistrum tanta quidem ingenuitate atque adeo reverentia; et en prædone ingruente, tunc prior abivit, ita ut esset populo exempli spectatio, et prædone regresso tunc reversus est; videtur quod non bene (2). Condiscipulus Chen yeou hing ait : id non est quod vos intelligatis. Olim familiæ Chen yeou accidit bajulantium cremia calamitas (3) : ex sequentibus nostrum magistrum septuaginta hominibus nullus item fuit qui eam participaret. E contra, Tse se habitante in Wei, en fuit regni T'si prædo : quidam ait : prædo venit, quidni abis? Tse se respondit : si ego Ki abiero, princeps quibuscum custodiæ stabit? Mentsius ait : Tseng tse et Tse se eadem agendi lex. Tseng tse magister erat, adeoque veluti pater et frater major erat; Tse se magistratus erat, adeoque subjectus (4) : si Tseng tse et Tse se mutassent vicem, tunc uterque idem fuisset.

32. T'si civis T'chou tse ait : rex misit homines exploratum an magister reapse habeat quo differat ab aliis. Mentsius ait : in quo differam ab aliis? Yao et Choen cum aliis similes erant.

---

altera : hîc de australi agitur.

(2) Præfectus bene tractaverat, et tamen fugæ dedit exemplum. 殆, propemodum, parum abest, quodammodo.

(3) Agitur de casu particulari qui ei familiæ accidit; quinam vero fuerit non constat : rixæ forte et ultiones. Illa autem familia non erat discipuli familia.

(4) Pater se debet conservare filio, subditus se devovere principi.

○齊人有一妻一妾而處室者、其良人出、則必饜酒肉而後反、其妻問所與飲食者、則盡富貴也、其妻告其妾曰、良人出、則必饜酒肉而後反、問其與飲食者、盡富貴也、而未嘗有顯者來、吾將瞯良人之所之也、蚤起、施從良人之所之、偏國中無與立談者、卒之東郭墦閒之祭者、乞其餘不足、又顧而之他、此其爲饜足之道也、其妻歸、告其妾曰、良人者、所仰望而終身也、今若此、與其妾訕其良人、而相泣於中庭、而良人未之知也、施施從外來、驕其妻妾、由君子觀之、則人之所以求富貴利達者、其妻妾不羞也而不相泣者、幾希矣、

卷五

萬章問曰、舜往于田、號泣于旻天、何爲其號泣也、孟子曰、怨慕也、

萬章曰、父母愛之、喜而不忘、父母惡之、勞而不怨、然則舜怨乎、曰、長息問於公明高曰、舜往于田、則吾既得聞命矣、號泣于旻天、于

偏 Pien, circuire, undequaque.
談 T'an, colloqui, disceptare.
墦 Fan, tumulus, sepultura.

號 Hao, clamare, vocare. 號, E-dictum : nomen honorificum. R. 141.

33. E T'si quidam habebat unam uxorem et unam subnubam, et sic manebat domi. Iste maritus cum exibat, tunc omnino satiabatur vino et carne, et deinde revertebatur. Si ejus uxor interrogaret quicum biberit et manducarit, tunc eos esse omnes divites et nobiles. Ejus uxor alloquens ejus subnubam ait : maritus quando exit, tunc nonnisi satiatus vino carnibusque sic demum revertitur : interrogo quinam dederint potum et esum; omnes divites et nobiles; et tamen nullus unquam fuit illustris vir qui venerit : ego volo explorare maritus quo vadat : et mane surgens pedetentim secuta est maritum qua ibat. Is percurrit regni medium (1), nec fuit quicum stans loqueretur : tandem adivit, orientali suburbio, inter sepulchra sacrificium agentem et emendicavit hujus reliquias; et nondum satur, iterum respexit et ivit alio. Et hæc illi erat se saturandi via. Ejus uxor reversa monuit ejus subnubam dicens : maritus, is quo spem posueramus in totam vitam, erat (2); nunc autem ille sic : et cum ejus subnuba imprecari suo marito, et simul flere in medio conclavi. Maritus autem nondum id resciens, laeta fronte a foris venit, et superbiebat coram sua uxore et subnuba. Ex sapientibus perspecta re (3) sequitur homines, qui ita quaerunt divitias, honores, lucra et promotiones, ut eorum uxores concubinaeque non erubescant, neque invicem defleant, quam paucos esse.

CAPUT QUINTUM.

Discipulus Wan tchang interrogans ait : Choen vadens ad agros clamabat lacrymis ad benignum cœlum. Qua de causa ille clamabat plorans? Mentsius ait : conquerebatur et anhelabat. Wan tchang ait : si parentes diligant te (4), lætaberis et non oblivisceris; si parentes aversentur te, patieris quin conqueraris. Ita, et Choen vero conquerebatur? Respondit : T'chang si percontatus a Kong ming kao (5) ait : de Choen eunte in agros, ego quidem jam potui accipere documenta : at clamantem cum lacrymis ad benignum

(1) Urbem regiam.

(2) 而 idem ac 以.

(3) Non juxta vulgi sensum considerata.

(4) 之 *aliquem*, pronomen indeterminatum hic est, quod nos per secundam personam efferre solemus.

(5) T'chang si erat Kong ming kao discipulus, hic vero Tseng tse discipulus.

父母、則吾不知也、公明高曰、是非爾所知也、夫公明高以孝子之心、
爲不若是恝、我竭力耕田、共爲子職而已矣、父母之不我愛、於我何
哉、帝使其子九男二女、百官牛羊倉廩備、以事舜於畎畝之中、天下
之士多就之者、帝將胥天下而遷之焉、爲不順於父母、如窮人無所
歸、天下之士悅之、人之所欲也、而不足以解憂、好色、人之所欲、妻帝
之二女、而不足以解憂、富、人之所欲、富有天下、而不足以解憂、貴、人
之所欲、貴爲天子、而不足以解憂、人悅之、好色、富貴、無足以解憂者、
惟順於父母、可以解憂、人少、則慕父母、知好色、則慕少艾、有妻子、則
慕妻子、仕則慕君、不得於君、則熱中、大孝終身慕父母、五十而慕者、
予於大舜見之矣、
○萬章問曰、詩云、娶妻如之何、必告父母、信斯言也、宜莫如舜、舜之
不告而娶、何也、孟子曰、告則不得娶、男女居室、人之大倫也、如告、則
廢人之大倫、以懟父母、是以不告也、萬章曰、舜之不告而娶、則吾既

旻, Min, miserari. *R.* 72.
恝, Kiai, 恝, Kia, contentus, curis expeditus.

畎 K'iuen, elices in medio agrorum. *R.* 102.
懟, Toei, odisse, indignari, 懟.

cœlum et ad parentes, ego vero non intelligo. Kong ming kao ait : hoc non est quod tu intelligas. Scilicet Kong ming kao existimabat pientis filii animum non esse hujusmodi indolentiæ : ego totis viribus colens agros obeo proprii filii munus et nil aliud : sed parentes non me amant; in me quid est (1)? Imperator misit suos filios, novem mares et duas puellas; centum præfecti, boves, agni, et horrea præsto erant ad serviendum Choen in agrorum medio; imperii litterati plures adierunt illum; imperator jam volebat simul inspectare (2) imperium eique transferre : at quia non secundabatur a parentibus, veluti pauper homo erat non habens quo confugiat. Ab imperii litteratis amari, est quod homines concupiscunt; nec tamen sufficiebat ad solvendum mœrorem : conjugii voluptas est quod homines exoptant; duxit imperatoris duas filias, quin sufficeret ad solvendum mœrorem : divitiæ sunt quod homines appetunt; ditatus est possessione imperii, nec tamen sufficiebat ad solvendum mœrorem : honores sunt quod homines ambiunt; honore evasit imperator, nec tamen sufficiebat ad solvendum mœrorem. Ab hominibus amari, mulieraria voluptas, divitiæ et honores non sufficiebant ad solvendum mœrorem, quod tantum secundari a parentibus poterat solvere mœrorem (3). Homo, in pueritia quidem amat parentes; sciens vero amare voluptatem, amat puellam formosam; habens uxorem et liberos, tunc amat uxorem et liberos; gerens magistratum, tunc amat principem, et si non ineat gratiam a principe, tunc fervet animo. Valde pius tota vita amat parentes : quinquagenarium adhuc amantem, ego in magno Choen vidi illum.

2. Wan tchang interrogans ait : Carmen (I. 101.) inquit : « ducturus uxorem quî se geret? debet monere parentes. » Exequi hoc documentum nullus debuisset æque ac Choen; Choen vero non monuit et uxorem duxit : quare? Mentsius ait : si monuisset, tunc non potuisset uxorem ducere : marem et fœminam incolere torum, hominis est magnum officium : si monuisset, tunc violasset hominis magnum officium, indeque irritasset parentes : ideo non monuit. Wan tchang ait : quod Choen quin monuerit uxorem duxerit, de hoc ego jam accepi auditione documentum : at imperator

---

(1) In aliis forte officio meo desum, ut parentes de me nequeant esse contenti.

(2) Primum simul administrare, dein totum ei transferre imperium.

(3) 順於父母, habere bonum exitum apud parentes, seu gratiam et pondus.

得聞命矣、帝之妻舜而不告、何也、曰、帝亦知告焉、則不得妻也、萬章曰、父母使舜完廩、捐階、瞽瞍焚廩、使浚井、出、從而揜之、象曰、謨蓋都君、咸我績、牛羊父母、倉廩父母、干戈朕、琴朕、弤朕、二嫂使治朕棲、象往入舜宮、舜在牀琴、象曰、鬱陶、思君爾、忸怩、舜曰、惟茲臣庶、汝其于予治、不識舜不知象之將殺己與、曰、奚而不知也、象憂亦憂、象喜亦喜、曰、然則舜僞喜者與、曰、否、昔者有饋生魚於鄭子產、子產使校人畜之池、校人烹之、反命曰、始舍之、圉圉焉、少則洋洋焉、攸然而逝、子產曰、得其所哉、得其所哉、校人出、曰、孰謂子產智、予既烹而食之、曰、得其所哉、得其所哉、故君子可欺以其方、難罔以非其道、彼以愛兄之道來、故誠信而喜之、奚僞焉、

○萬章問曰、象日以殺舜爲事、立爲天子、則放之、何也、孟

捐 Kiuen, Yuen, abjicere, respuere : contributionem colligere.

浚 Siun, perspicax, penetrans, profundus: purgare, excavare alveum.

績 Tsi, facinus : perficere : continuare : cannabim torquere.

弤 Ti, arcus cælatus.

棲 Si, avium quies, subsidere, 栖.

牀 T'choang, lectus. *R*. 90.

鬱 Yu, mœrens, cogitabundus : constrictus, repressus : arbores spissæ : prunus japonica : putridus fœtor : 鬱金, curcuma, herba odora. *R*. 192.

忸 No, erubescere. Nieou 狃, assuetus.

uxores dedit Choen nec praemonuit, quare? Respondit : imperator etiam sciebat monendo jam non posse uxores dare. Wan tchang ait : parentes jusserant Choen perficere horreum; sublatis scalis, Kou seou incendit horreum : jusserant purgare puteum, exiit (1); statim post obstruxerunt illum. Siang (2) dicebat : molimen operiendi metropolis principem (3), totum est meum meritum : boves et agni parentibus, horrea et granaria parentibus, scutum et lancea mihi, cithara mihi, caelatus arcus mihi, duas fratrias jubeo cohonestare meum torum. Siang vadens ingressus est Choen domum; Choen insidens lecto citharizabat. Siang ait : anxie solliciteque cogitabam principem, et vultu erubuit. Choen inquit : at hanc praefectorum manum tu ipse pro me regito. Nescio an Choen ignoraret Siang voluisse occidere ipsum. Respondit : qui vero ignorasset? Siang mœrente etiam mœrebat, Siang laetante, etiam laetabatur. Subdit : si ita, ergone Choen ficte laetatus est? Respondit : minime. Olim quidam dono misit vivos pisces ad regni Tcheng praefectum Tse t'chan. Tse t'chan jussit piscinae custodes alere illos in piscina. Custodes coxerunt illos, et referentes nuntium dixerunt : cum initio remisimus illos, torpebant toti, mox vero reviviscentes ludibundi abierunt. Tse t'chan exclamavit : oh! tenuerunt vicem suam, sortiti sunt locum suum. Piscinarii egressi dixerunt : quis dicet Tse t'chan sapientem? nos jam decoximus et manducavimus illos, ait vero : nacti sunt vicem suam, sortiti sunt locum suum! Ideo sapiens potest decipi per aliquid verisimile, difficile irretitur per minus rationi consonum. Ille ad amantis fratrem modum venerat : ideo vere fidem habuit, remque gavisus est; ubi simulatio?

3. Wan tchang interrogans ait : Siang quotidie habebat occisionem Choen pro negotio : constitutus in imperatorem, tunc relegavit illum : quare (4)?

---

(1) Per lateralem cuniculum, jam ex præcautione apertum.

(2) Frater minor, alia matre genitus, putabat fratrem jam in puteo suffocatum.

(3) Accurrerant litterati, et locus, quo Choen habitabat, triennio post evaserat metropolis; ideo hoc nomen illi inditur.

(4) Debuisset occidere illum, non tantum relegare. Cum porro nec relegaverit, sed feudo donaverit, crescit discipuli dubium.

怩 Ni, erubescere. | 烹 P'ong, coquere.

子曰、封之也、或曰、放焉、萬章曰、舜流共工于幽州、放驩兜于崇山、殺三苗于三危、殛鯀于羽山、四罪而天下咸服、誅不仁也、象至不仁、封之有庳、有庳之人、奚罪焉、仁人固如是乎、在他人則誅之、在弟則封之、曰、仁人之於弟也、不藏怒焉、不宿怨焉、親愛之而已矣、親之欲其貴也、愛之欲其富也、封之有庳、富貴之也、身爲天子、弟爲匹夫、可謂親愛之乎、敢問或曰放者、何謂也、曰、象不得有爲於其國、天子使吏治其國、而納其貢稅焉、故謂之放、豈得暴彼民哉、雖然、欲常常而見之、故源源而來、不及貢以政接于有庳、此之謂也、

○咸丘蒙問曰、語云、盛德之士、君不得而臣、父不得而子、舜南面而立、堯帥諸侯北面而朝之、瞽瞍亦北面而朝之、舜見瞽瞍、其容有蹙、孔子曰、於斯時也、天下殆哉、岌岌乎、不識此語誠然乎哉、孟子曰、否、此非君子之言、齊東野人之語也、堯老而舜攝

兜 Teou, nomen proprium. 兜鍪, Galea. R. 10.

殛 Ki, plectere, occidere.

鯀 Koen, cete : pater imperatoris Yu 禹.

庳 Pi, n. regni. 庳, Humilis domus. 庳 Pei, humilis, vilis.

源 Yuen, fons.

岌 Ki, periculosus : inquietus : locus præceps.

Mentsius respondit : feudo illum donavit; aliqui dixerunt relegasse. Wan tchang subdit : Choen amandavit ministrum operum in Yeou tcheou, relegavit Hoan teou (1) in T'chong montem, peremit regni San miao principem in San wei, punivit K'oen in Yu monte (2). Quatuor pœnas dederunt et imperium totum se subjecit; multaverat inhumanos scilicet. Siang summe inhumanus, et dedit ei feudum Yeou pi (3) : Yeou pi homines quid peccaverant? Numquid humanus vir vere ita? attinet alios homines, eos quidem plectit; attinet fratrem vero, dat illi feudum. Respondit : humanus vir erga fratrem, non servat iram, non fovet odium : diligit et amat illum, et nil amplius. Diligens illum cupit eum honoribus splendere, amans illum optat eum ditescere. Dans illi in feudum Yeou pi, ditavit et nobilitavit eum. Si ipso agente imperatorem, frater fuisset privatus homo, numquid potuisset dici dilexisse et amavisse illum? Ausim interrogare : aliqui dixerunt relegasse; quo sensu? Respondit : Siang non permittebatur exercere potestatem in illo regno; imperator jussit præfectum administrare illud regnum, et dare illi tributa et vectigalia : ideo dictus est relegasse. Et quomodo potuisset opprimere illum populum? Quamvis ita, tamen cupiebat assidue videre illum, qui ideo indesinenter veniebat. Illud « non ingruente clientela propter administrationem, excipiebat Yeou pi regulum » id significat.

4. Discipulus Hien k'ieou mong interrogans ait : proverbium habet : sit eximiae virtutis litteratus (4); principem nec poterit efficere subditum, patrem nec poterit tractare ut filium. At Choen austro obversus stabat, cum Yao ducens omnes regulos septentrioni obversus adoravit eum; et Kou seou etiam septentrioni obversus adorabat eum : ut autem Choen videbat Kou seou, illius vultus patiebatur contractionem; unde Confucius aiebat : in eo tempore imperium periculose sane, vacillabat. Nescio an haec dicta vere ita sint. Mentsius respondit : nequaquam; hic non est sapientum sermo, est e T'si oriente rusticorum hominum dictum. Yao cum consenuit, Choen

---

(1) Ministrum institutionis.

(2) Yeou tcheou ad districtus 大興 libonotum in Tche li. T'chong chan, nunc Tse li 慈利 districtus in Hou nan. San miao erat in Hou koang : ejus princeps primum in San wei, ad Kan sou provinciæ occidentem, exulavit, ibique postmodum occisus. Yu chan in Chantonensi I tcheou (沂州) praefectura.

(3) Locus erat, ut aliqui dicunt, sub præsenti 道州 in Hou nan.

(4) Etiamsi eximia sit virtus, nunquam tantum juris habebit. — Sunt qui explicant, hujusmodi virtutis homines, non posse haberi uti subditos aut filios.

也、堯典曰、二十有八載、放勳乃徂落、百姓如喪考妣、三年、四海
遏密八音、孔子曰、天無二日、民無二王、舜既爲天子矣、又帥天
下諸侯以爲堯三年喪、是二天子矣、咸丘蒙曰、舜之不臣堯、則
吾既得聞命矣、詩云、普天之下、莫非王土、率土之濱、莫非王臣、
而舜既爲天子矣、敢問瞽瞍之非臣如何、曰、是詩也、非是之謂
也、勞於王事而不得養父母也、曰、此莫非王事、我獨賢勞也、故
說詩者、不以文害辭、不以辭害志、以意逆志、是爲得之、如以辭
而已矣、雲漢之詩曰、周餘黎民、靡有孑遺、信斯言也、是周無遺
民也、孝子之至、莫大乎尊親、尊親之至、莫大乎以天下養、爲天
子父、尊之至也、以天下養、養之至也、詩曰、永言孝思、孝思維則、
此之謂也、書曰、祇載見瞽瞍、夔夔齊栗、瞽瞍亦允若、是爲父不
得而子也、

○萬章曰、堯以天下與舜、有諸、孟子曰、否、天子不能以天下與

落, Lo, cadere : folia cadentia. *R.* 140.

妣 Pi, mater defuncta.

普 P'ou, universalis, undequaque. *R.* 72.

孑, Kié, solus, reliquus : tricuspis : 孑孑, eminens. *R.* 93.

祇 Tche, revereri : solummodo.

夔 K'oei, dæmon montanus. Koei, 夔夔, diligentissime. *R.* 35.

administrationem suscepit. Yao regula habet : post viginti et octo annos benemerentissimus vir jam ascendit et descendit (1) : populus perinde parentavit ac defunctis genitoribus tribus annis; et quatuor oris suppressi siluerunt octo soni. Confucius ait : cœlum non habet duos soles, populus non habet duos reges. Si Choen jam fuisset imperator, et insuper duxisset imperii regulos ad agendum imperatori Yao triennalem luctum, jam duo fuissent imperatores. Hien k'ieou mong subdit : quod Choen non habuerit in subditum Yao, equidem ego jam potui audire documentum. At Carmen (II. 51.) ait : « obeas cœlum infra, nulla non est imperatoris terra; legas terrarum ripas, nemo quin sit imperatoris subditus. » Choen vero cum esset imperator, ausim interrogare quo pacto Kou seou non fuerit subditus. Respondit : illud carmen non habet hujusmodi sensum : sed est laborantis circa regia negotia ita ut nec posset alere parentes, qui dicebat : horum nullum quin sit imperatoris negotium; et ego solus sapientior creditus defatigor (2). Quapropter qui explicat versus, nec innixus litteræ nocebit phrasi, nec adhærens phrasi nocebit sensui; si cum judicio occurret auctoris menti, tunc censetur assequi rem. Quod si adhæreas phrasi et nil amplius, cum viæ lacteæ Carmen (III. 24.) dicat : « e Tcheou reliquo nigricomo populo non existit unicus superstes, » si acquiescas huic verbo, tunc Tcheou carebit superstite cive. Pietatis filialis apex nullus elatior quam honorare parentes : honorandi parentes cumulus nullus major quam de imperio ministrare (3). Fecit imperatoris patrem, est honorandi apex : de imperio ministravit; est ministrandi perfectio. Carmen (III. 9.) aiens : « jugiter cogitans pietatis sensum, piissimi animi fuit exemplar, » idipsum exprimit. Annales habent : « reverenter serviens invisebat Kou seou, venerabundus et tremebundus : Kou seou etiam fidens obsequebatur (4). » Ita qui est pater non potest haberi filius (5).

5. Wan tchang ait : Yao de imperio donasse Choen, estne verum? Mentsius respondit : minime; imperator nequit sumere imperium et dare homini.

---

(1) Exutus est corpore; anima ascendit, corpus descendit.

(2) Omnes æque sunt imperatoris subditi; quare ego solus occupor, quasi solus essem sapiens?

(3) Cum dignâ imperio magnificentiâ.

(4) 載 valet 事, et 齊 sonat 齋.

(5) Sunt qui, juxta supradicta, explicant *pater non debet tractare uti filium;* filium nempe eximiæ virtutis, qui patrem ad frugem adduxerit.

人、然則舜有天下也、孰與之、曰、天與之、天與之者、諄諄然命之乎、
曰、否、天不言、以行與事示之而已矣、曰、以行與事示之者、如之何、
曰、天子能薦人於天、不能使天與之天下、諸侯能薦人於天子、不
能使天子與之諸侯、大夫能薦人於諸侯、不能使諸侯與之大夫、
昔者、堯薦舜於天、而天受之、暴之於民、而民受之、故曰、天不言、以
行與事示之而已矣、曰、敢問薦之於天、而天受之、暴之於民、而民
受之、如何、曰、使之主祭、而百神享之、是天受之、使之主事、而事治、
百姓安之、是民受之也、天與之、人與之、故曰、天子不能以天下與
人、舜相堯、二十有八載、非人之所能爲也、天也、堯崩、三年之喪畢、
舜避堯之子於南河之南、天下諸侯朝覲者、不之堯之子而之舜、
訟獄者、不之堯之子而之舜、謳歌者、不謳歌堯之子而謳歌舜、故
曰、天也、夫然後之中國、踐天子位焉、而居堯之宮、逼堯之子、是篡
也、非天與也、太誓曰、天視自我民視、天聽自我民聽、此之謂也、

諄 Tchoen, clare monere, inculcare.

覲 Kin, regulorum autumnalis clientela : invisere superiorem : suspicere.

謳 Ngeou, cantio, simul canere, versus recitare.

逼 Pi, urgere, comprimere.

篡 T'choan, rapere, usurpare.

Ita porro, cum Choen habuerit imperium, quis dedit illi? Respondit : cœlum dedit illi. Cœlum dans illi, explicatene dedit illi mandatum? Respondit : minime : cœlum non loquitur : per mores et gesta significavit illud et nil aliud (1). Subdit : per mores et gesta illud significasse, quomodo est? Respondit : imperator potest suffragari alicui apud cœlum, nequit efficere ut cœlum det illi imperium : reguli possunt suffragari alicui apud imperatorem, nequeunt efficere ut imperator det illi feudum : primarii praefecti possunt proponere aliquem apud regulum, nequeunt efficere ut regulus det illi praefecturam. Olim Yao proposuit Choen ad cœlum, et cœlum exceptavit illum; prodidit illum ad populum, et populus admisit illum : ideo dicebam : cœlum non loquitur; per actiones et gesta significavit illud et nil aliud. Subdit : ausim interrogare, proponere illum cœlo et cœlum exceptare illum, exhibere illum populo et populum exceptare illum, quid vero sit. Respondit : jussit illum praeesse sacrificiis, et omnes spiritus grata ea habuerunt (2); hoc est cœlum exceptasse illum : jussit illum praeesse negotiis, et, negotiis bene compositis, populus acquievit illi; hoc est populum exceptasse illum. Cœlum dedit illi, et populus dedit illi : ideo dicebam, imperatorem non posse imperium dare homini. Choen adjuvit Yao viginti et octo annos : non erat quod homo posset facere : cœlum fuit. Yao defuncto et triennali luctu absoluto, Choen secessit a Yao filio ad australis fluvii austrum (3) : imperii reguli regiam advenientes obsalutatum, non adiverunt Yao filium, sed adierunt Choen; intendentes litem non adibant Yao filium, sed adibant Choen; laudem carmine cantuque celebrantes, non celebrabant Yao filium, sed celebrabant Choen : ideo dicebam cœlum fuisse. Cum res ita essent, tunc demum advenit regni medium et institit imperatoris solio. Quod si commoratus in Yao palatio vim intulisset Yao filio, id fuisset usurpare, non vero a cœlo dari. Annalium magnum jusjurandum dicens : «cœlum videns, per meum populum videt; cœlum audiens, per meum populum audit,» idipsum exprimit.

---

(1) Per individui mores et in imperio gesta : illi conciliarunt, hæc dedere suffragium.

(2) Postulatam tranquillitatem debitamque temporum temperantiam concedendo.

(3) 南 河 in antiqua 冀 州, radebat croceum fluvium, qua nunc Chan si et Ho nan provincias intercipit, prope 陝 州.

○萬章問曰、人有言、至於禹而德衰、不傳於賢而傳於子、有諸、孟子
曰、否、不然也、天與賢、則與賢、天與子、則與子、昔者、舜薦禹於天、十有
七年、舜崩、三年之喪畢、禹避舜之子於陽城、天下之民從之、若堯崩
之後、不從堯之子而從舜也、禹薦益於天、七年、禹崩、三年之喪畢、益
避禹之子於箕山之陰、朝覲訟獄者、不之益而之啓、曰、吾君之子也、
謳歌者、不謳歌益而謳歌啓、曰、吾君之子也、丹朱之不肖、舜之子亦
不肖、舜之相堯、禹之相舜也、歷年多、施澤於民久、啓賢、能敬承繼禹
之道、益之相禹也、歷年少、施澤於民未久、舜禹益相去久遠、其子之
賢不肖、皆天也、非人之所能爲也、莫之爲而爲者、天也、莫之致而至
者、命也、匹夫而有天下者、德必若舜禹、而又有天子薦之者、故仲尼
不有天下、繼世以有天下、天之所廢、必若桀紂者也、故益伊尹周公
不有天下、伊尹相湯以王於天下、湯崩、太丁未立、外丙二年、仲壬四
年、太甲顚覆湯之典刑、伊尹放之於桐、三年、太甲悔過、自怨自艾、於

丹 Tan, rubrum. *R.* 3.

丙 Ping, littera cycli tertia : posterior. *R.* 1.

壬 Jen, nona cycli littera : adulator: magnus. 任, Ferre. *R.* 33.

桐 T'ong, pawlonia candida.

6. Wan tchang interrogans ait : vulgo extat dictum : cum perventum fuerit ad Yu, tum virtus labefactata est; non transtulit ad sapientem, sed transmisit in filium : estne verum? Mentsius ait : nequaquam, non est ita : si cœlum dat sapienti, tunc datur sapienti; si cœlum dat filio, tunc datur filio. Olim Choen suffragatus est Yu apud cœlum : decimo et septimo anno Choen obiit. Triennali lucto finito, Yu recessit a Choen filio in Yang tcheng(1). Imperii populus secutus est eum, sicut post Yao defunctum non secutus Yao filium, sed secutus fuerat Choen. Yu proposuit I ad cœlum : septimo anno Yu mortuus est. Triennali lucto absoluto, I divertit a Yu filio ad Ki montis septentrionem. Regiam invisuri et intendentes litem non adiverunt I, sed adiverunt K'i, dicentes : nostri principis filius est; laudem carmine cantuque celebrantes non celebrarunt I, sed celebrarunt K'i, dicentes : nostri principis filius est. Tan tchou degener erat, Choen filius etiam degener : Choen adjuverat Yao, et Yu adjuverat Choen per annos multos, et contulerant beneficia in populum diu. At K'i utpote sapiens poterat reverenter suscipere et continuare patris normam; I vero adjuverat Yu per annos paucos, et contulerat beneficia in populum non diu. Porro Choen Yu cum I invicem discrepasse diuturnitate, eorumque filios sapientes vel degeneres fuisse, æque a cœlo fuit, nec erat quod homines præstare potuissent. Quod nemo agit et tamen fit, e cœlo est : quod nemo provocat et tamen accidit, numen est. Ut privatus homo quidem habeat imperium, virtus requiritur similis Choen et Yu, et insuper habere imperatorem illi suffragantem : ideo Confucius non obtinuit imperium. Si per successionem generationis habeatur imperium, ut cœlum aliquem rejiciat, oportet consimilis sit Kié et Tcheou : ideo I, I yn, et Tcheou Dux non habuerunt imperium. I yn adjuvit T'ang ut regnaret super imperium. T'ang defuncto, T'ai ting (2) nondum constitui potuit, ejusque fratres, Wai ping duorum annorum erat, Tchong jen quatuor annorum erat : T'ai kia evertebat avi T'ang statuta et leges; I yn relegavit illum in palatium T'ong (3) tres annos : T'ai kia dolens culpas sibi succensuit seque reformavit (4), cumque in Tong institisset pietate seque ad æquitatem

(1) 陽城 et 箕山, prope 嵩 montem, in Ho nan.

(2) Defuncti filius primogenitus, morte præreptus, cujus filius T'ai kia mox T'ang defuncto successit.

(3) Ubi mausolæum erat regis T'cheng t'ang.

(4) 艾 sonat 刈, et ab herbarum præcisione ducitur metaphora.

桐處仁遷義三年、以聽伊尹之訓已也、復歸於亳、周公之不有天下、猶益之於夏、伊尹之於殷也、孔子曰、唐虞禪、夏后殷周繼其義一也、

○萬章問曰、人有言、伊尹以割烹要湯、有諸、孟子曰、否、不然、伊尹耕於有莘之野、而樂堯舜之道焉、非其義也、非其道也、祿之以天下、弗顧也、繫馬千駟、弗視也、非其義也、非其道也、一介不以與人、一介不以取諸人、湯使人以幣聘之、囂囂然曰、我何以湯之聘幣爲哉、我豈若處畎畝之中、由是以樂堯舜之道哉、湯三使往聘之、既而幡然改曰、與我處畎畝之中、由是以樂堯舜之道、吾豈若使是君爲堯舜之君哉、吾豈若使是民爲堯舜之民哉、吾豈若於吾身親見之哉、天之生此民也、使先知覺後知、使先覺覺後覺也、予天民之先覺者也、予將以斯道覺斯民也、非予覺之而誰也、思天下之民、匹夫匹婦、有不被堯舜之澤者、

訓 HIUN, docere, documenta.

禪 CHAN, sacrificare Telluri: componere terram ad sacrificandum: cedere, tradere. 禪, Buddistica quies.

莘 SIN, asarum: longus: antiqua ditio in 陝西.

介 KIAI, terminus: ampliare: intercipere: juvare: parvus: adjutor: domesticus: in bono perservantia: ordinarius homo: lorica. 芥, herbula. 介, KIA, 介然,

recepisset tribus annis, ita ut auscultaverit I yn docenti ipsum, iterum reversus est in urbem Po (1). Tcheou Ducem non habuisse imperium, æque est ac I sub Hia et I yn sub Yn. Confucius aiebat : quod T'ang et Yu tradiderint, Hia reges Yn et Tcheou transmiserint, utriusque ratio eadem (2).

7. Wan tchang interrogans ait : vulgo dicitur I yn per dissecandi coquendique artem quæsivisse T'ang, estne verum? Mentsius respondit : nullatenus; non est ita. I yn arabat in Yeou sin campis, et delectabatur Yao et Choen doctrina (3). Præter rei æquitatem, extra rei jus, gratificatus fuisses ei imperium, neque respexisset; alligasses equorum mille quadrigas, nec aspexisset : præter rei æquitatem, præter rectam rationem, unam herbulam nec eam dedisset alicui, unam herbulam nec eam sumpsisset a quopiam (4). Cum T'ang misisset homines cum sericis invitatum illum, sui contentus ait : ego quid de T'ang invitatoriis sericis faciam? Mihi quid æque erit ac versari in canaliculati agri medio, ut ex hoc delecter Yao et Choen institutis? T'ang ter jussit ire invitatum illum. Dein vero commotus immutavit dicens : potius quam ego verser in agrorum medio, ut exinde delecter Yao et Choen doctrina, nonne præstabit ut ego efficiam hunc principem esse a Yao et Choen principem? nonne præstabit ut ego efficiam hunc populum esse a Yao et Choen populum? nonne præstabit ut ego in mea persona ipsemet videam illud? Cœlum procreans hunc populum, jussit qui prius sciverint (5) indere sensum postmodum scientibus, jussit qui prius senserint (6) aperire sensum postmodum sentientibus. Ego e cœli creaturis qui prius persenserim sum; ego volo ope hujus doctrinæ aperire sensum huic populo : nisi ego indam illi sensum, quis porro? Cogitabat si in imperii populo privatus vir vel privata mulier esset qui non reciperent Yao et Choen

---

(1) Urbs regia dynastiæ Chang.

(2) T'ang scilicet Yao, Yu scilicet Choen.

(3) 有 莘, antiquum territorium in regno Kouo 虢.

(4) 介 idem ac 芥, herbula, gramen.

(5) Sciverint officia.

(6) Senserint officiorum rationem.

---

extemplo. Ko 个, particula numeralis. *R.* 9.

囂 Hiao, tumultuari, vociferari. 囂 囂, Sui contentus sine cupiditate. Ngao, 囂 囂, multorum voces. *R.* 30.

幡 Fan, flammula, signum. 翻, Volvere, moveri.

若已推而內之溝中、其自任以天下之重如此、故就湯而說之、以伐夏救民、吾未聞枉已而正人者也、況辱已以正天下者乎、聖人之行不同也、或遠或近、或去或不去、歸潔其身而已矣、吾聞其以堯舜之道要湯、未聞以割烹也、伊訓曰、天誅造攻自牧宮、朕載自亳、

○萬章問曰、或謂孔子於衛主癰疽、於齊主侍人瘠環、有諸乎、孟子曰、否、不然也、好事者爲之也、於衛主顏讎由、彌子之妻與子路之妻、兄弟也、彌子謂子路曰、孔子主我、衛卿可得也、子路以告、孔子曰、有命、孔子進以禮、退以義、得之不得曰有命、而主癰疽與侍人瘠環、是無義無命也、孔子不悅於魯衛、遭宋桓司馬將要而殺之、微服而過宋、是時孔子當阨、主司城貞子、爲陳侯周臣、吾聞觀近臣、以其所爲主、觀遠臣、以其所主、若孔子主癰疽與侍人瘠環、何以爲孔子、

癰 Yong, magnus furunculus.

疽 Tsiu, profundus furunculus, apostema.

瘠 Tsi, macilentus.

遭 Tsao, obviare, occurrere : incidere in.

(1) Alii sæculo se submoverunt, alii apud principem munera gesserunt.

(2) Mo kong, seu Ming t'iao 鳴條, erat locus, quo tyrannice dominabatur imperator Kié. I yn effecit ut e Po ultio cœlestis prodiret.

beneficia, perinde esse ac si ipse impellendo immisisset illos in fossæ medium : is in se sustinebat imperii onus ita. Ideo adivit T'ang et induxit illum ad debellandum Hia et liberandum populum. Ego nondum audivi obliquantem se direxisse alios; quanto ergo minus dedecorantem se exinde rectum fecisse imperium? Sanctorum hominum actiones non sunt similes : quidam procul abierunt, alii prope accesserunt (1), quidam recesserunt, alii non recesserunt : tendebant ad emundandos se ipsos et nil aliud. Ego audivi per illa Yao et Choen instituta gratiam T'ang captasse, nondum audivi usum fuisse dissecandi coquendique arte. Annalium I documentum habet : cœli vindictam incepisse cladem in Mo palatio, a me ortum habuit in Po (2).

8. Wan tchang interrogans ait : quidam dicunt Confucium in Wei hospitatorem habuisse ulcera curantem (3), in T'si hospitatorem habuisse eunuchum Tsi hoan (4) : estne ita (5)? Mentsius respondit : minime, non ita : qui amant fabulas commenti sunt illud. In Wei hospitem habuit sapientem Yen t'cheou yeou; cumque Mi aulici uxor atque Tse lou uxor sorores essent, dominus Mi compellans Tse lou ait : si Confucius hospitaretur apud me, Wei toparchiam posset obtinere. Tse lou id monuit; Confucius respondit : stat cœli numen. Confucius inibat munus juxta regulas, abdicabat juxta æquitatem; obtineret illud vel non obtineret, dicebat esse cœli numen : porro diversari apud chirurgum atque eunuchum Tsi hoan, fuisset deesse æquitati, deesse numini. Confucius non contentus in Lou et Wei, incidit in regni Song, Hoan equitatus praefectum, volentem sistere et interficere illum; sed tenuiora induit et transivit in Song. Eo temporis Confucius versabatur in angustiis; hospitem elegit præfectum urbis, dominum Tcheng, tunc agentem T'chen reguli Tcheou ministrum (6). Ego audivi perspectos fieri præsentes aulæ ministros ex iis, quorum ipsi sunt hospitatores; internosci peregrinos ministros ex iis, quos ipsi eligunt hospitatores : si Confucius hospitatores elegisset chirurgum et eunuchum Tsi hoan, qui diceretur Confucius?

---

(3) 主, rei cardinem, cui potissimum innitendum sit, significare adnotavimus. Sed significat etiam, quod hic notare juvat, patronum sibi habere eoque inniti, vel etiam patronum esse alicui.

(4) Ut per eos accessum haberet ad regulum.

(5) 諸 valet 之.

(6) Periculis circumventus apud insignem virum, qui dein fuit præfectus urbis in Song regno, hospitium elegit; quanto magis in T'si et Wei, cum quieta erant tempora?

○萬章問曰、或曰、百里奚自鬻於秦養牲者、五羊之皮食牛、以要秦穆公、信乎、孟子曰、否、不然、好事者爲之也、百里奚、虞人也、晉人以垂棘之璧、與屈產之乘、假道於虞以伐虢、宮之奇諫、百里奚不諫、知虞公之不可諫而去之秦、年已七十矣、曾不知以食牛干秦穆公之爲汙也、可謂智乎、不可諫而不諫、可謂不智乎、知虞公之將亡、而先去之、不可謂不智也、時舉於秦、知穆公之可與有行也、而相之、可謂不智乎、相秦而顯其君於天下、可傳於後世、不賢而能之乎、自鬻以成其君、鄉黨自好者不爲、而謂賢者爲之乎、

○孟子曰、伯夷目不視惡色、耳不聽惡聲、非其君不事、非其民不使、治則進、亂則退、橫政之所出、橫民之所止、不忍居也、思與鄉人處、如以朝衣朝冠、坐於塗炭也、當紂之時、居北海之濱、以待天下之清也、故聞伯夷之風者、頑夫廉、懦夫有立志、伊尹曰、何事非君、何使非民、治亦進、亂亦進、曰、天之生斯民也、使先知覺後知、使先

璧, Pi, tessera rotunda.

虢, Kouo, vestigia tigrinæ palmæ: n. regni. *R.* 141.

奇 K'i, mirus, portentosus. Ki, numerus impar, plus. *R.* 37.

頑 Wan, stolidus, insipiens.

懦 Jou, 懦 No, 懦 Noan, debilis.

9. Wan tchang interrogans ait : quidam dicunt Pé li hi seipsum vendidisse penes T'sin regni pascentem pecudes, quinque ovium pellibus, et pavisse boves ad quærendum T'sin Mou regulum, estne verum ? Mentsius ait : nequaquam; non ita : amantes fabulas confecerunt hoc. Pé li hi regni Yu homo erat. Cum Tsin homines, afferentes regionis Tchoei ki onyches et regione Kiué natos quadrijuges (1), mutuati sunt viam a Yu ad aggrediendum Kouo, minister Kong tche k'i dedecere admonuit, minister Pé li hi non admonuit. Sciens Yu regulum non posse consilio juvari, abivit in T'sin, aetate jam septuagenarius : si adhuc ignorasset, per pastum boum captare T'sin Mou regulum, esse probrosum, possetne dici gnarus ? Et quod incapacem admoneri non admonuerit, potestne dici non gnarus ? Sciebat Yu regulum mox periturum, et prior discessit hinc; non potest dici non gnarus. Tunc promotus fuit a T'sin : vidit Mou regulum parem quicum iniretur facinus, et adjuvit illum; potestne dici non gnarus ? Adjuvit T'sin et illustravit ejus principem in imperio, memorandum in posteras generationes; nisi sapiens, an vero id potuisset ? Se vendere ad perficiendum suum principem, ruralis homo, qui se amet, nec tentabit, et dices sapientem id praestasse ?

PARS POSTERIOR.

1. Mentsius ait : Pé i oculis non aspiciebat turpem speciem, auribus non audiebat turpes voces; nisi vere principi non serviebat, nisi talem populum non jubebat. Vigente ordine tunc munus obibat, turbato vero recedebat. Perversa administratio unde exibat, perversus populus ubi morabatur, non ferebat ibi degere. Cogitabat cum rurali homine commorari perinde esse atque cum aulica veste et aulico pileo insidere in luto et carbonibus. Sub Tcheou tempore incoluit borei maris ripas ad expectandum imperii serenitatem. Ideo audientes Pé i famam, immoderati homines abstinuerunt, debiles homines habuerunt tenax propositum. I yn aiebat : cui serviam quin sit princeps; quem regam quin sit populus ? Vigente ordine etiam inibat munus, jacente etiam obibat. Aiebat : cœlum procreans hunc populum, jussit, qui prius noverint, notionem indere postmodum noscentibus; jussit, qui prius intelle-

---

(1) Tchoei ki et Kiué, duo loca in regno Tsin.

覺、覺後覺、予天民之先覺者也、予將以此道覺此民也、思天下之
民、匹夫匹婦、有不與被堯舜之澤者、若已推而內之溝中、其自任
以天下之重也、柳下惠、不羞汙君、不辭小官、進不隱賢、必以其道、
遺佚而不怨、阨窮而不憫、與鄉人處、由由然不忍去也、爾爲爾、我
爲我、雖袒裼裸裎於我側、爾焉能浼我哉、故聞柳下惠之風者、鄙
夫寬、薄夫敦、孔子之去齊、接淅而行、去魯、曰、遲遲吾行也、去父母
國之道也、可以速而速、可以久而久、可以處而處、可以仕而仕、孔
子也、孟子曰、伯夷、聖之清者也、伊尹、聖之任者也、柳下惠、聖之和
者也、孔子、聖之時者也、孔子之謂集大成、集大成也者、金聲而玉
振之也、金聲也者、始條理也、玉振之也者、終條理也、始條理者、智
之事也、終條理者、聖之事也、智、譬則巧也、聖、譬則力也、由射於百
步之外也、其至、爾力也、其中、非爾力也、
○北宮錡問曰、周室班爵祿也、如之何、孟子曰、其詳不可得聞也、

淅, Si, oryzam lavare: 淅瀝, pluviæ sonitus.

錡 I, ahenum, tripus. 錡 Ki, instrumentum militare.

xerint, intelligentiam indere postmodum intelligentibus : ego ex cœli creaturis prius intelligentibus sum, ego mox usus hac doctrina sensum aperiam huic populo. Cogitabat in imperii populo si privatus vir privataque mulier esset, qui non particeps perciperet Yao et Choen beneficia, perinde esse ac si ipse impellendo immisisset illum in fossae medium : ille in suum onus acceperat imperii pondus. — Lieou hia hoei (1) non erubescebat impurum principem, non recusabat exiguum magistratum : promotus non occultabat suam sapientiam, perpetuo sequens suam viam; neglectus delitescebat quin succenseret, ad incitas redactus nec tristabatur : cum agresti homine versatus, laeta fronte, non patiebatur abire; tu es tu, ego sum ego; licet detectis brachiis et nudo sis corpore ad meum latus, tu qui poteris inficere me? Ideo audientes Lieou hia hoei mores, angusti animi dilatati sunt, et tenues mentes grandiverunt. —Confucius relinquens T'si, corripuit e lotura oryzam (2), et profectus est : relinquens Lou, ait : «lente lente ego abibo» relinquendi paternum regnum norma est. Si festinandum tunc festinare, si diurnandum tunc diurnare, si private vivendum tunc private vivere, si magistratus gerendus, tunc magistratum gerere, en Confucius. — Mentsius ait : Pé i sanctorum purissimus, I yn e sanctis oneris potentissimus, Lieou hia hoei sanctorum facillimus, Confucius inter sanctos temporibus obsequentissimus. Confucius dicetur collectio ad plenam symphoniam (3). Ista concursio totius musices est cum æra proclamant et onychina colligunt illam : campanæ scilicet proclamantes inchoant variorum consonantiam, et chalcophoni colligentes illam concludunt concentum : illud inchoare consonantiam, prudentis est res; istud concludere concentum, sancti est res. Prudentia, si comparetur, erit dexteritas; sanctitas comparabilis vero robori. Sicut jaculans ad centum ultra passus; ut pervenias, tui roboris est, illud attingere non est tui roboris (4).

2. Wei civis Pé kong i interrogans ait : Tcheou familia ordinabat dignitates et stipendia quo quidem pacto? Mentsius ait : ea particulatim descripta

---

(1) Confucio coævus, famosi latronis Tche frater major.

(2) Tam festinato, ut oryzam vix ablutam necdum coctam arripuerit.

(3) Omnium instrumentorum symphonia dicitur 大成; unius vero modulatio vocatur 小成. Symphoniæ exordientis signum canebant campanæ, finem chalcophoni.

(4) Tres priores sanctitate, Confucius etiam prudentia pollebat, sciens se tempori accomodare.

諸侯惡其害已也、而皆去其籍、然而軻也、嘗聞其略也、天子一位、公一位、侯一位、伯一位、子男同一位、凡五等也、君一位、卿一位、大夫一位、上士一位、中士一位、下士一位、凡六等、天子之制地方千里、公侯皆方百里、伯七十里、子男五十里、凡四等、不能五十里、不達於天子、附於諸侯曰附庸、天子之卿受地視侯、大夫受地視伯、元士受地視子男、大國地方百里、君十卿祿、卿祿四大夫、大夫倍上士、上士倍中士、中士倍下士、下士與庶人在官者同祿、祿足以代其耕也、次國地方七十里、君十卿祿、卿祿三大夫、大夫倍上士、上士倍中士、中士倍下士、下士與庶人在官者同祿、祿足以代其耕也、小國地方五十里、君十卿祿、卿祿二大夫、大夫倍上

籍, Tsı, liber, codex : publicæ tabulæ. 籍籍, Loquentium voces : 名聲籍甚, fama valde resonat.

(1) Isti quinque postremi, qui ceteroquin europæis titulis imperfecte respondent, communi nomine vocabantur Reguli.

(2) Imperator vel regulus.

(3) Imperator dicebatur cœli filius; quinque reguli nonnisi vocabantur principes 君, licet bellantium regnorum tempore per abusum hic titulus etiam minoribus dignitatibus attributus fuerit. Ministri, 卿 seu 上大夫, distinguebantur ejusdem vel diversi cognominis ac princeps. Toparchas 大夫 imperator habebat viginti septem, principes vero quinque.

(4) Territorium quadratum, cujus quodvis latus extendebatur centum stadia.

(5) Regi, seu Duci aut Marchioni.

non potui auditione assequi; reguli ægre ferentes ea sibi adversari, ad unum expunxerunt hujusmodi codices. Verumtamen ego Ko jam audivi eorum summam. Imperator, una dignitas; Dux, altera dignitas; Marchio, altera dignitas; Comes, altera dignitas; Vicecomes et Baro, simul una dignitas; universim quinque gradus (1). In aula, rex (2), una dignitas; regii ministri, altera dignitas; summi præfecti, altera dignitas (3); primarii litterati, altera dignitas; secundarii litterati, altera dignitas; inferiores litterati, altera dignitas: universim sex ordines. Imperatoris statutum territorium quadratum mille stadiorum: Ducis et Marchionis, æque quadratum centum stadiorum (4); Comitis, septuaginta stadia; Vicecomitis Baronisque, quinquaginta stadia: universim quatuor ordines. Non attingentes quinquaginta stadia, non penetrabant ad imperatorem: sed adhærentes ad regulos, dicebantur adnexæ ditiones. Imperatoris, ministri recipiebant territorium par marchionibus; summi præfecti recipiebant territorium par Comitibus; primarii litterati recipiebant territorium par Vicecomitibus et Baronibus. In magno regno, e territorio quadrato centum stadiorum, regi erat decuplus ac ministrorum census (5); ministrorum census quadruplus ac summorum præfectorum; supremis præfectis duplus erat ac primariis litteratis; primariis litteratis duplus ac secundariis litteratis; secundariis litteratis duplus ac inferioribus litteratis; inferiores litterati cum populi hominibus in administratione versantibus (6) æqualem habebant censum; census sufficiebat ad tenendum ipsis agriculturæ locum (7). In secundario regno, e territorio quadrato septuaginta stadiorum, Comiti erat decuplus ac ministri census; ministri census, triplus ac toparchæ; toparchæ duplus ac primario litterato, primario litterato duplus ac secundario, secundario duplus ac inferiori litterato; inferior litteratus cum plebeio homine in administratione versante æqualem habebat censum; census sufficiebat ad supplendum eorum agriculturam (8). In parvo regno, e territorio quadrato quinquaginta stadiorum, principi (9) decuplus erat ac ministri census; ministri census duplus ac toparchis, toparchae duplus ac primario litterato,

(6) Administri, uti scribæ, curatores, designantur.

(7) Rex ergo habebat 32000 jugera, ex quorum reditu poterat alere 2880 homines; minister 3200 jugera, toparcha 800, primarius litteratus 400, secundarius 200, inferior 100.

(8) Comes ergo habebat 24000 jugera, minister 2400, toparcha 800, ceteri ut supra.

(9) Vicecomes is vel Baro.

士、上士倍中士、中士倍下士、下士與庶人在官者同祿、祿足以代其耕也、耕者之所獲、一夫百畝、百畝之糞、上農夫食九人、上次食八人、中食七人、中次食六人、下食五人、庶人在官者、其祿以是爲差、

○萬章問曰、敢問友、孟子曰、不挾長、不挾貴、不挾兄弟而友、友也者、友其德也、不可以有挾也、孟獻子、百乘之家也、有友五人焉、樂正裘、牧仲、其三人、則予忘之矣、獻子之與此五人者友也、無獻子之家者也、此五人者、亦有獻子之家、則不與之友矣、非惟百乘之家爲然也、雖小國之君亦有之、費惠公曰、吾於子思、則師之矣、吾於顏般、則友之矣、王順、長息、則事我者也、非惟小國之君爲然也、雖大國之君亦有之、晉平公之於亥唐也、入云則入、坐云則坐、食云則食、雖疏食菜羹、未嘗不飽、蓋不敢不飽也、然終於此而已矣、弗與共天位也、弗與治天職也、弗與食天祿也、士之尊賢者也、非

亥 HAI, hora noctis nona et decima. *R.* 8.

---

(1) Vicecomes ergo vel Baro habebat 16000, minister 1600, toparcha 800 et ceteri ut supra.

(2) Juxta majus aut minus cujusque munus, assignabantur illi diligentioris

huic duplus ac secundario, huic duplus ac inferiori, is cum populari obeunte munus aequalia habebat stipendia, quae sufficiebant ad supplendum eorum agriculturam (1). Agricolis quod proveniebat, cuique colono centum jugera; et e centum jugerum stercoratione, primae notae agricolae alebant novem homines, et a primariis secundi alebant octo viros; medii alebant septem homines, et a mediis secundi alebant sex viros; sequiores alebant quinque homines : porro qui plebeii homines obibant magistratum, eorum stipendia ab hoc ducebant discrimen (2).

3 Wan tchang interrogans ait : ausim interrogare de amicitia. Mentsius ait : non fiditur grandævitati, nec fiditur nobilitati, nec fiditur consanguinitati (3), et sic amicitia initur : amicum enim alicui fieri, est amicum fieri ejus virtuti, nil debet esse quo innitaris (4). Lou præfectus Mong hien tse, centum quadrigarum familia, habebat amicos quinque viros, Yo tcheng k'ieou, Mo tchong; alios tres viros ego vero oblitus sum illos. Hien tse cum istis quinque viris amicitiam iniit, quibus nulla erat Hien tse familia; si isti quinque viri rationem quidem habuissent Hien tse familiae, tunc non fuisset cum ipsis amicitiam initurus. Nec solum centum quadrigarum familia fuit sic : vel parvi regni princeps etiam extitit hujusmodi. Regni Pi Hoei regulus aiebat : ego quantum ad Tse se, illum quidem habeo magistrum; ego quantum ad Yen pan, illum vero habeo amicum; Wang choen et Tchang si, ii autem serviunt mihi. Nec tantum parvi regni princeps fuit sic : licet magni regni principes, etiam extiterunt hujusmodi. Tsin P'ing regulus quoad sapientem Hai t'ang, si is ingredi jubebat, tunc ingrediebatur; si sedere jubebat, tunc sedebat; si manducare jubebat, tunc manducabat (5); licet crassiores essent cibi olerumque juscula, nunquam non se satiabat, quia non audebat non satiari. Veruntamen constitit in hoc et nil amplius : non dedit participare cœlestem dignitatem, non dedit obire cœlestia munia, non dedit comedere cœlestes reditus (6). Uti litteratus honorabat sapientem,

---

aut negligentioris agricolæ fructus.

(3) Consanguineorum opulentiæ et auctoritati.

(4) 挾, alicui bono, quod possideas, inniti. Fit amicitia si nullam habeas tuæ excellentiæ rationem, et nolis illam in causa esse, cur alii tibi adhæreant : amicitia enim adhæret virtuti.

(5) Illud 云 venuste hîc usurpatur; ad ingrediendi jussum, dictum, statim ingrediebatur : 言入乃入.

(6) Cœlestes vocat, quod a cœlo homini conferuntur.

王公之尊賢也、舜尚見帝、帝館甥于貳室、亦饗舜、迭爲賓主、是天子而友匹夫也、用下敬上、謂之貴貴、用上敬下、謂之尊賢、貴貴尊賢、其義一也、

○萬章問曰、敢問交際何心也、孟子曰、恭也、曰、卻之卻之爲不恭、何哉、曰、尊者賜之、曰、其所取之者、義乎不義乎、而後受之、以是爲不恭、故弗卻也、曰、請無以辭卻之、以心卻之、曰、其取諸民之不義也、而以他辭無受、不可乎、曰、其交也以道、其接也以禮、斯孔子受之矣、萬章曰、今有禦人於國門之外者、其交也以道、其餽也以禮、斯可受禦與、曰、不可、康誥曰、殺越人于貨、閔不畏死、凡民罔不譈、是不待教而誅者也、殷受夏、周受殷、所不辭也、於今爲烈、如之何其受之、曰、今之諸侯、取之於民也、猶禦也、苟善其禮際矣、斯君子受之、敢問何說也、曰、子以爲有王者作、將比今之諸侯而誅之乎、其教之不改、而後誅之乎、夫謂非其有而取之者盜也、充類至義

甥, CHENG, sororis filii : filiæ maritus. *R.* 100.

迭, TIÉ, mutari, alternatim. 軼, Invadere.

卻, K'IO, cessare, recusare : retrocedere : revera : animi appetitiones temperare. *R.* 26.

譈, TOEI, indignari, odisse, 憝.

non uti rex vel dux honoravit sapientem. Et Choen cum ascendens invisit imperatorem (1), imperator hospitatus est generum in secundo palatio, et etiam pransitabat apud Choen; alternatimque agebat diversorem et hospitatorem : en imperator, qui amice tractat privatum virum. Ab inferiore coli superiorem, dicitur honorare honorandum (2); a superiore coli inferiorem, dicitur colere sapientem; honorare honorandum et colere sapientem, utriusque æquitas eadem est.

4. Wan tchang interrogans ait : ausim interrogare, amice munusculis congredi, quo fiet animo? Mentsius respondit : reverentiæ. Subdit : ea recusare, iterumque recusare, censetur irreverentia : quare? Respondit : si nobili ea largiente, peteres, id, quo ipse ea acquisivit, æquum ne est an iniquum; et nonnisi postea ea reciperes : id haberetur pro irreverentia; et ideo non recusandum (3). Subdit : si velis, non per verba ea recusabo, sed in corde rejiciam illa, dicens illum accepisse a populo sine aequitate; et usus alio prætextu non accipiam, an non licebit? Respondit : si ille congrediatur ob rationale motivum, et si ille munere prosequatur juxta urbanitatem, tunc Confucius accepisset illud. Wan tchang ait : en est qui inhibet homines extra regni portas : is si conveniat juxta aequitatem, ejusque munus sit juxta urbanitatem, an tunc licebit recipere prædam? Respondit : non licet; K'ang monitum ait : «occidentem et subvertentem homines ad praedandum, stupideque non timentem mortem, e toto populo nullus non execratur;» hujusmodi quin expectetur admonitio, plectendi sunt. Yn accepit a Hia et Tcheou accepit a Yn, iis nihil dicendum, et huc usque est in vigore (4) : quomodo ergo ipse acciperes illam? Subdit : hodierni reguli extorquentes rem a populo perinde sunt ac si praedarentur. Si quod debito suo ritu munusculis prosequantur, statim sapiens recipiat illa, ausim interrogare quid hoc significet. Respondit : tu putas, si aliquis imperator exurgeret, collecturum esse hodiernos regulos ad ipsos interficiendos, an vero illum admoniturum esse eos, nec tamen emendatos, tunc demum occisurum eos fore (5)? Vocare eos, qui quod non est ipsorum dominium capiunt, latrones, est

---

(1) 尙 valet 上.

(2) 用 idem ac 以, *per*, *a*.

(3) Ne videaris asserere acquisitionem iniquam.

(4) Textus habetur corruptus.

(5) Non ergo haberet uti viarum grassatores, qui sine prævia admonitione statim morti dantur.

之盡也、孔子之仕於魯也、魯人獵較、孔子亦獵較、猶可、而況受其賜乎、曰、然則孔子之仕也、非事道與、曰、事道也、事道奚獵較也、曰、孔子先簿正祭器、不以四方之食供簿正、曰、奚不去也、曰、爲之兆也、兆足以行矣、而不行、而後去、是以未嘗有所終三年淹也、孔子有見行可之仕、有際可之仕、有公養之仕、於季桓子、見行可之仕也、於衛靈公、際可之仕也、於衛孝公、公養之仕也、

○孟子曰、仕非爲貧也、而有時乎爲貧、娶妻非爲養也、而有時乎爲養、爲貧者、辭尊居卑、辭富居貧、辭尊居卑、辭富居貧、惡乎宜乎、抱關擊柝、孔子嘗爲委吏矣、曰、會計當而已矣、嘗爲乘田

較 Kiao, examinare, comparare. 較 Kio, currus auris, currus capsa. 角, Contendere.

簿 Pou, codex, diarium, adversaria.

兆 Tchao, prognosticum : millio. *R.* 10.

淹 Yen, diu detinere : aqua macerare. 淹, Mergere : ripa.

抱 Pao, amplecti, complecti : in brachiis ferre : tenere.

柝 T'ouo, lignum excavatum, quod nocturni excubitores pulsant.

計 Ki, stratagema, supputare, moliri.

---

(1) Huic mori haud refragatus est.

(2) Doctrinæ propagationi.

(3) Hujusmodi venationes fiebant ad sacrificia peragenda. Ut ergo prudenter

extendere genus ad juris summum. Confucio gerente magistratum in Lou, Lou homines venando contendebant; Confucius item venando contendere (1). Venationem sibi invicem auferre, adhuc licet, quanto magis accipere illorum munera? Subdit : si ita, ergo Confucius magistratum gerens non operabatur doctrinæ (2). Ait : operabatur doctrinæ. — Si operabatur doctrinae, quomodo venando contendebatur? Ait : Confucius prius per librum ordinavit litationum vasa (3), nec cum quatuor regionum ferculis instruxit libro ordinata. Subdit : quare non abibat? Respondit : agebat rei præludia. Cum præludia sufficiebant ad cursum habendum, nec tamen cursum habebant, tunc demum abibat. Quapropter nondum fuit quo ad finem trium annorum permanserit. Confucius aliquando videns cursum possibilem, magistratum obivit; aliquando exceptus bene, magistratum obivit; aliquando de publico alitus (4), magistratum gessit : apud Lou ministrum Ki hoan tse, videns cursum possibilem, magistratum gessit; apud Wei Ling regulum, exceptus bene, magistratum gessit; apud Wei Hiao regulum, de publico alitus, magistratum gessit.

5. Mentsius ait : magistratus obitur non propter paupertatem, et tamen est tempus quo causa paupertatis : sicut ducitur uxor non propter ministerium, et tamen est tempus quo propter ministerium. Qui porro ob paupertatem, is recusans honorificentiorem occupet humiliorem, recusans pinguiorem occupet tenuiorem. Qui porro recusans honorificum occupat humilem, recusans pinguem occupat tenuem, quid illi accomodatius (5)? Obeundo portas pulsare crepitaculum (6). Confucius olim agens horreorum praefectum, aiebat : si totus numerus et singularis ratio quadrat, jam totum est (7) :

Confucius inveteratum usum tolleret, composuit librum, quo sacrificii vasa et fercula definivit, et inter fercula hujusmodi venationes non recensuit.

(4) Cum nempe rite sapientes de publico ærario sustentabantur.

(5) In 有時乎, particula 乎 fulcit, et valet 而. In 惡乎, fulcit item, ut jam adnotavimus.

(6) Hujusmodi gerenti officium non ob publicum bonum, præstat obire tenuiora officia, uti custodire portas et agere excubias, quod facile geritur. Confucius ipse non erubuit humiliora officia, quæ eo ipso faciliora sunt, ut ejus verba innuunt. Sane humilis et elevatus magistratus differre debent; ille ne crepet alta regiminis, is publicum ordinem instituat.

(7) 會, koei, generalis annuæ rationis supputatio. 計, specialis singularum rationum supputatio.

矣、曰、牛羊茁壯長而已矣、位卑而言高、罪也、立乎人之本朝而道不行、恥也、

○萬章曰、士之不託諸侯、何也、孟子曰、不敢也、諸侯失國而後託於諸侯、禮也、士之託於諸侯、非禮也、萬章曰、君餽之粟、則受之乎、曰、受之、受之何義也、曰、君之於氓也、固周之、曰、周之則受、賜之則不受、何也、曰、不敢也、曰、敢問其不敢、何也、曰、抱關擊柝者、皆有常職以食於上、無常職而賜於上者、以爲不恭也、曰、君餽之、則受之、不識可常繼乎、曰、繆公之於子思也、亟問亟餽鼎肉、子思不悅、於卒也、摽使者出諸大門之外、北面稽首再拜而不受、曰、今而後知君之犬馬畜伋、蓋自是臺無餽也、悅賢不能舉、又不能養也、可謂悅賢乎、曰、敢問國君欲養君子、如何斯可謂養矣、曰、以君命將之、再拜稽首而受、其後廩人繼粟、庖人繼肉、不以君命將之、子思以爲鼎肉、使己僕僕爾亟拜也、非養君子之道也、堯之於舜也、使其子九男事之、二女女焉、百官

茁, Tcha, herbæ nascentes : crescere : pinguis. T'chou, Kiu, herbæ nascentes.

摽 Piao, gestu abigere, indicare.

alias agens pascuorum præfectum aiebat : si boves et oves saginati pinguescant et crescant, nil superest. Si dignitas humilis et sermo sit elevatus, peccatum est : si stas in alicujus propria aula, et recta doctrina cursum non habet, probrum est.

6. Wan tchang ait : privatus litteratus non innititur regulo, cur? Mentsius respondit : non audet; regulum, amisso regno, tunc vero inniti in regulo, ritus est; litteratum sustentari a regulo non est ritus (1). Wan tchang subdit : si princeps largiatur illi millium, tunc accipietne illud? Ait : accipiet illud. Accipiet illud quo jure? Ait : princeps quoad subditum, debet opitulari illi. Subdit : si opituletur illi, tunc accipiet; si persolvat illi, tunc non accipiet, cur? Respondet : non audet. Ausim interrogare, ille cur non audet. Respondet : obeundo portas pulsantes crepitaculum aeque habent stabile munus, ut enutriantur a superiore; carere stabili officio et tamen sustentari a superiore, censetur irreverentia. Subdit : si princeps ei largiatur, tunc accipiet illud; nescio an possit id semper continuari? Ait : Mou princeps ad Tse se, saepe salutem, saepe mittebat patinariam carnem. Tse se non erat contentus. Ad postremum, manu innuens missis, eduxit ad magnae portae vestibulum, septentrionique obversus demisso capite bis prostrationem fecit, et non accepit, dicens : nunc demum novi principem ut canem aut equum alere me Ki. Unde ex hoc ministri nihil obtulerunt. Amare sapientem nec velle promovere, nec etiam scire sustentare, poteritne dici amare sapientem? Subdit : ausim interrogare : regni princeps volens alere sapientem, qui faciet ut possit dici alere? Respondit : si ex principis mandato afferant rem, bis salutabit demisso capite, et accipiet. Post hæc, horrei custodes continuabunt millium, culinae homines continuabunt carnes, nec ex principis mandato apportabunt ea. Tse se cogitavit ob coctas carnes facere se tam moleste crebrius salutare, non esse alendi sapientem normam. Yao erga Choen, jussit suos filios novem mares servire illi, duas filias esse uxores, centum

---

(1) Regulum profugum decet sustentari ab alio regulo : litteratus sine officio poterit accipere beneficentiæ donum, non vero stipendii beneficium.

摽 P'IAO, percutere : tundere pectus : decidere, cadere.

稽 KI, examinare, inquirere. 稽 K'I, caput prosternere.

牛羊倉廩備、以養舜於畎畝之中、後舉而加諸上位、故曰王公之尊賢者也、

○萬章曰、敢問不見諸侯、何義也、孟子曰、在國曰市井之臣、在野曰草莽之臣、皆謂庶人、庶人不傳質爲臣、不敢見於諸侯、禮也、萬章曰、庶人召之役、則往役、君欲見之、召之則不往見之、何也、曰、往役義也、往見、不義也、且君之欲見之也、何爲也哉、曰、爲其多聞也、爲其賢也、曰、爲其多聞也、則天子不召師、而況諸侯乎、爲其賢也、則吾未聞欲見賢而召之也、繆公亟見於子思曰、古千乘之國以友士、何如、子思不悅曰、古之人有言曰、事之云乎、豈曰友之云乎、子思之不悅也、豈不曰、以位、則子君也、我臣也、何敢與君友也、以德、則子事我者也、奚可以與我友、千乘之君、求與之友而不可得也、而況可召與、齊景公田、招虞人以旌、不至、將殺之、志士不忘在溝壑、勇士不忘喪其元、孔子奚取焉、取非其招不往也、曰、敢問招虞人何以、曰、以皮冠、庶人以

莽 MANG, MOU, herbæ luxuriantes : homo agrestis.

---

(1) Subditus aut forensis aut rusticus. Forum, ut vidimus et a figura patet,

præfectos, boves, oves et horrea præsto esse, ad alendum Choen in agrorum medio; et postea evexit auxitque de suprema dignitate. Ideo dicitur uti rex regulusque honorare sapientes.

7. Wan tchang ait : ausim interrogare, non invisendi regulos quaenam sit ratio. Mentsius ait : incolens metropolim dicitur a forensi area subditus, incolens campos dicitur ab agresti rure subditus (1); aeque vocantur populares homines. Quod populares homines nondum, tradito munere, functi ministerio (2), non audeant accedere ad regulum, ritus est. Wan tchang subdit : popularis homo vocatus ad servitium, statim vadit servire; si vero princeps volens videre illum, illum advocet, tunc non ibit visum eum, cur? Respondit : ire servitum, officium est; ire invisum, non est jus. Imo princeps cupit videre illum, qua de causa? Ait : quia ille multa scit, quia ille sapiens est. Subjungit : si quia ille multa scit, tunc imperator nec advocat præceptorem, quanto ergo minus regulus? Si quia ille sapiens est, tunc ego nondum audivi cupientem videre sapientem advocasse illum. Mou princeps sæpius accedens ad Tse se dixit (3) : antiquitus mille quadrigarum princeps ut amicitiam iniret litterati, quid agebat? Tse se non contentus ait : antiquitatis homines habebant effatum dicens : serviat illi scilicet (4); nunquid dicebant : amicitiam cum illo ineat? Hujusmodi Tse se ægre ferre nonne significabat : juxta dignitatem, tu quidem princeps, ego subditus; quî audeam cum principe amicitiam coire? juxta virtutem vero tu es qui mihi inservis, quî possis mecum amicitiam coire? Mille quadrigarum princeps quærens cum illo amicitiam, adhuc non poterat obtinere; quanto minus potuisset advocare? T'si King regulus venaturus advocavit septi praefectos cum vexillo; non adventantes, volebat occidere illos. At cordatus vir non obliviscitur se fore in fossa vel canali, fortis civis non obliviscitur se amissurum suum caput. Confucius quid extulit? extulit haud rite accersitos non ivisse. Subdit : ausim interrogare : arcessuntur septi praefecti cum quo? Respondit : cum pellito pileo (5); privati homines cum simplici flammula,

---

unum erat e novem quadratis, in quæ area ad alveoli (井) formam dividebatur : ideo forensis dicitur 市井.

(2) Cum quis ad magistratum vocabatur, munnsculum phasiani, si litteratus, anseris, si plebeius erat, regulo solebat offerre. 質 sonat 贄.

(3) Dixit aliquando, suas visitationes jactaturus.

(4) 云乎 valet 云爾; 乎 exclamando et interrogando affirmat.

(5) Qui venatorius erat pileus.

旃、士以旂、大夫以旌、以大夫之招招虞人、虞人死不敢往、以士之招招庶人、庶人豈敢往哉、況乎以不賢人之招招賢人乎、欲見賢人而不以其道、猶欲其入而閉之門也、夫義、路也、禮、門也、惟君子能由是路、出入是門也、詩云、周道如底、其直如矢、君子所履、小人所視、萬章曰、孔子君命召、不俟駕而行、然則孔子非與、曰、孔子當仕有官職、而以其官召之也、

○孟子謂萬章曰、一鄉之善士、斯友一鄉之善士、一國之善士、斯友一國之善士、天下之善士、斯友天下之善士、以友天下之善士爲未足、又尚論古之人、頌其詩、讀其書、不知其人可乎、是以論其世也、是尚友也、

○齊宣王問卿、孟子曰、王何卿之問也、王曰、卿不同乎、曰、不同、有貴戚之卿、有異姓之卿、王曰、請問貴戚之卿、曰、君有大過則諫、反覆之而不聽、則易位、王勃然變乎色、曰、王勿異也、王問臣、臣不敢不以正

旃, 旜 **Tchan**, vexillum e simplici serico : ille.

旂 **K'i**, vexillum draconibus conjugatis figuratum.

litterati cum draconis vexillo, præfecti cum plumeo signo (1). Cum præfectorum tessera arcessit septi custodes; septi custodes, morituri nec audent accedere : si cum litteratorum tessera arcesseret privatos homines, privati homines, qui auderent accedere? quanto ergo minus si cum insipientis hominis tessera arcessat sapientem virum? Velle videre sapientem et non uti proprio ritu, est perinde ac velle illum ingredi et occludere illi januam. Æquitas via est, urbanitas porta est. Unus sapiens potest sequi hanc viam, egredi et ingredi hac porta. Carmen (II. 49.) ait : «regiae via assimilatur molæ, ipsaque recta sicut sagitta; magnates viri quam conterunt, vulgares homines quam suspiciunt (2).» Wan tchang ait : Confucius principis mandato accersitus, quin expectaret currum, inibat iter. Si ita, ergo Confucius male agebat? Respondit : Confucius versatus in magistratu habebat praefecturae munus, et propter ejus praefecturam accersebatur.

8. Mentsius alloquens Wan tchang ait : totius pagi probissimus litteratus statim sibi amicat totius pagi probos litteratos (3); totius regni probissimus litteratus, jam sibi amicat totius regni probos litteratos; imperii probissimus litteratus, is sibi amicat imperii probos litteratos. Et existimans sibi amicare imperii probos litteratos nondum sufficere, adhuc altius ascendens studet antiquitatis hominibus (4); recitans autem eorum carmina, legens eorum libros, omittere scire quales homines fuerint poteritne? Idcirco studet illorum ævo : quod est altius ascendendo amicitiam jungere.

9. T'si Siuen rex interrogavit de regni ministris. Mentsius ait : rex de quibusnam ministris interrogat? Rex subdit : an ministri non sunt similes? Ait : non sunt similes : sunt nobilis consanguinitatis ministri, sunt diversi cognominis ministri. Rex ait : velim interrogare de nobilioribus consanguineis ministris. Respondit : si princeps habet magnam culpam, tunc facient admonitionem, et si sæpius eam iterabunt quin audiat, tunc transferent ejus dignitatem. Rex confuso vultu mutatur a colore. Sequitur : rex ne mireris, regi interroganti subditum subditus non audet quin per veritatem

(1) Privati, seu nondum functi munere : litterati, qui jam magistratum gesserant.

(2) 底 sonat 砥. Hic via, quæ ad imperantis Tcheou regiam ducit, morali sensu intelligitur, ut sapientes viam referre possit.

(3) Ut eorum societate proficiat. Quo vero magis crescit probitas, eo magis crescit proficiendi desiderium.

(4) 尚 valet 上.

對、王色定、然後請問異姓之卿、曰、君有過則諫、反覆之而不聽、則
去、

卷六

告子曰、性猶杞柳也、義猶桮棬也、以人性爲仁義、猶以杞柳爲桮
棬、孟子曰、子能順杞柳之性、而以爲桮棬乎、將戕賊杞柳而後以
爲桮棬也、如將戕賊杞柳而以爲桮棬、則亦將戕賊人以爲仁義
與、率天下之人而禍仁義者、必子之言夫、
○告子曰、性猶湍水也、決諸東方則東流、決諸西方則西流、人性
之無分於善不善也、猶水之無分於東西也、孟子曰、水信無分於
東西、無分於上下乎、人性之善也、猶水之就下也、人無有不善、水
無有不下、今夫水、搏而躍之、可使過顙、激而行之、可使在山、是豈
水之性哉、其勢則然也、人之可使爲不善、其性亦猶是也、
○告子曰、生之謂性、孟子曰、生之謂性也、猶白之謂白與、曰、然、白

(桮 Pei, scyphus, 杯.
(棬 K'iuen, scutella lignea.
戕 T'siang, vulnerare, nocere. Tsang, n loci. *R.* 62.

(湍 T'oan, rapide et volubiliter fluere.
激) Ki. aqua in saxa impingens : provocare. 感激, Habere gratiam.

respondeat. Regis colore restituto, tunc vero instituit percontationem de diversi cognominis ministris. Respondit : si princeps habeat culpam, tunc admonitionem facient, et si sæpius ea iterata non audiat, tunc abibunt.

CAPUT SEXTUM.

Kao philosophus ait : natura assimilatur salici, æquitas assimilatur poculo vel crateri : ex hominis natura ages humanitatem et æquitatem, sicut ex salice facies craterem (1). Mentsius ait : an tu possis obsecundando salicis naturam inde efficere pateram? Debebis vim faciens lædere salicem, et sic inde efficies pateram. Quod si torquebis lædesque salicem ut inde efficias pateram, an ergo etiam torquebis lædesque hominem, ad agendam humanitatem et æquitatem? Adducere imperii homines ut pessumdent humanitatem et æquitatem, id profecto est tuus sermo (2).

2. Kao philosophus ait (3) : natura est velut volubilis aqua; deducis ad orientalem partem et ad orientem defluet; derivas ad occidentalem partem et ad occidentem defluet. Hominis natura non discernit inter bonum et non bonum; sicut aqua non discernit inter orientem et occidentem. Mentsius ait : aqua vere non distinguit inter orientem et occidentem : num neque distinguit inter summum et imum? Hominis natura bona est, veluti aqua petit ima : homo nullus est non bonus, aqua nusquam non descendit. Nunc vero aqua, si percutias faciasque eam subsilire, poteris efficere ut transcendat frontem ; si contineas et retroagas illam, poteris efficere ut maneat in monte : id autem numquid aquæ natura? Ejus status violentus scilicet ita : quod homo possit efficere agentem malum, ejus natura etiam sicut illa.

3. Kao philosophus ait : vita dicitur natura. Mentsius subdit : vita dicitur natura, an sicut album dicitur album? Ait : ita. An albæ plumæ albedo est

---

(1) Mentsius asserebat naturam hominis per se rectam, adeoque æquitatem illi necessario inesse. Stoicus Kao tse propugnat æquitatem illi extrinsecus advenire, et utitur mollis ligni similitudine, quod in pateram ligneam efformatur.

(2) Si enim æquitas lædat naturam, quis aget? 夫 in fine, affirmantis est.

(3) Si non malam, saltem naturam dicam indifferentem. Est enim vita; vita autem, seu sensus et motus, indifferens est ad bonum vel malum.

羽之白也、猶白雪之白、白雪之白、猶白玉之白與、曰、然、然則犬之性、猶牛之性、牛之性、猶人之性與、

○告子曰、食色、性也、仁、內也、非外也、義、外也、非內也、孟子曰、何以謂仁內義外也、曰、彼長而我長之、非有長於我也、猶彼白而我白之、從其白於外也、故謂之外也、曰、白馬之白也、無以異於白人之白也、不識長馬之長也、無以異於長人之長與、且謂長者義乎、長之者義乎、曰、吾弟則愛之、秦人之弟則不愛也、是以我爲悅者也、故謂之內、長楚人之長、亦長吾之長、是以長爲悅者也、故謂之外也、曰、耆秦人之炙、無以異於耆吾炙、夫物則亦有然者也、然則耆炙亦有外與、

○孟季子問公都子曰、何以謂義內也、曰、行吾敬、故謂之內也、鄉人長於伯兄一歲、則誰敬、曰、敬兄、酌則誰先、曰、先酌鄉人、所敬在此、所長在彼、果在外、非由內也、公都子不能答、以告孟子、

炙, TCHE, assare. *R.* 86.
酌, TCHO, vinum effundere : consultare : capere bonum. CHO, transfundere.

---

(1) Quibus æque inest vita.

sicut candidæ nivis albedo, candidæque nivis albedo sicut albi jaspidis albedo? Ait : ita. Si ita, ergo canis natura erit sicut bovis natura, bovisque natura sicut hominis natura (1)?

4. Kao philosophus ait : sensatio ciborum colorumque, natura est (2); humanitas interior non exterior est, æquitas exterior non interior est. Mentsius subdit : cur dicis humanitatem interiorem, æquitatem exteriorem esse? Ait : ille grandævitate colendus, et ego colo illum; non est quod sit colendi ratio in me : sicut illud est album et ego album illud judico, juxta quod illud albescit exterius. Ideo voco illam exteriorem. Subdit : si albam affirmare equi albedinem non est quo abludat ab affirmanda hominis albedine, nescio an agnoscere equi senectutem non habeat quo differat ab agnoscendo hominis grandævitatem. Porro dicesne in grandævitate esse æquitatem, an vero in grandævitate honoranda esse æquitatem? Ait : est meus frater, tunc amo illum : est T'sin incolæ frater, tunc non amo. Ita ex me fit propensio; ideo voco illam interiorem. Colo T'chou civis grandævitatem, itemque colo meorum grandævitatem. Ita ob grandævitatem fit propensio; ideo voco illam exteriorem (3). Subdit : appetere T'sin civis assum nihilo differt ab appetendo meum assum (4); hæ res ergo etiam habentur similes. Si ita, ergo appetere assaturam etiam erit extrinsecum?

5. Mong ki tse (5) interrogans Kong tou tse ait : quomodo dicitur æquitas interior? Respondit : actu elicimus nostrae reverentiae sensum : ideo dicitur interior. — Si pagi vir senior sit quam major frater uno anno, tunc utrum reverebor? Respondit : revereberis fratrem. Cyathissabo autem cui prius (6)? Respondit : prius cyathissabis pagi viro. Si quod revereor est in hoc, quod honoro est in illo, revera est in extrinseco, non est ab intrinseco. Kong tou tse non potuit respondere : id monuit Mentsium, qui ait : revere-

---

(2) Sensatio est intrinseca, cibus et color est extrinsecus; illa exprimit amorem et humanitatem, hic æquitatem; ideo charitas interior, æquitas exterior est.

(3) Seu sumo grandævitatem diligendam : radix et fundamentum amoris non est ex me sed ex grandævo.

(4) 耆 idem ac 嗜.

(5) Mong ki tse videtur fuisse frater Mentsii patruelis.

(6) Is interrogans Mentsii discipulum, supponit hic concivem ad convivium fuisse invitatum; proinde hospes prævalet hero.

孟子曰、敬叔父乎、敬弟乎、彼將曰、敬叔父、曰、弟爲尸、則誰敬、彼將曰、敬
弟、子曰、惡在其敬叔父也、彼將曰、在位故也、子亦曰、在位故也、庸敬在
兄、斯須之敬在鄉人、季子聞之曰、敬叔父則敬、敬弟則敬、果在外、非由
內也、公都子曰、冬日則飲湯、夏日則飲水、然則飲食亦在外也、
○公都子曰、告子曰、性無善無不善也、或曰、性可以爲善、可以爲不善、
是故、文武興、則民好善、幽厲興、則民好暴、或曰、有性善、有性不善、是故、
以堯爲君而有象、以瞽瞍爲父而有舜、以紂爲兄之子、且以爲君、而有
微子啓、王子比干、今曰性善、然則彼皆非與、孟子曰、乃若其情、則可以
爲善矣、乃所謂善也、若夫爲不善、非才之罪也、惻隱之心、人皆有之、羞
惡之心、人皆有之、恭敬之心、人皆有之、是非之心、人皆有之、惻隱之心、
仁也、羞惡之心、義也、恭敬之心、禮也、是非之心、智也、仁義禮智、非由外
鑠我也、我固有之也、弗思耳矣、故曰、求則得之、舍則失之、或相倍蓰而
無筭者、不能盡其才者也、詩曰、天生蒸民、有物有則、民之秉夷、好是懿

冬 Tong, hiems. *R.* 15. | 鑠 Cho, metalla liquare : splendidus.

murne patruum, an vero reveremur fratrem minorem? Ille dicturus erit : veneramur patruum. Dices : si frater repraesentet defunctum (1), tunc utrum venerabimur? Ille profecto dicet : venerabimur fratrem. Tu petes; ubi erit jam illud revereri patruum? Ille profecto dicet : occupat dignitatis sedem, en causa. Tu etiam dices : occupat dignitatis sedem, ideo sic : perseverans reverentia est in fratre majore, momentanea reverentia est in pagi viro. Ki tse audiens hoc ait : cum reverendus patruus, illum revereor; cum reverendus frater, hunc revereor : ergo revera pendet ab extrinseco, non ab intrinseco. Kong tou tse respondit : hiemali die, tunc bibo calidam, aestivo die vero, bibo frigidam : si ita, ergo potus et esus etiam est extrinsecus.

6. Kong tou tse ait : Kao philosophus asserit naturam nec bonam nec malam esse. Quidam aiunt : natura potest fieri bona, potest fieri mala; ideo Wen, Ou surrexerunt, et populus amavit bonum; Yeou, Li surrexerunt, et populus amavit crudelitatem. Alii dicunt : sunt naturæ bonæ, sunt naturae malæ; ideo sumpto Yao in principem, adhuc extitit Siang; ille Kou seou erat pater, et tamen extitit Choen; ille Tcheou erat fratris filius, et imo assumptus in principem, et tamen aderat Wei tse ki, regiusque filius Pi kan. Nunc ais naturam esse bonam : si ita, ergo illi omnes errant? Mentsius ait : atqui quoad ipsius tendentiam, est vero ad faciendum bonum (2); en quod appello bonam esse. Quod si agat malum, non erit naturalis facultatis culpa. Misericordiae affectum, homines omnes illum habent; pudoris et aversionis affectum, homines omnes illum habent; cultus et reverentiæ animum, homines omnes illum habent; probandi vituperandique sensum, homines omnes illum habent. Misericordiae affectus est humanitas, pudoris et aversionis affectus est æquitas, cultus et reverentiæ animus est civilitas; approbationis et vituperationis sensus est prudentia. Humanitas, aequitas, honestas, prudentia, non ab extrinseco informant nos; nos naturaliter possidemus illas; sed non perpendimus (3). Ideo dicitur : si quaeras, tunc nancisceris illas; si relinquas, tunc amittes illas. Alii ab aliis duplo, quintuplo, indefinite discrepant, quod non possunt explere suam naturalem facultatem. Carmen (III. 26.) ait : «cœlum procreat universos homines, praeditos substantia, praeditos lege, hominesque informati moralitate, amant illam pulchram

(1) Si in parentalibus sustinet personam patris vel avi defuncti.

(2) 乃 relictis ceteris, resumit unum.

(3) Recole illius 耳 usum.

德。孔子曰、爲此詩者、其知道乎、故有物必有則、民之秉夷也、
故好是懿德、

○孟子曰、富歲子弟多賴、凶歲子弟多暴、非天之降才爾殊
也、其所以陷溺其心者然也、今夫麰麥、播種而耰之、其地同、
樹之時又同、浡然而生、至於日至之時、皆熟矣、雖有不同、則
地有肥磽、雨露之養、人事之不齊也、故凡同類者、舉相似也、
何獨至於人而疑之、聖人與我同類者、故龍子曰、不知足而
爲屨、我知其不爲蕢也、屨之相似、天下之足同也、口之於味、
有同耆也、易牙先得我口之所耆者也、如使口之於味也、其
性與人殊、若犬馬之與我不同類也、則天下何耆皆從易牙
之於味也、至於味、天下期於易牙、是天下之口相似也、惟耳
亦然、至於聲、天下期於師曠、是天下之耳相似也、惟目亦然、
至於子都、天下莫不知其姣也、不知子都之姣者、無目者也、

賴 Lai, confidere, inniti : lucrari. *R.* 154.

殊 T'chou, differre : præcidere, occidere : excedere : littera auxiliaris.

麰 Meou, hordeum.

麥 Mé, triticum.

磽 K'iao, terra saxosa, sterilis, 墝.

牙 Ya, dens molaris. 牙, Canthus.

virtutem (1). » Confucius ait : auctor hujus odæ, an non is noverat naturam! Itaque habendo substantiam eo ipso habetur informans regula ; homo instruitur moralitate, ideo amat illam pulchram virtutem.

7. Mentsius ait : fertilitatis annis, populares juvenes ut plurimum sustinentur ; sterilitatis annis, populares juvenes ut plurimum sibi nocent : non quod cœlum indat facultatem sic diversimode, sed ex quo illi submerserunt suum cor, ita est (2). En hîc hordeum vel triticum, sparsoque semine humo cooperis illud. Terra illa, eadem est, sationis tempus etiam idem. Pullulans nascitur, cumque pervenerit ad solstitii tempus, totum maturum est. Si nihilominus existat inaequalitas (3), sequitur terram esse pinguiorem vel steriliorem, pluviae rorisque alimonium hominisque operam non fuisse aequalem. Ideo quaecumque ejusdem sunt speciei, omnia invicem assimilantur. Qui tantum cum agitur de homine, tunc dubitas hoc? Sancti viri cum nobis ejusdem sunt speciei. Ideo sapiens Long tse aiebat : quin noverit pedem, facturus calceum, ego scio, ille non faciet fiscellam : calcei mutuo assimilantur, quia in imperio pedes consimiles sunt. Et os quoad sapores habet similem appetentiam. Arte coquinaria famosus I ya (4) prior invenit os nostrum quod appetit. Si supponas palata quoad sapores, unius naturam ab aliis discrepare, non secus ac canes et equi cum nobis non ejusdem sunt speciei, tunc cœlum infra quomodo appetentiae omnes sequerentur I ya illius gustum? Quod ad sapores, imperium aspirat in I ya, est quod imperii palata invicem similant. At auris etiam sic : quod ad sonos, imperium aspirat ad musicum Koang, quod nempe imperii aures invicem similant. Sed oculus etiam sic : quod ad juvenem Tse tou (5), imperii nemo quin sentiat ejus pulchritudinem : qui non sentit Tse tou pulchritudinem, caret oculis

---

(1) 夷 in Carmine scribitur 彝.

(2) 爾 hîc valet, juxta interpretes, 如 此, sic. Dicimus sane 不 爾, *non ita*; 不 爾, 則 *si secus, tunc.*

(3) Id non ex diversa hordei natura.

(4) I ya, e 雍 regione in Chan Kan, T'si Hoan 桓 regulo gratiosus.

(5) Tse tou, regni Tcheng 鄭 toparcha, sub Tchoang 莊 regulo.

姣 Kiao, pulcher, blandus. 姣 Hiao, mœchari.

故曰、口之於味也、有同耆焉、耳之於聲也、有同聽焉、目之於色也、有同美焉、至於心、獨無所同然乎、心之所同然者、何也、謂理也、義也、聖人先得我心之所同然耳、故理義之悅我心、猶芻豢之悅我口、

○孟子曰、牛山之木嘗美矣、以其郊於大國也、斧斤伐之、可以爲美乎、是其日夜之所息、雨露之所潤、非無萌蘖之生焉、牛羊又從而牧之、是以若彼濯濯也、人見其濯濯也、以爲未嘗有材焉、此豈山之性也哉、雖存乎人者、豈無仁義之心哉、其所以放其良心者、亦猶斧斤之於木也、旦旦而伐之、可以爲美乎、其日夜之所息、平旦之氣、其好惡與人相近也者幾希、則其旦晝之所爲、有梏亡之矣、梏之反覆、則其夜氣不足以存、夜氣不足以存、則其違禽獸不遠矣、人見其禽獸也、而以爲未嘗有

豢, HOAN, alere bestias frugivoras.
萌, MONG, germen. MANG 芒, arista.
蘖, NIÉ, surculus. *R.* 140.
梏, KOU, manicæ. KIO, rectus.

---

(1) Solent Sinenses, ut æque nobis mos est, a veteribus aliqua re famosis comparationem deducere. Plures jam hujusmodi occurrerunt, plures etiam passim occurrunt, quos adnotare præstabit. Sic *Yao* et *Choen*, optimi reges; *Kié* et *Tcheou*, pessimi tyranni : *Pé i*, homo justus; *Tao tche*, improbus latro : *Mong pen*, *Ngao*, et *Ou ho*, viribus pollentes : *Li leou* visu, *Se koang* musica, *Kong chou tse* opificio celebres : *I*, famosus jaculator; *I t'sieou* latrunculis peritus : *Wang leang*, insignis auriga; *Fong fou*, audax venator :

is (1). Ideo dicitur : os in sapores habet similem appetentiam, auris in sonos habet similem auditum, oculus in colores habet similem pulchritudinem. Et quod ad cor, solum non habebit quod similiter approbet? Cor quod similiter probat, quid? Nimirum ratio et æquitas (2). Sancti viri, priores assecuti sunt nostrum cor quod similiter approbat. Ideo ratio et aequitas placent nostro cordi, sicut herbatica et frugivora placent nostro palato (3).

8. Mentsius ait : Boum montis arbores olim pulchrae erant (4) : quia illae adjacebant ad magnum regnum, ascia et securis impetebant illas : quî jam poterant esse pulchrae? Eæ tamen erant quibus dies et nox dant incrementum, quasque pluvia et ros irrigant (5); non caruerunt ergo stolonum surculorumque pullulatione. Boves et oves tum subsecuti et depasti sunt istos. Quapropter ita ille denudatus est. Homines videntes illum denudatum, existimant nunquam habuisse materiem. At haec numquid est montis natura? Quamvis quod inest in homine, numquid vacat humanitatis et aequitatis sensu, is in eo quod abjicit suum naturaliter bonum cor, est quidem velut ascia et securis contra arbores : quoque mane impetere illud : quî jam poterit dici pulchrum? Sed est cui dies et nox dat incrementum : ideoque ad intermedii diluculi auram (6), ejus amor et odium ad ceteros prope accedit pauxillulum (7). Tunc quod ille mane et interdiu operatur, rursus hoc tantillum intercipit et suffocat (8). Cumque illud interceperit repetitis vicibus, tunc illa nocturna vitalis aura non sufficit ad illud conservandum : cumque nocturna vitalitas non sufficiat ad conservandum, tunc ille abludit a bruto pecore non longe. Homines vident illum brutum, et putant nondum habuisse naturalem

---

Si tse, famosa mulier; *Tse tou* et *Song tchao* venusti juvenes. Et alii passim.

(2) Ratio spectat facultatem, æquitas spectat actum.

(3) Herbatica animalia, boves et oves; frugivora, canes et porci.

(4) Nieou chan, ad regni T'si euronotum, nunc in Chantonensi districtu Lin tse hien (臨淄).

(5) Nondum præciso succo.

(6) 平旦, diei noctique ex æquo intermedium diluculum : quando mens a cupidinum tumultu per noctem quiescens, nondum cœpit ab exterioribus rebus percelli.

(7) Naturalis bonitas emicat, et in boni amore malique odio, ejus mens aliorum hominum menti nonnihil accedit.

(8) 有 valet 又, *rursus* : 之 designat illud pauxillum.

才焉者、是豈人之情也哉、故苟得其養、無物不長、苟失其養、無物不消、
孔子曰、操則存、舍則亡、出入無時、莫知其鄉、惟心之謂與、
○孟子曰、無或乎王之不智也、雖有天下易生之物也、一日暴之、十日
寒之、未有能生者也、吾見亦罕矣、吾退而寒之者至矣、吾如有萌焉何
哉、今夫奕之爲數、小數也、不專心致志、則不得也、奕秋、通國之善奕者
也、使奕秋誨二人奕、其一人專心致志、惟奕秋之爲聽、一人雖聽之、一
心以爲有鴻鵠將至、思援弓繳而射之、雖與之俱學、弗若之矣、爲是其
智弗若與、曰、非然也、
○孟子曰、魚、我所欲也、熊掌、亦我所欲也、二者不可得兼、舍魚而取熊
掌者也、生、亦我所欲也、義、亦我所欲也、二者不可得兼、舍生而取義者
也、生亦我所欲、所欲有甚於生者、故不爲苟得也、死亦我所惡、所惡有
甚於死者、故患有所不辟也、如使人之所欲、莫甚於生、則凡可以得生
者、何不用也、使人之所惡、莫甚於死者、則凡可以辟患者、何不爲也、由

繳 Tcho, crudum sericum : alligatam sagittam jacere. ‘繳 Kiao, in orbem

facultatem. At haec quî unquam est hominis naturalis conditio? Ideo si obtineat suum alimentum, nulla res non crescit; si omittat suum alimentum, nulla res non perit. Confucius aiebat : «si tenes tunc retinebis, si remittis tunc amittes : exeundi intrandique non est fixum tempus, et nemo scit ejus stationem.» Oh! nonnisi de corde loquitur (1).

9. Mentsius ait : ne miremini quod rex non sapiat (2). Quamvis detur totius orbis facillima germinatu res, si una die calefacias eam, et decem diebus frigefactes eam, nunquam erit quae possit germinare. Ego invisebam quidem raro : me recedente, en frigefactantes eum adveniebant. Ego ad habitum germen, quid poteram (3)? En illa latrunculos ludendi ars, exigua est ars : nisi tamen applices animum intendasque mentem, non callebis. I t'sieou, totius regni peritissimus ludendi : fac ut I t'sieou doceat duos homines latrunculos ludere, quorum unus applicato animo intentaque mente unice magistrum sumat audiendum; alter, licet eum audiat, toto corde reputans esse cycnum jam accessurum, cogitet intendere arcum et alligare sagittam ad illum jaculandum; quamvis is cum illo simul addiscat, non illum aequabit. An propterea ejus perspicacia non aequat? Non ita, inquam.

10. Mentsius ait : piscis est quod ego appeto; ursina palma est etiam quod ego appeto : si utrumque nequeam obtinere simul, relicto pisce sumam ursinam palmam. Vita item est quod ego exopto; aequitas quoque, quod ego exopto : si ambas nequeam tenere simul, abjiciam vitam et apprehendam aequitatem. Vita quidem est quod ego exopto : at quod exoptem existit praestabilius quam vita; ideo non committam ut temere teneam. Mors est quidem quod ego aversor : at quod aversor extat gravius quam mors; ideo calamitates obtingent quas non fugiam. Quod si vero ex hominis optatis nullum esset potius quam vita; tunc quicquid erit ad obtinendam vitam, quî non adhibebit? Et si quod homo aversetur, nihil potius sit quam mors, tunc omnium quibus possit vitare infortunium, quidnam non aget? Sed

(1) Cor adeo mobilitate viget, ut nunquam et nusquam non possit evagari. Ideo custodias et foveas summa cura oportet.

(2) De T'si rege agitur.

(3) Inter 如 et 何 aliquid interponi sæpe vidimus, ut 如 之 何 et passim.

vincire, circumligare, glomerare. | 熊 Hiong, ursus tibetanus.

是則生而有不用也、由是則可以辟患而有不爲也、是故、所欲有甚於生者、所惡有甚於死者、非獨賢者有是心也、人皆有之、賢者能勿喪耳、一簞食、一豆羹、得之則生、弗得則死、嘑爾而與之、行道之人弗受、蹴爾而與之、乞人不屑也、萬鍾則不辨禮義而受之、萬鍾於我何加焉、爲宮室之美、妻妾之奉、所識窮乏者得我與、鄉爲身死而不受、今爲宮室之美爲之、鄉爲身死而不受、今爲妻妾之奉爲之、鄉爲身死而不受、今爲所識窮乏者得我而爲之、是亦不可以已乎、此之謂失其本心、

○孟子曰、仁、人心也、義、人路也、舍其路而弗由、放其心而不知求、哀哉、人有雞犬放、則知求之、有放心而不知求、學問之道無他、求其放心而已矣、

○孟子曰、今有無名之指、屈而不信、非疾痛害事也、如有能信之者、則不遠秦楚之路、爲指之不若人也、指不若人、則知惡之、

嘑 Hou, incondite inclamare, 謼. 呼, Inclamare, vocare.

蹴 Tsou, conculcare, calcare : inquietus.

奉 Fong, ambabus manibus excipere : offerre. 奉, Alere parentes : 俸, stipendium. *R.* 37.

乏 Fa, deficere, lassus : frustrare. *R.* 4.

痛 T'ong, dolor : impense aliquid agere.

quia sic, ideo ad vivendum, sunt quae non adhibebit; quia sic, ideo quibus posset vitare exitium, sunt quae non aget. Itaque quod optemus extat praestabilius quam vita, quod aversemur extat gravius quam mors : nec solus sapiens habet hujusmodi animum, homines universi habent illum; sapiens potest modo non amittere (1). Unam fiscellam oryzae, unum vasculum jusculi, quo obtento quidem vivat, amisso vero pereat, si obstrepentis more illi porrigas, iens viam homo nec accipiet : si proculcantis instar illi porrigas, vel mendicans homo dedignabitur (2). Decemmille campanæ vero absque discretione honestatis æquitatisque recipiuntur : at decemmille campanæ ad me quid addunt (3)? Ergo ad palatii conclavisque splendorem, uxoris subnubaeque ministerium, et ut quos cognosco pauperes me habeant (4)? Nuper ob sui interitum adhuc non recipiebatur, et nunc ob palatii conclavisque splendorem faciam hoc! modo ob sui interitum adhuc non recipiebatur, nunc ob uxoris subnubaeque obsequium faciam hoc! modo ob sui interitum adhuc non recipiebatur, nunc ut quos cognosco pauperes habeant me, faciam vero hoc! Et hoc quidem non possim ut abstineam? Id dicitur amisisse suum nativum cor.

11. Mentsius ait : humanitas est hominis cor, æquitas est hominis via : relinquere suam viam et non sequi, amittere suum cor, nec scire quærere, quam dolendum! Si cui accidat ut gallina canisve elabatur, tunc scit quærere illa; fit ut amittat cor, et vero nescit quærere. Scientiæ ratio non est alia, quærere illud amissum cor, et nihil amplius (5).

12. Mentsius ait : en alicujus anonymus digitus curvus est nec extenditur (6); nihilo tamen dolet aut officit negotiis. Si sit qui possit extendere illum, jam non habebit dissitam T'sin et T'chou viam; quia digitus non est sicut aliis hominibus. Si digitus non est sicut aliis hominibus, tunc scis ægre

(1) Et in hoc ab insipientibus differt, qui amittunt, ut ex subsequentibus probatur.

(2) Sordidam vociferantis proculcantisque rusticitatem fastidiunt scilicet. Recole illud 不屑, *haud purum existimant, dedignantur*. Ceterum monuimus de 屑 vocis ambiguitate : 屑播天命 dedignatus abjicis cœli mandatum; 不我屑以 non mihi dignaris sociari, 不屑就 non dignabatur accedere.

(3) Non agitur de propriæ vitæ discrimine. Campana, ut diximus, mensura erat continens 34 modios.

(4) Hominem habeant a quo subleventur, et sic devinciantur mihi.

(5) Scientia studio et inquisitione comparatur, 學問.

(6) Anonymum vocant annularem seu quartum digitum. 信 cum 伸 confunditur.

心不若人、則不知惡、此之謂不知類也、

○孟子曰、拱把之桐梓、人苟欲生之、皆知所以養之者、至於身、而不知所以養之者、豈愛身不若桐梓哉、弗思甚也、

○孟子曰、人之於身也、兼所愛、兼所愛、則兼所養也、無尺寸之膚不愛焉、則無尺寸之膚不養也、所以考其善不善者、豈有他哉、於已取之而已矣、體有貴賤、有小大、無以小害大、無以賤害貴、養其小者爲小人、養其大者爲大人、今有場師、舍其梧檟、養其樲棘、則爲賤場師焉、養其一指、而失其肩背、而不知也、則爲狼疾人也、飲食之人、則人賤之矣、爲其養小以失大也、飲食之人、無有失也、則口腹豈適爲尺寸之膚哉、

○公都子問曰、鈞是人也、或爲大人、或爲小人、何也、孟

把 Pa, pugillus: tenere. 把, Arcus medium.

梧 Ou, sterculia platanifolia, 梧桐.

檟 Kia, catalpa.

樲 Eul, sylvestris zizyphus, rhamnus.

背 Pei, dorsum. P'ei, contradicere.

---

(1) Quænam scilicet vilior, quænam vero nobilior.

(2) Quæ ambabus palmis (拱) vel una manu (把) comprehendi possint.

(3) Ab ipsa suorum membrorum qualitate, quorum alia aliis præferri debent,

illud ferre; si cor non est sicut ceteris, tunc nescis ægre ferre. Id dicitur non cognoscere rerum speciem (1).

13. Mentsius ait : palmarem pugillaremve pawloniam vel catalpam (2) si qui velint eas alere, omnes sciunt quomodo educent eas : si agatur de persona, jam nesciunt quomodo educent illam. Num est quod amor sui non adaequat pawloniam et catalpam? Defit attentio admodum.

14. Mentsius ait : homo erga corpus, conjunctim illud amat; conjunctim illud amat, adeoque conjunctim illud alit; nec palmi pollicisque pelliculam non amat, adeoque nec palmi pollicisque pelliculam non alit. At ex quo examinet an id recte vel male, quî erit aliunde? a seipso desumat hoc, et nil amplius (3). Membra enim sunt nobiliora vel ignobiliora, sunt parva vel magna : non est propter parva nocendum magnis, non propter ignobiliora nocendum nobilioribus. Qui fovet illorum minora est exiguus homo; qui fovet eorum majora est magnus vir. Sit exempli gratia satorum praeses (4); si negligens illas sterculiam et catalpam, educet has rhamnum et zizyphum, jam censebitur rudis horti praeses (5). Qui alens suum unum digitum amiserit suum humerum et dorsum, quin cognoverit, scilicet est a lupi cursu homo (6). Potui et esui dediti, scilicet alii quos vilipendunt, quia ipsi alentes parva, hinc amittunt magna. Si vinosi et lurcabundi homines, non aliquid amitterent, tunc os et venter quî tantum aestimarentur palmi pollicisque pelliculae (7)?

15. Kong tou tse interrogans ait : aeque sunt homines; aliqui censentur magni homines, alii censentur parvi homines; cur? Mentsius respondit :

---

num recte se gerat, deducet.

(4) Præfectus horti regii, ut habet Tcheou li.

(5) 桐 quatuor habet species, 白桐, 荏桐, 岡桐 et 梧桐 : quarta est sterculia platanifolia. Catalpæ quatuor sunt nomina 椅, 梓, 楸 et 檟 : arborum regem vocant. Zizyphus culta dicitur 棗, sylvestris dicitur 棘.

(6) Lupus acuta retrospicit acie : at a venatoribus actus, præpropere currit, impar jam acutum visum exercendi : ideo in comparationem assumitur. Ceterum, quæ a lupo deducuntur comparationes, plures sunt. Sic de helluone 狼餐, de rapace 狼貪, de minaci intuitu 狼顧, de turbato incessu 狼跋, de versipelli 狼扈, de pervicaci 狼狠, de jacturæ incurio 狼戾, de fœda dissipatione 狼藉, de absona inæqualitate aut progressus difficultate 狼狽, passim dicitur.

(7) 豈適 non præcise, non tantum.

子曰、從其大體爲大人、從其小體爲小人、曰、鈞是人也、或從其大體、或從其小體、何也、曰、耳目之官不思、而蔽於物、物交物、則引之而已矣、心之官則思、思則得之、不思則不得也、此天之所與我者、先立乎其大者、則其小者不能奪也、此爲大人而已矣、

○孟子曰、有天爵者、有人爵者、仁義忠信、樂善不倦、此天爵也、公卿大夫、此人爵也、古之人脩其天爵、而人爵從之、今之人脩其天爵以要人爵、既得人爵、而棄其天爵、則惑之甚者也、終亦必亡而已矣、

○孟子曰、欲貴者、人之同心也、人人有貴於己者、弗思耳、人之所貴者、非良貴也、趙孟之所貴、趙孟能賤之、詩云、既醉以酒、既飽以德、言飽乎仁義也、所以不願人之膏粱之味也、令聞廣譽施於身、所以不願人之文繡也、

○孟子曰、仁之勝不仁也、猶水勝火、今之爲仁者、猶以一杯水、救

粱 Leang, panicum italicum : 高粱, sorghum vulgare : 童粱, avena fatua. *R*. 119.

繡 Sieou, acu pingere. Siao 綃, subtilia serica.

杯 Pei, cyathus.

obsequendo suæ potiori substantiæ, censentur magni homines; obsequendo suae inferiori substantiae, censentur parvi homines. Subdit : aeque sunt homines : aliqui tamen obsequuntur suæ potiori substantiae, alii obsequuntur suae inferiori substantiae, cur? Respondit : auditus visusque sensus carent cogitatione, et obruuntur a corporeis rebus; corporea coeunt corporeis, sicque trahunt illa et actum est. Cordis vero sensus cogitans est. Si cogitat, tunc tenet rem; si non cogitat, tunc non tenet (1). Haec sunt quae cœlum nobis indidit. Si prius consistamus in eorum potiore, tunc minora illa non poterunt abripere. Hujusmodi dicitur magnus vir et nil amplius.

16. Mentsius ait : sunt cœlestes dignitates, sunt humanae dignitates : humanitas, aequitas, fidelitas, veracitas, amor boni indefessus, en cœlestes dignitates : principatus, regium ministerium, primaria praefectura, en humanae dignitates. Antiquitatis homines excolebant cœlestes eas dignitates, et humanae dignitates comitabantur illas. Hodierni homines excolunt cœlestes eas dignitates ad quærendas humanas dignitates : cumque obtinuerint humanas dignitates, jam abjiciunt cœlestes illas dignitates. Id sane est hallucinari quammaxime : et ad extremum simul necessario amittent, et actum erit.

17. Mentsius ait : appetere nobilitatem, hominum est communis animus : quisque homo habet nobilitatem in semetipso; sed non cogitant. At qua homines nobilitant, non est ingenita nobilitas : quos Tchao major nobilitavit, hos Tchao major potest ignobiles reddere (2). Carmen (III. 13.) aiens : «Jam inebriatus a vino, jam satiatus ex virtute (3), » significat : satiatus ex humanitate et aequitate; ideo non appetit hominum saginæ milliique condimenta : bonum nomen lataque fama confertur in ipsum; ideo non appetit hominum eleganter acupicta.

18. Mentsius ait : cordis virtus vincit sensuum pravitatem sicut aqua vincit ignem. In praesens exercentes virtutem perinde sunt ac si cum unius

---

(1) Tenet rem, cor scilicet rerum moralitatem percipit. Adeoque ex tribus nobis inditis, auri et oculo præstat cor, estque potior pars. Huic vacare est cœlestis illa dignitas, quæ heroem supra vulgus attollit.

(2) Tchao, regni Tsin (晉) minister.

(3) In carmine, 德 de invitantis beneficiis intelligitur; hic ad virtutem sensus transfertur.

一車薪之火也、不熄、則謂之水不勝火、此又與於不仁之甚者也、亦終必亡而已矣、

○孟子曰、五穀者、種之美者也、苟爲不熟、不如荑稗、夫仁、亦在乎熟之而已矣、

○孟子曰、羿之教人射、必志於彀、學者亦必志於彀、大匠誨人、必以規矩、學者亦必以規矩、

○任人有問屋廬子曰、禮與食孰重、曰、禮重、色與禮孰重、曰、禮重、曰、以禮食、則飢而死、不以禮食、則得食、必以禮乎、親迎、則不得妻、不親迎、則得妻、必親迎乎、屋廬子不能對、明日之鄒以告孟子、孟子曰、於答是也何有、不揣其本、而齊其末、方寸之木、可使高於岑樓、金重於羽者、豈謂一鉤金、與一輿羽之謂哉、取食之重者、與禮之

荑 T'I, alismæ cordifoliæ germen : plantarum germina. 稊, Panicum colono simile. I, herbas præcidere.

稗 PAI, panicum colonum : minutiæ.

彀 KEOU, arcus intentus : satis. *R.* 57.

揣 T'CHOEI, perpendere, aliud ex alio inferre. TOUO 揣, perpendere, inferre : agitare.

岑 T'CHEN, mons arctus et altus.

樓 LEOU, contignatio.

鉤 KEOU, aduncus, unco capere.

---

(1) Remissi in virtutis exercitio, non valebunt domare cupiditates; et sic confirmabunt perversos in opinione, quod cordis virtus nequeat superare sensuum pravitatem, atque ipsi paullatim in pejus proruentes, tantillum illud quod age-

scyphi aqua opprimeretur unius plaustri lignorum ignis, eoque non restincto, statim diceretur aquam non vincere ignem. Hujusmodi sunt imo cooperatores cum perversis quam maxime; et etiam denique omnino jacturam facient, et actum erit (1).

19. Mentsius ait : quinque fruges sunt granorum optimæ : at si erunt immaturæ, nec valebunt tenue panicum (2). Ita cordis virtus etiam consistit in ejus maturatione et nil amplius (3).

20. Mentsius ait : I docens alios jaculari, profecto intendebat in arcus tensionem : addiscentes etiam debebant intendere in arcus tensionem. Magnus artifex docens alios, profecto utitur circino et norma; et addiscentes etiam debent uti circino et norma (4).

PARS POSTERIOR.

1. Regni Jen (5) civium quidam interrogans Mentsii discipulum Ou liu tse ait : ritum inter et esum quis gravior? Respondit : ritus gravior. Connubium inter et ritum quid gravius? Respondit : ritus gravior. Subdit : si juxta ritum comedo, tunc esuriam et peribo; si non juxta ritum comedam, tunc habebo comedendum; debeone sequi ritum? Si ipsemet occurram, tunc non obtinebo uxorem; si non ipsemet occurram, tunc obtinebo uxorem; debeone ipsemet occurrere (6)? Ou liu tse non potuit respondere : postero die petiit Tcheou ad monendum Mentsium, qui ait : in respondendo his quid negotii? Si quin consideres eorum radicem, conferas eorum extremitatem, quadratum pollicare tigillum poterit fieri altius quam excelsa contignatio. Aurum ponderosius esse quam plumam, numquid intelligitur unius fibulæ aureae collatae unius plaustri plumis significatione? Si sumas quod in esu

---

bant omittent, totamque amittent honestatem.

(2) Ejus plantæ granulis utuntur boreales.

(3) 熟之, maturare, perficere illam.

(4) Quæque ars habet sua præcepta : a fortiori sua habet virtutis exercitium.

(5) Nunc Tsi ning tcheou (濟寧州) in Chan tong.

(6) Juxta ritum comedere, ut v. g. non comedere quando hospitator non servat præscriptas libandi aliasque regulas. Ipsummet occurrere, est sponsam cum magnis sane pompæ impensis domum deducere, quod pauperi est actu difficile.

輕者而比之、奚翅食重、取色之重者、與禮之輕者而比之、奚翅色重、往應之曰、紾兄之臂而奪之食、則得食、不紾、則不得食、則將紾之乎、踰東家牆而摟其處子、則得妻、不摟、則不得妻、則將摟之乎、

○曹交問曰、人皆可以爲堯舜、有諸、孟子曰、然、交聞文王十尺、湯九尺、今交九尺四寸以長、食粟而已、如何則可、曰、奚有於是、亦爲之而已矣、有人於此、力不能勝一匹雛、則爲無力人矣、今日舉百鈞、則爲有力人矣、然則舉烏獲之任、是亦爲烏獲而已矣、夫人豈以不勝爲患哉、弗爲耳、徐行後長者、謂之弟、疾行先長者、謂之不弟、夫徐行者、豈人所不能哉、所不爲也、堯舜之道、孝弟而已矣、子服堯之服、誦堯之言、行堯之行、是堯而已矣、子服桀之服、誦桀之言、行桀之行、是桀而已矣、曰、交得見於鄒君、可以假館、願留而受業於門、曰、夫道若大路然、豈難知哉、人病不求耳、子歸而求之、有餘師、

翅 T'che, 翅 Che, alæ : solummodo, 啻. *R.* 124.

紾 Tchen, T'ien, contorquere, vertere. Chan, non expolitus. Tchen 袗, vestis simplex.

臂 Pi, lacertus, pars brachii a cubito ad carpum.

摟 Leou, trahere.

曹 T'sao, plurimi, socii : species : antiquum regnum. *R.* 73.

gravius quodque in ritu levius, et ea compares, quî tantum erit esus gravior (1)? Si sumas quod in concubio gravius quodque in ritu levius, et ea compares, quî tantum erit connubium gravius? Vadens responde illi sic : si detorto fratris brachio, arripias inde esum, tunc habebis esum; si non detorqueas, tunc non habebis esum : nunquid vero sis illud detorturus? Si transiliens orientalis domus murum trahas ejus innuptam puellam, tunc habebis uxorem; si non trahas, tunc non habebis uxorem : nunquid tunc sis illam extracturus?

2. T'sao (2) principis frater Kiao, interrogans ait : homines omnes posse evadere Yao et Choen, estne verum? Mentsius respondit : ita. Ego Kiao audivi Wen regem decem fuisse cubitorum, et T'ang novem cubitorum : nunc Kiao in novem pedes et quatuor pollices protentus, en consumo fruges et nil amplius. Quid agens jam potero? Respondit : quî consistit in hoc? Porro agendum est, et nil aliud. Sit quidam hîc loci, viribus impotens efferendi unum anatis pullum (3), is dicetur destitutus viribus homo : si nunc dicat se attollere centum tricesses, statim censebitur potens viribus homo : et sic si attollat famosi Ou houo pondus, eo ipso censebitur Ou houo, quin aliud requiratur. Homo quare quod impar sit ducit angori? quod non agat, potius. Lento incessu subsequens seniores, dicitur obsequiosus; properato incessu prævertens seniores, dicitur inofficiosus : hujusmodi lento incedere, quî est quod homo non possit? quod non agit scilicet. Yao et Choen doctrina, nonnisi pietas et obsequium et nil aliud. Tu induas Yao vestes (4), loquere Yao verba, agas Yao actiones : en Yao, et nil præterea. Tu induas Kié indumenta, loquere Kié verba, age Kié actiones, eris Kié purus putus. Ait : Kiao obtinebit introduci ad Tcheou principem, et poterit conducere diversorium; cupio commorari et accipere lectiones in tua schola. Respondit : doctrina est veluti magna via; quî difficilis cognitu? hominis defectus est non quærere. Tu revertere et quæras illam; habebis satis superque magistrum.

---

(1) Extrema edendi necessitas non tantum ritu gravior, sed ritum longo intervallo superat. Nota illud 奚翅.

(2) Tunc temporis T'sao jam extinctum; fuerat autem illud regnum in præsenti, T'sao tcheou fou (曹州府), Chantonensi præfectura. Hîc agitur de ejusdem familiæ principe, cujus erat Kiao frater minor.

(3) 匹, contracte pro 鴄.

(4) Ille etiam vestibus decentiæ defuisse videtur : ideo Mentsius hæc apponit.

雛 T'chou, pullus avium. | 烏 Ou, niger : corvus : quare. *R*. 86.

○公孫丑問曰、高子曰、小弁、小人之詩也、孟子曰、何以言之、曰、怨、曰、固哉、高叟之爲詩也、有人於此、越人關弓而射之、則已談笑而道之、無他、疏之也、其兄關弓而射之、則已垂涕泣而道之、無他、戚之也、小弁之怨、親親也、親親、仁也、固矣夫、高叟之爲詩也、曰、凱風何以不怨、曰、凱風、親之過小者也、小弁、親之過大者也、親之過大而不怨、是愈疏也、親之過小而怨、是不可磯也、愈疏、不孝也、不可磯、亦不孝也、孔子曰、舜其至孝矣、五十而慕、

○宋牼將之楚、孟子遇於石丘、曰、先生將何之、曰、吾聞秦楚構兵、我將見楚王、說而罷之、楚王不悅、我將見秦王、說而罷之、二王我將有所遇焉、曰、軻也、請無問其詳、願聞其指、說之將何如、曰、我將言其不利也、

弁 PIEN, pileus coriaceus P'AN 般, lætari. *R.* 55.
凱 K'AI, epinicia, 愷. *R.* 16.
磯 KI, saxa in flumine, ad quæ impingit aqua.
牼 K'ENG, bovis tibia.
構 KEOU, inducere, excitare : coagmentare.

---

(1) Homo e regno T'si, Tse hia discipulus, alter ac Mentsii discipulus, de quo fit mentio capite secundo, licet nec desint qui eumdem esse affirment. Variant enim in pluribus sinensium scriptorum opiniones, quod te semel monitum volo : sed scopo nostro intenti, non est cur a minoris momenti eruditione caput

3. Kong suen t'cheou interrogans ait : Kao doctor (1) dicit odam (II. 43.) Siao p'an esse inofficiosi hominis carmen. Mentsius reponit : quare dicit hoc? Ait : est indignabunda (2). Mentsius subdit : quam strictim Kao senior tractat carmina! Sit aliquis e regione, et Yué barbarus tendat arcum ut in eum sagittet, tunc ipse dicendo ridens dehortabor hominem : nonnisi quia alienus sum illi (3). At si meus frater tendat arcum ut in eum sagittet, tunc ipse demittens lacrymas dehortabor eum; idque ideo, quod consanguineus sum illi. Odæ illius indignatio est amor parentum; amor parentum est pietas. O quam strictim Kao senior tractat carmina! Ait : Oda (I. 32.) K'ai fong quare non indignatur? Reponit : in K'ai fong parentis culpa levior (4); in Siao p'an parentis culpa gravis est. Parentum culpæ gravi non succensere, id est magis abalienari : parentum culpæ levi succensere, est non pati offendiculum (5). Magis abalienari est defectus pietatis : non pati offendiculum, etiam est defectus pietatis. Confucius aiebat : Choen, ille summe pius : quinquagenarius adhuc amabat (6).

4. Doctori Song k'eng adituro regnum T'chou, Mentsius occurrens in regione Che k'ieou (7), ait : magister, quo iturus es? Respondit : ego audivi T'sin et T'chou congressuros arma; ego volo invisere T'chou regem suasurus ut id cesset; et si T'chou rex non acquiescat, ego volo invisere T'sin regem, et sermone compescere illum. Duos inter reges ego inveniam cui arridebo. Ait : K'o, si placet, non quaerit rei singula, cupit audire ejus summarium : suasurus illi, tenebis quemnam modum? Respondit : ego dicam illud non

---

nostrum obrui patiamur.

(2) Imperator 幽, repudiata uxore 申, excluserat filium 宜 臼, cujus legitimas querelas exprimit oda.

(3) 關 cum 彎 confunditur. Yué, qua nunc jacent Ning po (寧 波) in Tché kiang præfectura, et Yu kan (餘 干) in Kiang si districtus, tunc temporis barbarorum erat regio.

(4) Matris vita licentior, in familiæ damnum, non in imperii ruinam, redundabat : ideo septem ejus filii non illam, sed se incusant.

(5) Similitudo desumpta ab aqua, quæ ad lapillum impingens dissilit et spumat.

(6) Adeoque dolebat et querebatur parentum errata.

(7) In regno Song. Doctor, cognomine Song, agnomine K'eng, unus erat ex excurrentibus litteratis.

曰、先生之志則大矣、先生之號則不可、先生以利說秦楚之王、秦楚之王悅於利、以罷三軍之師、是三軍之士、樂罷而悅於利也、爲人臣者、懷利以事其君、爲人子者、懷利以事其父、爲人弟者、懷利以事其兄、是君臣父子兄弟、終去仁義、懷利以相接、然而不亡者、未之有也、先生以仁義說秦楚之王、秦楚之王悅於仁義、而罷三軍之師、是三軍之士、樂罷而悅於仁義也、爲人臣者、懷仁義以事其君、爲人子者、懷仁義以事其父、爲人弟者、懷仁義以事其兄、是君臣父子兄弟去利、懷仁義以相接也、然而不王者、未之有也、何必曰利、

○孟子居鄒、季任爲任處守、以幣交、受之而不報、處於平陸、儲子爲相、以幣交、受之而不報、他日由鄒之任見季子、由平陸之齊不見儲子、屋廬子喜曰、連得間矣、問曰、夫子之任見季子、之齊不見儲子、爲其爲相與、曰、非也、書曰、享多儀、儀不及物、曰不享、惟不役志于享、爲其不成享也、屋廬子悅、或問之、屋廬子曰、季子不得之鄒、儲子得之平陸、

(1) Reguli frater.

(2) P'ing lou erat intra confinia regni T'si.

esse utile. Ait : magistri scopus quidem est inclitus; magistri titulus vero non valet. Magister si a lucro alloquatur T'sin et T'chou reges, iique lætantes de lucro inde consistant trium legionum exercitum, tunc trium legionum milites gaudebunt desistere et delectabuntur in lucro. Si qui est aliorùm subditus, meditatur lucrum in serviendo suo principi; qui est filius, recogitat lucrum in serviendo suo patri; qui est frater minor, amat lucrum in serviendo suo majori; tunc princeps et subditus, pater et filius, frater major et minor, tandem deposita humanitate et aequitate, propter amorem lucri invicem se excipient. Ita, nec tamen perire, nondum id extitit. Quod si magister ab humanitate et aequitate alloquatur T'sin et T'chou regulos, iique gaudentes de humanitate et aequitate contineant trium legionum exercitum, tunc trium legionum milites gaudebunt desistere et delectabuntur in humanitate et æquitate. Si qui est aliorum subditus propter amorem humanitatis et aequitatis serviat suo principi; qui est filius, propter amorem humanitatis et æquitatis serviat suo patri; qui est frater minor, propter amorem humanitatis et aequitatis serviat suo majori; tunc princeps et subditus, pater et filius, frater major et minor, rejecto lucro, propter amorem humanitatis et aequitatis se invicem excipient. Hujusmodi, nec tamen imperans, nondum is extitit. Quid opus est loqui lucrum?

5. Mentsium habitantem Tcheou, Ki jen (1) agens regni Jen temporarium custodem, cum serico munere prosecutus est : recepit illud, sed non habuit gratias. Diversantem in urbe P'ing lou (2), T'chou praefectus agens T'si ministrum, cum munere prosecutus est : recepit illud, sed non habuit gratias. Alia die, ex Tcheou adiens Jen, invisit Ki dominum; ex P'ing lou adiens metropolim T'si, non invisit T'chou ministrum. Ou liu discipulus gavisus ait : ego Lien nactus sum rimam, et interrogans ait : magister adiens Jen invisit dominum Ki; adiens T'si non invisit dominum T'chou : an quia is nonnisi erat minister (3)? Respondit : nequaquam; Annales aiunt : « offerendo multa sit civilitas, si civilitas non sit par muneri, diceris non offerre; quia scilicet non uteris animo in offerendo : » quia ergo ille non perfecte obtulit. Ou liu tse gavisus est. Cuidam ipsum interroganti, Ou liu tse ait : Ki tse non poterat adire Tcheou, T'chou tse potuisset adire P'ing lou.

---

(3) Alter nonnisi minister, alter vero prorex. Modum agendi Mentsii latens continere documentum arbitrabatur discipulus : sed vere non alia nitebatur ratione, nisi quod prorex non potuerit relinquere suam sedem ad Mentsium invisendum : potuerat vero minister.

○淳于髡曰、先名實者、爲人也、後名實者、自爲也、夫子在三卿之中、名實未加於上下而去之、仁者固如此乎、孟子曰、居下位、不以賢事不肖者、伯夷也、五就湯、五就桀者、伊尹也、不惡汙君、不辭小官者、柳下惠也、三子者不同道、其趨一也、一者何也、曰、仁也、君子亦仁而已矣、何必同、曰、魯繆公之時、公儀子爲政、子柳子思爲臣、魯之削也滋甚、若是乎、賢者之無益於國也、曰、虞不用百里奚而亡、秦穆公用之而霸、不用賢則亡、削何可得與、曰、昔者王豹處於淇、而河西善謳、緜駒處於高唐、而齊右善歌、華周杞梁之妻、善哭其夫、而變國俗、有諸內、必形諸外、爲其事而無其功者、髡未嘗覩之也、是故無賢者也、有、則髡必識之、曰、孔子爲魯司寇、不用、從而祭、燔肉不至、不稅冕而行、不知者、以爲爲肉也、其知者、以爲爲無禮也、乃孔子則欲以微罪行、不欲爲苟去、君子之所爲、衆人固不識也、

緜 Mien, gossipium sericum : debilis, 綿. *R.* 120.

駒 Kiu, bimus equus : equus quinque pedes altus.

覩 Tou, videre, 睹.

燔 Fan, torrere, calefacere. 膰, Coctæ carnes in sacrificiis oblatæ.

6. Choen yu k'oen ait : praeferre famam et merita, fit in bonum aliorum : posthabere nomen et merita, est in commodum sui (1). Magister, eras trium ministrorum medio, inclytaque merita nondum devenerant ad superiorem et inferiores, cum illinc discessisti. Humanus vir verene hujusmodi est? Mentsius respondit : qui constitutus inferiore conditione, non addixit sapientiam servitio degeneris viri, Pé i fuit : qui quinquies adfuit T'ang, quinquiesque adfuit Kié, is I yn : qui nec fastidiebat impurum principem, nec recusabat parvum magistratum, Lieou hia hoei. Tres hi philosophi non conveniebant via, at eorum meta una erat. Una haec quaenam? Humanitas, inquam. Sapientes item humani sint, et satis; quid necesse similes esse? Urget : Lou Mou reguli tempore, Kong i tse gerente gubernium, et Tse lieou cum Tse se obeuntibus ministerium, regni Lou imminutio crevit valde. Si ita porro, sapientes nihil conferunt utilitatis in regnum. Respondit : Yu non adhibuit Pé li hi, et periit : T'sin Mou regulus adhibuit illum et archon evasit. Non adhibendo sapientes, jam peritur; nonnisi imminui, quî potest obtineri? Urget : olim, Wang p'ao degente juxta fluvium K'i, ad fluvii occidentem callebatur cantillare : Mien kiu degente in regione Kao t'ang, regno T'si dexteri periti fuerunt cantare (2) : Hoa tcheou et Ki leang T'si administrorum uxores probe deflentes suos maritos, mutaverunt regni mores. Cum existit in interno, necessario proditur ad externum : exequentem aliquod facinus, quin habeat ejus effectum, ego K'oen nondum hunc vidi. Idcirco, nulli fuerint sapientes : at si sunt, tunc K'oen profecto cognoscet illos. Respondit : Confucius agens in Lou justitiae praesidem non adhibebatur : secutus litavit (3); litatis carnibus non allatis, nec deposita tiara abivit (4). Nescii putarunt fuisse propter carnes; qui scitiores, putarunt fuisse ob defectum urbanitatis : at Confucius, reapse voluit propter levem culpam abire, nolens censeri temere abiisse. Sapientes quod agunt, vulgi homines nae non intelligunt.

---

(1) Procul scilicet a publico munere sibi soli attendere. Trifariam in hoc capite disputator urget Mentsium : 1° abiisti, quin insigne aliquid feceris : 2° quin imo fecisses : 3° quicquid contra jactes.

(2) Dexteri, scilicet ad occidentem, ubi erat urbs Kao t'ang. K'i fluvius in Honanensi Ki districtu (淇 縣). — Wang p'ao regni Wei 衛 civis, Mien kiu regni T'si civis.

(3) 從, secutus est principem litantem; alii explicant *postea vero* litatum est.

(4) 稅 sonat 脫.

○孟子曰、五霸者、三王之罪人也、今之諸侯、五霸之罪人也、今之大夫、今之諸侯之罪人也、天子適諸侯曰巡狩、諸侯朝於天子曰述職、春省耕而補不足、秋省斂而助不給、入其疆、土地辟、田野治、養老尊賢、俊傑在位、則有慶、慶以地、入其疆、土地荒蕪、遺老失賢、掊克在位、則有讓、一不朝、則貶其爵、再不朝、則削其地、三不朝、則六師移之、是故天子討而不伐、諸侯伐而不討、五霸者、摟諸侯以伐諸侯者也、故曰、五霸者、三王之罪人也、五霸、桓公爲盛、葵丘之會諸侯、束牲載書而不歃血、初命曰、誅不孝、無易樹子、無以妾爲妻、再命曰、尊賢育才、以彰有德、三命曰、敬老慈幼、無忘賓旅、四命曰、士無世官、官事無攝、

慶 K'ING, gratulari, munerari. 慶 K'IANG, felicitas. *R* 61.

蕪 OU, sordidum. 膴, Florescere, abundare.

掊 P'EOU, prehendere : accipere : 裒, demere. 剖, Percutere, frangere. P'AO 掊, assumere, accipere.

貶 PIEN, damnum inferre : castigare, deprimere.

葵 K'OEI, malva. 揆, Perpendere, conjectare. 郰, N. loci.

歃 CHA, bibere : 歃血, sanguine os linire in jusjurandum.

初 T'CHOU, principium, exordiri. *R.* 18.

彰 TCHANG, patefacere : plumarum, pilorumve venustas.

---

(1) Quinque archontes, T'si (齊 Chan tong) regulus Hoan 桓公 — Tsin

7. Mentsius ait : quinque archontes in tres imperatores sontes fuerunt (1); hodierni reguli in quinque archontes sontes sunt; et hodierni toparchae in hodiernos regulos sontes sunt. Imperator adiens regulos dicebatur lustrare custodita : reguli revisentes ad imperatorem dicebantur referre administrata. Vere examinabat laboratores et supplebat quod non satis erat; autumno examinabat metentes, et adjuvabat non sufficienter habentes : si ingrediens eorum fines, terra bene proscissa, campi bene exculti essent, alerentque senes et honorarent sapientes, dotibusque praestantes constituerentur in dignitate, tunc locum habebat remuneratio, et remuneratio constabat novis terris (2) : si ingrediens eorum limites, terra dumis rigeret, relinquerent senes, missos facerent sapientes, et tributorum exactores tenerent dignitates, tunc fiebat animadversio. Si primum non invisebat, tunc deprimebat ejus dignitatem (3) : si secundum non invisebat, tunc imminuebat ejus terras; si tertium non invisebat, tunc sex legiones deponebant illum. Itaque imperator punit sed non per se impetit armis : reguli jussi impetunt armis, sed non puniunt : porro quinque archontes sibi attraxerunt regulos ad impugnandos regulos : ideo dicebam quinque archontes in tres imperatores peccasse (4). E quinque archontibus Hoan dux fuit potentior. In K'oei k'ieou congregatis regulis, alligatae victimae imposuit librum, sed non linivit labra sanguine (5). Primum statutum habebat : plecte pietate expertem, ne immutes institutum throni haeredem, ne assumas subnubam in uxorem. Secundum statutum habebat : honora sapientes, et ale gnaros, ut clarescant praediti virtute. Tertium statutum habebat : reverere seniores, fove parvulos, ne obliviscaris hospites et peregrinos. Quartum statutum aiebat : litterati ne habeant hæreditaria munia, muniorum negotia ne uni cumulentur, eligendo candidatum

---

(晉 Chan si) Wen 文 公 — T'sin (秦 Chan Kan) Mou 穆 公 — Song (宋 Ho nan). Siang 襄 公 — T'chou (楚 Hou koang) Tchoang 莊 公. — Tres imperatores Hia, Chang, Tcheou.

(2) 辟 sonat 闢.

(3) Ex Duce fiebat Marchio, dein Comes, Vicecomes, Baro.

(4) Eorum scilicet potestatem usurpantes.

(5) K'oei K'ieou duplex fuit : alter in præsenti Chan tong, ad Ling tse 臨淄 districtus occidentem, alter in Ho nan sub Kai fong 開 封 præfectura. Victimæ sanguine labra liniebant fœdus ineuntes, ad sibi mactatæ hostiæ sortem a Spiritibus imprecandam, si forte illud essent unquam violaturi.

取士必得、無專殺大夫、五命曰、無曲防、無遏糴、無有封而不告、曰、凡我同盟之人、既盟之後、言歸于好、今之諸侯、皆犯此五禁、故曰、今之諸侯、五霸之罪人也、長君之惡、其罪小、逢君之惡、其罪大、今之大夫、皆逢君之惡、故曰、今之大夫、今之諸侯之罪人也、

○魯欲使愼子爲將軍、孟子曰、不教民而用之、謂之殃民、殃民者、不容於堯舜之世、一戰勝齊、遂有南陽、然且不可、愼子勃然不悅曰、此則滑釐所不識也、曰、吾明告子、天子之地方千里、不千里、不足以待諸侯、諸侯之地方百里、不百里、不足以守宗廟之典籍、周公之封於魯、爲方百里也、地非不足、而儉於百里、太公之封於齊也、亦爲方百里也、地非不足也、而儉於百里、今魯方百里者五、子以爲有王者作、則魯在所損乎、在所益乎、徒取

糴, Ti, fruges emere. 糶 Tiao, cognomen. *R.* 119.

盟 Ming, fœdus. 盟 Mong, 盟 (vel 孟) 津, urbs in Ho nan.

滑, Hoa, lævigatum, lubricum. Kou, perturbare, mergi : n. p.

釐 Li, dare : disponere, regere, aptare : domestica felicitas : millesima pars unius unciæ. 嫠, Vidua. Hi 僖, lætitia. *R.* 166.

---

(1) Admonendus imperator.

(2) In damnum vicinorum regnorum.

(3) Noli impedire ne aliud regnum annona laborans a tuo adjuvetur.

certus sis quadrare, ne privata auctoritate interficias primarios præfectos (1). Quintum statutum aiebat : noli detorquere aggeres (2), ne impedias annonae commeatus (3), nemini feudum conferas quin praemoneas imperatorem. Dixit : omnes nos simul fœderati viri, postquam ictum est fœdus, eja reducamur ad concordiam (4). Hodierni reguli omnes violant ea quinque interdicta : ideo dicebam hodiernos regulos in quinque archontes peccare. Grandire principis vitia (5), ejusmodi culpa levior; at occurrere principis vitiis, tale peccatum grave est. Porro hodierni toparchae omnes provocant principis vitia : ideo dicebam hodiernos toparchas in hodiernos regulos esse reos.

8. Lou regulus volebat jubere Chen tse esse imperatorem exercitus. Mentsius ait : nondum educatum populum jam illum educere, dicitur exitio dare populum : exitio dantes populum non tolerabantur in Yao et Choen aevo. Vel si unico conflictu devincas T'si, statimque potiaris Nan yang, tunc etiam non licebit (6). Chen tse vultu adducto tristatus ait : hoc vero quod ego Kou li non intelligo. Subdit : ego clare aperiam tibi. Imperatoris ditio est quadratum mille stadiorum; si minus mille stadiorum, non sufficeret ad excipiendos regulos : regulorum ditio est quadratum centum stadiorum; si minus centum stadiorum non sufficeret ad observanda avitorum delubrorum statuta. Cum Tcheou dux feudum accepit in Lou, erat quadratum centum stadiorum : terra minime erat non sufficiens, et tamen continebatur in centum stadiis. Cum T'ai dux feudum accepit in T'si, etiam erat quadratum centum stadiorum; terra minime non sufficiebat, et tamen consistebat in centum stadiis. Nunc Lou quadratum centum stadiorum est quinquiplicatum. Tu reputa, si aliquis imperator exurgeret, tunc regnum Lou essetne inter ea quae imminueret, an vero inter ea quae augeret? Innocue sumere

---

(4) Servemus statuta, ut sic tandem concordia subsistat. 言 particula est, exprimens aliquam agendi voluntatem, *eja, inquam, eamus modo :* in Carmine pluries occurrit, et verbo 歸 imprimis adhærere solet. 言 告 言 歸 eja monebo, eja revertar, 言 采 其 桑 eamus decerpere illam morum. Item littera 云 solet initio poni, cum aliqua interrogationis nota, ut in Carmine sæpe videre est, 云 如 之 何 at quo id modo? 云 誰 之 思 at de quo cogitas? 云 胡 不 樂 dic, quomodo non gaudeam?

(5) Conniventia.

(6) Chen tse, e Tchao 趙 oriundus, regni Lou administer, peritus rei militaris. Nan yang, oppidum ad T'ai montis austrum, sub regni T'si ditione erat; sed cum in regni Lou sinum porrigeretur, ideo illud sibi vindicandi mens erat.

諸彼以與此、然且仁者不爲、況於殺人以求之乎、君子之事君也、務引其君以當道、志於仁而已、

○孟子曰、今之事君者曰、我能爲君辟土地、充府庫、今之所謂良臣、古之所謂民賊也、君不鄉道、不志於仁、而求富之、是富桀也、我能爲君約與國、戰必克、今之所謂良臣、古之所謂民賊也、君不鄉道、不志於仁、而求爲之强戰、是輔桀也、由今之道、無變今之俗、雖與之天下、不能一朝居也、

○白圭曰、吾欲二十而取一、何如、孟子曰、子之道、貉道也、萬室之國、一人陶、則可乎、曰、不可、器不足用也、曰、夫貉、五穀不生、惟黍生之、無城郭宮室宗廟祭祀之禮、無諸侯幣帛饔飧、無百官有司、故二十取一而足也、今居中國、去人倫、無君子、如之何其可也、陶以寡、且不可以爲國、況無君子乎、欲輕之於堯舜之道者、大貉小貉也、欲重之於堯舜之道者、大桀小桀也、

○白圭曰、丹之治水也、愈於禹、孟子曰、子過矣、禹之治水、水之道也、是故、禹以四海爲壑、今吾子以鄰國爲壑、水逆行、謂之洚水、洚水者、洪水也、仁人之

ab illo ad dandum huic, sic etiam humanus vir non faceret; quanto ergo minus occidere homines ad illud quærendum? Sapiens serviens principi, studebit adducere suum principem ad se conformandum rationi, animumque appellendum in humanitatem, et nil aliud.

9. Mentsius ait : in præsens servientes principi dicunt : ego possum pro principe uberare terras et implere ærarium : qui hodie dicuntur boni ministri, antiqui quos vocabant populi spoliatores. Princeps non intendit recti normam, nec cogitat de humanitate, et adhuc quæris ditare illum; hoc est ditare Kié. Ego possum pro principe convocare sociata regna, et pugnando certe vincere : en qui hodie vocantur boni ministri, et qui antiquitus vocabantur populi prædones. Princeps non intendit recti normam, nec incumbit ad humanitatem, et adhuc quæris pro eo contentis viribus bellare; hoc est adjuvare Kié. Sequatur præsentem agendi rationem, nec immutet præsentes mores; etiamsi des illi imperium, non poterit uno mane permanere.

10. Pé koei (1) ait : ego vellem ex viginti sumere unum; quomodo? Mentsius respondit : tuus modus est borealium barbarorum modus. In decies mille domorum metropoli, si unus sit figulus, tunc satisne? Ait : non satis; vasa non suppetent usui. Pergit : apud boreales barbaros quinque fruges non nascuntur, tantum millium producitur; non habent mœnia, suburbia, palatia, domos, nec parentalis aulae litationum solemnitates; non regulorum munera et convivia; non centum magistratus habentesque praefecturam : ideo ex viginti sumunt unum, et satis est. Nunc ut constitutus in mediis regnis tollat hominum officia, seque privet sapientibus ministris, quo unquam modo id licebit? Figuli quia pauci, adhuc non poterit administrari regnum, quanto ergo magis si non sint sapientes? si velis allevare illud ultra Yao et Choen regulam, habebis magnos barbaros et parvos barbaros : si velis aggravare supra Yao et Choen regulam, habebis magnum Kié et parvum Kié.

11. Pé koei ait : ego Tan moderando aquas excellui supra Yu (2). Mentsius reponit : domine, erras. Yu directio aquarum, aquarum erat naturalis via; ideoque Yu de quatuor maribus fecit receptacula. At meus dominus, de vicinis regnis fecit lacunas. Aquae in contrarium fluentes dicuntur exundantes aquae; exundantes aquæ sunt diluvies aquarum, quam humanus vir

(1) Tcheou 周 regni vir.

(2) Non est ergo cur ita antiquos prædices. Pé koei porro extemporales quasdam inundationes, extructis aggeribus, e suo in aliud regnum diverterat.

所惡也、吾子過矣、
○孟子曰、君子不亮、惡乎執、
○魯欲使樂正子爲政、孟子曰、吾聞之、喜而不寐、公孫丑曰、樂正子强
乎、曰、否、有知慮乎、曰、否、多聞識乎、曰、否、然則奚爲喜而不寐、曰、其爲人
也好善、好善足乎、曰、好善優於天下、而況魯國乎、夫苟好善、則四海之
內、皆將輕千里而來告之以善、夫苟不好善、則人將曰訑訑、予既已知
之矣、訑訑之聲音顏色、距人於千里之外、士止於千里之外、則讒諂面
諛之人至矣、與讒諂面諛之人居、國欲治、可得乎、
○陳子曰、古之君子、何如則仕、孟子曰、所就三、所去三、迎之致敬以有
禮、言將行其言也、則就之、禮貌未衰、言弗行也、則去之、其次、雖未行其
言也、迎之致敬以有禮、則就之、禮貌衰、則去之、其下、朝不食、夕不食、飢
餓不能出門戶、君聞之曰、吾大者不能行其道、又不能從其言也、使飢
餓於我土地、吾恥之、周之、亦可受也、免死而已矣、

亮 Leang, claritas. 諒, Sincerus. 亮陰, seu 梁闇, parva casa,

exhorrescit : mi homo, erras.

12. Mentsius ait : primarius vir nisi certus principiorum, quomodo erit actione firmus (1)?

13. Lou regulus volebat jubere Yo tcheng tse administratorem gubernii. Mentsius ait : ego, hoc audito, gestio ut nequeam dormire. Kong suen t'cheou petit : Yo tcheng discipulus ergo fortis? Ait : minime. Habet ergo prudentiam et consilium? Ait : minime. Multa ergo eruditione didicit? Ait : minime. Si ita, ad quid ergo gaudes ut non dormias? Ait : ille homo est amator boni. Amare bonum sufficit? Ait : amator boni satis superque habet ad imperium, quanto magis ad regnum Lou? Is si amat bonum, tunc quatuor intra maria, omnes parvifacient mille stadia, ut veniant commonere illum de bono. Is si non amat bonum, tunc homines dicturi sunt : « sui plenus sentit ille, *ego jam vero scio hoc.* » Arrogantis vox et vultus repellit homines usque ultra mille stadia. Si cordati consistant usque trans mille stadia, tunc blanditiis adulantes vultuque assentantes homines accedent. Cum adulantibus et assentantibus commorando, regnum velle componi, eritne possibile?

14. Discipulus T'chen tse ait : antiquitatis sapiens quibus conditionibus magistratum obibat? Mentsius respondit : quibus iniret, tres; quibus abdicaret, tres erant. Si excipiebatur plena reverentia ita ut starent ritus, loquentisque futurum ut peragerentur ejus consilia, tunc inibat illum. Quod si urbanitate nondum deficiente, consilia non peragerentur, tunc hinc abibat. Secundus casus : licet non statim peragerentur ejus consilia, si excipiebatur cum reverentia ut constarent ritus, tunc inibat illum : si urbanitas deficiebat, tunc abdicabat illum. Ultimus casus : si mane jejuniosus vespereque vacans cibo, esurie deficiebat ut nec posset egredi porta, et princeps hoc audito diceret : ego magnum illud (2), non potui exequi ejus doctrinam, nec etiam potui sequi ejus consilia; efficere ut fame tabescat in meo territorio, ego id erubesco; illique opitulabatur : etiam poterat recipere, vitaturus mortem et nil amplius.

(1) 亮 idem ac 諒.
(2) 大者 quod magna res erat.

in qua imperator luctum transigebat. *R.* 8.

寐 Mei, cubare, dormire.

訑 I, sui plenus, arrogans. T'ouo, fallere.

諛 Yu, blandiri, illicere.

○孟子曰、舜發於畎畝之中、傳說舉於版築之閒、膠鬲舉於魚鹽之中、管夷吾舉於士、孫叔敖舉於海、百里奚舉於市、故天將降大任於是人也、必先苦其心志、勞其筋骨、餓其體膚、空乏其身、行拂亂其所爲、所以動心忍性、曾益其所不能、人恆過、然後能改、困於心、衡於慮、而後作、徵於色、發於聲、而後喻、入則無法家拂士、出則無敵國外患者、國恆亡、然後知生於憂患、而死於安樂也、

○孟子曰、教亦多術矣、予不屑之教誨也者、是亦教誨之而已矣、

卷七

孟子曰、盡其心者、知其性也、知其性、則知天矣、存其心、養其性、所以事天也、殀壽不貳、脩身以俟之、所以立命也、

鹽 Yen, sal. 鹽, Salire. R. 197.
筋 Kin, nervi.
骨 Kou, ossa.
殀 Yao, vita brevis, 夭.

---

(1) Solebant, ad muros ædificandos, instructis hinc inde tabulis (版), terram ingestam pavire (築) : hinc duo illa vocabula hîc structoriam artem designant.

(2) Kiao ko vendebat pisces et salem, cum Wen rex illum fecit ministrum.

15. Mentsius ait : Choen prodiit ex agrorum medio, Fou yué promotus e formaceorum parietum medio (1), Kiao ko assumptus e piscium salisque medio, Koan i ou abductus de carceris custode, Suen chou ngao elatus ex mari (2), Pé li hi evectus ex emporio. Itaque cum cœlum vult demittere magnum onus in aliquem hominem, næ prius affligit ejus cor et spiritum, fatigat ejus nervos et ossa, extenuat ejus membra et cutem, depauperat expoliatque ejus personam, cumque agit, impedit et turbat quæ ille agitaverat. Per hæc commovet cor, indurat naturam, additque quæ ipse non attingit (3). Vulgares etiam homines passim fallunt, et tunc demum possunt emendari : arctantur in corde, impediuntur in mente, et dein excitantur; res probatur in vultu, prodit in voce, et dein intelligunt (4). In regnis etiam, intus quidem si desint legum tenaces familiæ, adjuvantesque sapientes; foris vero, si desint hostilia regna externæque calamitates, regnum plerumque perit (5). Exinde jam scies vitam ex mœrore et ærumnis, mortem vero ex quiete et deliciis (6).

16. Mentsius ait : edocendi quidem multi sunt modi. Quod ego non dignor aliquem edocere, hoc etiam est docere illum et nil aliud (7).

CAPUT SEPTIMUM.

Mentsius ait : qui exhaurit suum cor, cognoscit suam naturam; cum noverit suam naturam, tunc cognoscit cœlum. Custodire suum cor et alere suam naturam, en quo servitur cœlo. De vita brevi vel longa non esse ancipitem (8), sed sese excolere dum expectentur illæ, en quo servatur cœleste mandatum.

Koan tchong detinebatur in carcere, cum Hoan dux illum regimini præfecit. Suen chou ngao ad maris oram delitescebat, cum Tchoang rex ipsi credidit regni T'chou administrationem.

(3) 曾 sonat 增.

(4) 衡 idem ac 横. Nonnisi fallendo emendantur; quandoquidem non incipiunt agere contra suos defectus, nisi cum se sentiunt jam gravatos, nec intelligunt se errare, nisi quando res clare jam extra apparet.

(5) 拂 idem ac 弼.

(6) Gradatim agit de heroibus, hominibus vulgaribus, et principibus.

(7) 屑 purum, dignum : 不 屑 non purum, non dignum æstimare.

(8) 不 貳 circa rem indifferens esse.

○孟子曰、莫非命也、順受其正、是故、知命者、不立乎巖牆之下、盡其道而死者、正命也、桎梏死者、非正命也、

○孟子曰、求則得之、舍則失之、是求有益於得也、求在我者也、求之有道、得之有命、是求無益於得也、求在外者也、

○孟子曰、萬物皆備於我矣、反身而誠、樂莫大焉、强恕而行、求仁莫近焉、

○孟子曰、行之而不著焉、習矣而不察焉、終身由之、而不知其道者衆也、

○孟子曰、人不可以無恥、無恥之恥、無恥矣、

○孟子曰、恥之於人大矣、爲機變之巧者、無所用恥焉、不恥不若人、何若人有、

○孟子曰、古之賢王、好善而忘勢、古之賢士、何獨不然、樂其道而忘人之勢、故王公不致敬盡禮、則不得亟見之、見且猶不得亟、而況得而臣

桎, Tche, compedes.

2. Mentsius ait : nihil sine cœli numine : æquo animo excipiendum quod ab eo directe ordinatur (1). Ideo intelligens cœli mandatum, non stabit ad ruinosi muri calcem. Fungi suis officiis et mori, directum est cœli mandatum : in manicis compedibusque mori, non est directa cœli dispositio.

3. Mentsius ait : virtutes si quæras, tunc obtines, si negligas, tunc amittis : ergo quærere erit utile ad obtinendum, cum quærimus quæ innata insunt nobis. Quærendi bona est certa norma, obtinere pendet a numine : ergo quærere non erit utile ad obtinendum, cum quærimus quæ sunt extrinseca.

4. Mentsius ait : omnium rerum ratio complete inest in nobis : si teipsum respiciens, conformis es veritati, gaudium erit nullum majus (2). Enitere cum vera charitate agere, et quæsita perfectio, ut nil supra, propior erit (3).

5. Mentsius ait : qui agunt res quin introspiciant, diuque exercent quin perscrutentur, adeoque tota vita insistunt illis quin noverint earum objectivam rationem, plurimi sunt.

6. Mentsius ait : hominem non potest non pudere. Si non puduisse pudeat, nunquam pudendum aget.

7. Mentsius ait : pudor in homine momentosus est. Qui sunt technarum fraudumque solertes, nulla re adhibent pudoris sensum. Defectu pudoris non assimilando viris, quid simile viris habebitur (4)?

8. Mentsius ait : antiquitatis sapientes reges amabant probitatem et obliviscebantur potentiam : tunc antiquitatis sapientes litterati, quî soli non ita fuissent? gaudebant sua sapientia et obliviscebantur aliorum potentiam. Ideo si Rex vel Dux non exhiberet reverentiam et exhauriret urbanitatem, tunc non obtinebat sæpius invisi. Invisi, inquam, adhuc non obtinebat sæpius, quanto ergo minus obtinebat ut ministros haberet illos?

---

(1) Non vero quod e cœlo directe non venit, sed quod homo sibi accersit.

(2) Actionum moralitas insculpta est nobis : si meam subjectivam agendi rationem inveniam conformem objectivæ rerum moralitati, ita ut sponte et facile hominum officiis fungar, gaudium erit quam quod maxime. Mentsii ethicam tene ; naturam per se bonam esse, et virtutis germen in se continere.

(3) Si actiones respondeant objectivo rerum ordini, et insuper teipsum per charitatis regulam ad alios porrigàs (恕), perfectio obtinebitur.

(4) Alia versio habet : *haud pudentes non exæquare viros, quid exæquando viros habebunt?* Viri intelliguntur sapientiæ alumni.

之乎、

○孟子謂宋句踐曰、子好遊乎、吾語子遊、人知之、亦囂囂、人不知、亦囂囂、曰、何如斯可以囂囂矣、曰、尊德樂義、則可以囂囂矣、故士窮不失義、達不離道、窮不失義、故士得已焉、達不離道、故民不失望焉、古之人、得志、澤加於民、不得志、脩身見於世、窮則獨善其身、達則兼善天下、

○孟子曰、待文王而後興者、凡民也、若夫豪傑之士、雖無文王猶興、

○孟子曰、附之以韓魏之家、如其自視欿然、則過人遠矣、

○孟子曰、以佚道使民、雖勞不怨、以生道殺民、雖死不怨殺者、

○孟子曰、霸者之民、驩虞如也、王者之民、皞皞如也、殺之而不怨、利之而不庸、民日遷善而不知爲之者、夫君子所過者化、所存者神、上下與天地同流、豈曰小補之哉、

○孟子曰、仁言、不如仁聲之入人深也、善政、不如善教之得民也、善

韓 Han, parietes humiles circa puteum : antiquum regnum.

欿 K'an, indifferens, frigidus : tristis.

坎, Parva fovea. T'an 欿, cupidus.

皞 Hao, albus.

9. Mentsius compellans Song keou t'sien ait : domine, amasne excurrere (1)? ego indicabo tibi excurrendi modum. Si alii te auscultant,et tu contentus sis : si alii non auscultant, aeque contentus sis. Ait : quid vero ut possim esse contentus? Subdit : si honores virtutem et delecteris æquitate, tunc poteris esse contentus. Ideo sapientiae alumnus honoribus destitutus nec deserit æquitatem, promotus nec recedit a recto : destitutus nec deserit æquitatem, ideo sapiens possidet seipsum; promotus nec recedit a recto, ideo populus non frustratur spe. Antiquitatis viri compotes voti, beneficia conferebant in populum; impotes voti, excolebant seipsos coruscaturi in sæculo : delitescentes quidem, solos reformabant seipsos, inclarescentes vero simul reformabant imperium.

10. Mentsius ait : qui expectant Wen regem ut deinde assurgant, vulgares homines sunt : quoad vero insignes praecellentesque viros, licet absente Wen rege, etiam assurgunt.

11. Mentsius ait : auctus de Han etWei (2) familiis, si is seipsum aspiciat indifferenter, tunc superat alios longe.

12. Mentsius ait : cum mulcente regimine onerare populum, licet delassetur, non succensebit : cum vitali regimine occidere populum, licet moriatur, non succensebit occidenti.

13. Mentsius ait : archontis populus adscitam laetitiam praefert (3) : imperantis populus ultro contentus apparet; occiditur quin succenseat, beneficio afficitur quin merito vertat (4); populus in diem mutatur in melius quin sentiat id operantem. Sapiens quæ pertransit loca, reformat, quibus intendit res, mire perficit, sursum deorsum cum cœlo terraque simul influit; qui dicetur parve reparare res (5)?

14. Mentsius ait : humaniora verba non sicut humanitatis fama penetrant homines profunde. Bonae leges non sicut bona documenta sibi conciliant

---

(1) Is eloquio pollebat, eoque apud principes uti cupiebat.

(2) Potentissimæ regni Tsin (晉) ministrorum familiæ.

(3) 驩虞 idem ac 歡娛, adscititiam hîc lætitiam exprimit.

(4) Fit occisio ad malos exturbandos; confertur beneficium per ordinariam sapientis administrationis viam ; ideo occisio non ægre fertur, beneficium non animadvertitur.

(5) Modicas rerum collapsarum reparationes, archontes adhibere solent. 存 animo consistit, 神 uti spiritus agit in alios.

政、民畏之、善教、民愛之、善政得民財、善教得民心、

○孟子曰、人之所不學而能者、其良能也、所不慮而知者、其良知也、孩提之童、無不知愛其親也、及其長也、無不知敬其兄也、親親、仁也、敬長、義也、無他、達之天下也、

○孟子曰、舜之居深山之中、與木石居、與鹿豕遊、其所以異於深山之野人者幾希、及其聞一善言、見一善行、若決江河、沛然莫之能禦也、

○孟子曰、無爲其所不爲、無欲其所不欲、如此而已矣、

○孟子曰、人之有德慧術知者、恒存乎疢疾、獨孤臣孽子、其操心也危、其慮患也深、故達、

○孟子曰、有事君人者、事是君、則爲容悅者也、有安社稷臣者、以安社稷爲悅者也、有天民者、達可行於天下、而後行之者也、有大人者、正己而物正者也、

孩 HAI, infantulus, infantis risus.
提 T'I, erigere, manuducere : tympanum equestre. 提提, Sedatus incessus. CHE, aves turmatim

populum : bonæ leges a populo metuuntur, bona documenta a populo amantur; bona administratio comparat populi opes (1), bona documenta obtinent populi cor.

15. Mentsius ait : quod homo sine studio attingit, id naturalis est facultas; quod sine meditatione cognoscit, id naturalis est sensus. Bimulus infantulus, nullus nescit amare suos genitores (2); cumque is adoleverit, nullus nescit colere suum fratrem majorem. Diligere genitores est humanitas, et colere natu majorem est æquitas, non alia de causa, quam quod communia sunt toti imperio.

16. Mentsius ait : Choen incolens reconditi montis medium, inter arbores rupesque degens, cum cervis aprisque prodeambulans, quo is abludebat reconditi montis silvestribus hominibus, tantillum erat : at ubi audiret unum bonum verbum, videretque unam bonam actionem, erat velut exundantes Amnis et Fluvius, quos late perrumpentes nihil potest coercere (3).

17. Mentsius ait : ne agas id quod non agendum, ne cupias id quod non cupiendum, ita jam satis erit.

18. Mentsius ait : quod homo habeat virtutis perspicientiam industriaeque prudentiam, solet oriri ex laboribus et adversitatibus. Solum abacti ministri nothique filii, ii custodiunt cor sollicite, ii prospiciunt aerumnas longe; et ideo fiunt penetrantes.

19. Mentsius ait : sunt servientes principi homines, qui ut serviunt alicui principi, statim agunt assentatores et gratiosos : sunt tranquillantes regnum ministri, qui habent pacem regni in deliciis : sunt conformes cœlo privati, qui si promoti possint propagare in imperio, tunc tantum doctrinam propagabunt (4) : sunt inclyti viri, qui seipsos dirigunt, et ceteri recti fiunt (5).

---

(1) Sibi comparat, seu acquirit populo, et sic acquirit principi.

(2) 孩 capax risus, 提 sinu portabilis : duorum triumve annorum infans.

(3) Sic per antonomasiam Yang tse kiang et Hoang ho.

(4) Si nequeant omnino propagare, malunt delitescere.

(5) 物 scilicet 人 : quarta hæc ministrorum classis, omnium est præstantissima.

---

congregatæ. ʿ提 Ti, abscindere.
ʿ豕 Che, porcus.

疢ʾ T'chen, morbus ex calore : morbosa orexis.

〇孟子曰、君子有三樂、而王天下不與存焉、父母俱存、兄弟無故、一樂也、仰不愧於天、俯不怍於人、二樂也、得天下英才而教育之、三樂也、君子有三樂、而王天下不與存焉、

〇孟子曰、廣土衆民、君子欲之、所樂不存焉、中天下而立、定四海之民、君子樂之、所性不存焉、君子所性、雖大行不加焉、雖窮居不損焉、分定故也、君子所性、仁義禮智根於心、其生色也、睟然見於面、盎於背、施於四體、四體不言而喩、

〇孟子曰、伯夷辟紂、居北海之濱、聞文王作、興曰、盍歸乎來、吾聞西伯善養老者、大公辟紂、居東海之濱、聞文王作、興曰、盍歸乎來、吾聞西伯善養老者、天下有善養老、則仁人以爲已歸矣、五畝之宅、樹牆下以桑、匹婦蠶之、則老者足以衣帛矣、五母雞、二母彘、無失其時、老者足以無失肉矣、百畝之田、匹夫耕之、八口之家、可以無飢矣、所謂西伯善養老者、制其田里、教之樹畜、導其妻子、使養

英 Yng, plantæ florescentes : peritia insignis, heros.

根 Ken, radix.

睟 Soei, rectis oculis aspicere : oculus nitidus.

盎 Ngang, pelvis : abundans.

20. Mentsius ait : sapiens habet tria gaudia, et dominari in imperio non invenitur in illis (1) : genitores ambos superstites esse, fratresque vacare negotio, primum gaudium est : supra non erubescere coram cœlo, infra non erubescere coram hominibus, secundum gaudium est (2) : invenire imperii praestantissimos ingenio et educare illos, tertium gaudium est. Sapiens habet tria gaudia, et dominari in imperio non habet partem in illis.

21. Mentsius ait : vastum territorium frequentemque populum, sapiens ea quidem exoptat, at quod gaudet non ibi inest. Medio imperii stans firmare quatuor marium populum, sapiens id gaudet, at quod natura habet non est in hoc. Quod sapiens natura habet, quamvis late dominetur, non augetur, quamvis destitutus jaceat, non imminuitur; sortita portio, fixa est enim. Quod sapiens natura habet, humanitas, æquitas, urbanitas, prudentia, radicantur in corde. Sed horum prodiens species, splendide apparet in vultu, defluit ad humeros, diffunditur in quatuor membra, et quatuor membra, quin imperes, jam sciunt (3).

22. Mentsius ait : Pé i fugiens Tcheou habitabat borealis maris ripas, cum audiens Wen regem exortum esse, surgens ait : quidni adhærere vadam (4)? Ego audivi occidentalem Comitem perbelle fovere senes. T'ai kong fugiens Tcheou habitabat eoi maris littora, cum audiens Wen regem exortum esse, surgens ait : quidni adhærere vadam? Ego audivi occidentalem Comitem perbelle fovere senes. Si imperium habet bene foventem senes, tunc humaniores viri habebunt pro suo centro. Quinque jugerum habitatio inserebat muris subjecta a moris, privataque mulier alebat inde bombyces, et sic senibus suppetebat quo induerent serica. Quinque matrices gallinæ et duæ scrophæ, non amittebant suum tempus, et senibus suppetebat quo non privarentur carne. Centum jugerum ager a privato colono arabatur, et octo buccarum familia poterat non esurire (5). Quod dicebant, occidentalem Comitem bene fovere senes, scilicet statutis cujusque agris et habitatione, docebat eos plantare et alere, instituebatque eorum uxores et liberos, ut

---

(1) 與 tertio tono, 存 seu 在.

(2) 仰 et 俯, quæ litteræ sunt oppositæ, eo hic inducuntur, quod antithesis et correlatio verborum admodum sit, ut passim constat, sinico stylo familiaris.

(3) Omnes corporis partes sponte ad internam virtutem componuntur.

(4) Quod particula 乎 non sit in fine, inversio est verborum.

(5) Describitur hucusque Wen regis administratio.

其老、五十非帛不煖、七十非肉不飽、不煖不飽、謂之凍餒、文王之民、無凍餒之老者、此之謂也、

○孟子曰、易其田疇、薄其稅斂、民可使富也、食之以時、用之以禮、財不可勝用也、民非水火不生活、昏暮叩人之門戶、求水火、無弗與者、至足矣、聖人治天下、使有菽粟如水火、菽粟如水火、而民焉有不仁者乎、

○孟子曰、孔子登東山而小魯、登泰山而小天下、故觀於海者難爲水、遊於聖人之門者難爲言、觀水有術、必觀其瀾、日月有明、容光必照焉、流水之爲物也、不盈科不行、君子之志於道也、不成章不達、

○孟子曰、雞鳴而起、孳孳爲善者、舜之徒也、雞鳴而起、孳孳爲利者、蹠之徒也、欲知舜與蹠之分、無他、利與善之閒也、

○孟子曰、楊子取爲我、拔一毛而利天下、不爲也、墨子兼愛、摩頂

疇 T'cheu, agri culti : cannabetum : plurimi : quis.

昏 Hoen, obscuratus, 昬. *R.* 72.

菽 Chou, phaseoli.

瀾 Lan, fluctus magnus.

孳 Tse, producere : diligentia. 孜, Diligentia. *R.* 39.

蹠 Tche, conculcare : saltare.

foverent suos senes. Quinquagenarii sine serico non calefiunt, septuagenarii nonnisi carnibus saturantur : non calefieri neque saturari, dicitur algere et fame confici. In Wen regis populo non inveniri frigore aut fame confectos senes, idipsum significat.

23. Mentsius ait : Si expediatur ejus agrorum cultura, alleveturque ejus vectigalium exactio, populus poterit ditescere : si esus sit juxta tempora (1), et impensæ secundum ritus, opes non poterunt absumi usu : populus sine aqua et igne non vivit vitam, et vel si intempesta nocte pulsans alicujus fores petas aquam et ignem, nemo non dabit; maxime enim abundant. Sancti viri administrantes imperium curabant ut esset pisum et millium instar aquæ et ignis. Piso et millio æquante aquam et ignem, jam in populo quî invenies inhumanos?

24. Mentsius ait : Confucius, conscenso orientali monte, jam exiguum existimabat regnum Lou; conscenso T'ai monte, exiguum putabat imperium : unde prospiciens in mare, vix reputabit alias aquas, versatus in sancti viri schola, vix reputabit alios sermones. At aspiciendi aquas existit norma; oportet aspicere ejus æstus : sole et luna habentibus lucem; recipientia radios necessario illuminantur. Sed et fluens aqua res est, quæ nisi impletis fossis non progreditur : sapientiæ studiosus intendens ad perfectionem, nisi absoluta inferioris gradus politione, ad altiorem non contendit (2).

25. Mentsius ait : qui ad galli cantum surgens summa diligentia exercet virtutem, imperatoris Choen sequax est : qui ad gallicinium surgens summa sedulitate allaborat lucro, latronis Tche est sequax. Si vis scire Choen ad Tche differentiam non est alia ac lucri virtutisque intervallum.

26. Mentsius ait : Yang philosophi assumptum stat pro *Ego;* sibi evellere unum pilum in commodum imperii nec faceret. Mé philosophus omnes æque amat; conterere caput usque ad talos, profuturus imperio, id faceret.

---

(1) V. g. pisces nondum adultos non capere.

(2) Hîc primum perfectionem esse profundam asseritur : dein eam habere originem; num sine origine aquæ fluctus, et rerum illuminatio? et tertio nonnisi per gradus esse arripiendam.

摩 Mouo, tangere, palpare : terere, lævigare : diligenter tractare. *R.*

64.

頂 Ting, vertex.

放踵、利天下、爲之、子莫執中、執中爲近之、執中無權、猶執一也、所惡執一者、爲其賊道也、舉一而廢百也、

○孟子曰、飢者甘食、渴者甘飲、是未得飲食之正也、飢渴害之也、豈惟口腹有飢渴之害、人心亦皆有害、人能無以飢渴之害爲心害、則不及人不爲憂矣、

○孟子曰、柳下惠、不以三公易其介、

○孟子曰、有爲者、辟若掘井、掘井九軔而不及泉、猶爲棄井也、

○孟子曰、堯舜、性之也、湯武、身之也、五霸、假之也、久假而不歸、惡知其非有也、

○公孫丑曰、伊尹曰、予不狎于不順、放太甲于桐、民大悅、太甲賢、又反之、民大悅、賢者之爲人臣也、其君不賢、則固可放與、孟子曰、有伊尹之志、則可、無伊尹之志、則簒也、

○公孫丑曰、詩曰、不素餐兮、君子之不耕而食、何也、孟子曰、君子居是

軔 JEN, mensura octipes, 仞: infixo ligno rotam sistere: 發軔, opus exordiri.

Lou sapiens Tse mo tenebat medium (1); tenere medium est accedere normæ : at tenens medium sine adjunctorum ponderatione adhuc arcte uni adhæret. Ideo aversor arcte uni adhærentes, quod ii evertant recti normam, assumunt unum et perdunt centum.

27. Mentsius ait : esurienti sapit cibus, sitienti dulcescit potus. Sic non habent potus cibique genuinum gustum; esurie sitique illis officiente. At num solum os et venter patiuntur famis sitisque damna? hominum cor etiam passim patitur damna (2). Homo si possit non propter famis sitisque malum afferre cordi damnum, tunc non æquandi homines non habebit angorem (3).

28. Mentsius ait : Lieou hia hoei nec propter ternum summatum immutasset suum modulum (4).

29. Mentsius ait : aggressus opus comparatur ad fodientem puteum : effodisse puteum novies octipedem, nisi attigerit scaturiginem, perinde est ac præteriisse puteum.

30. Mentsius ait :. Yao et Choen naturaliter habuerunt virtutem; T'ang et Ou sibi incorporarunt illam (5); quinque archontes ementiti sunt illam, cumque diu ementiti essent quin converterentur, qui sciverint se minime possidere?

31. Kong suen t'cheou ait : I yn inquiens : *ego non assuescam ad non benemoratum*, relegavit T'ai kia in palatium Tong, populo summopere gaudente; cumque T'ai kia resipuerit, iterum reduxit illum, et populus valde gavisus est. Sapiens agens alicujus ministrum, si ejus princeps non sapiat, tunc an vere potest relegare? Mentsius respondit : si habeat I yn animum, tunc potest; si non habeat I yn mentem, tunc est usurpator.

32. Kong suen t'cheou ait : Carmen (I. 112.) habet : « non gratis comedet. » Sapiens non arat, et tamen alitur : quid hoc? Mentsius respondit : sapiente

(1) Medium inter duo, sed non medium verum.

(2) Ob famem divitiarum sitimque honorum.

(3) Longe superabit homines.

(4) Tres summates, erant T'ai se, T'ai fou et T'ai pao. 介, præscriptos sibi limites, suum particulare institutum.

(5) Propriis actibus acquisiverunt.

餐 T'SAN, deglutire : numerale refectionum. SUEN 飧, cœna : deglutire.

國也、其君用之、則安富尊榮、其子弟從之、則孝弟忠信、不素餐兮、孰
大於是、

○王子墊問曰、士何事、孟子曰、尙志、曰、何謂尙志、曰、仁義而已矣、殺
一無罪、非仁也、非其有而取之、非義也、居惡在、仁是也、路惡在、義是
也、居仁由義、大人之事備矣、

○孟子曰、仲子不義與之齊國而弗受、人皆信之、是舍簞食豆羹之
義也、人莫大焉亡親戚君臣上下、以其小者信其大者、奚可哉、

○桃應問曰、舜爲天子、皐陶爲士、瞽瞍殺人、則如之何、孟子曰、執之
而已矣、然則舜不禁與、曰、夫舜惡得而禁之、夫有所受之也、然則舜
如之何、曰、舜視棄天下、猶棄敝蹝也、竊負而逃、遵海濱而處、終身訢
然樂而忘天下、

○孟子自范之齊、望見齊王之子、喟然歎曰、居移氣、養移體、大哉居
乎、夫非盡人之子與、王子宮室車馬衣服、多與人同、而王子若彼者、

墊 Tien, mergere : descendere : fluvius in Hou nan.

蹝 Si, calceus stramineus, 屣.

訢 Hin, lætari, 欣. Yn, hilariter reverens : 訢訢, vel 誾誾, hilaris. *R.* 149.

immorante in aliquo regno, si ille princeps eo utatur, statim fit tranquillus, dives, honoratus, gloriosus; et si illic filii et juniores sequantur eum, statim fiunt pii, obsequiosi, fideles, veraces; non gratis comedit : quid majus quam hoc?

33. T'si regis filius, Tien, interrogans ait : litterati quænam occupatio? Mentsius respondit : elevare mentem. Subdit : quid significat elevare mentem? Ait : nil nisi humanitas et æquitas; occidere vel unum innocentem non est humanitas, et quod non est sui dominii capere, non est æquitas : ejus sedes ubi est? humanitas ea est : et via quænam est? æquitas ea est; insidendo humanitatem et sequendo æquitatem, magni viri opus completum est.

34. Mentsius ait : *T'chen* tchong tse, si contra æquitatem dedisses illi T'si regnum, nec accepisset; adeoque homines omnes magnifaciunt eum. At hujusmodi est abstinens scutellæ oryzæ vasculique jusculi modica æquitas. Homini nil gravius quam inficiari parentes et cognatos, principem cum subdito, superiorem cum inferiore : propter tam exiguum credere tam magnum, qui unquam licet?

35. Discipulus T'ao yng interrogans ait : si Choen tenente imperium et Kao yao agente justitiæ præsidem, Kou seou occidisset hominem, tunc quid factum esset? Mentsius respondit : observata lex, et nil aliud. Et tunc Choen non prohibuisset? Ait : Choen qui fecisset ut prohiberet eam? illa aliunde accepta fuerat (1). Ita porro, Choen quid fecisset? Ait : cum Choen spectaret deserere imperium velut abjicere attritam soleam, clanculum patrem succollans fugisset, juxtaque maris oram sedem figens, tota via lætabundus gavisus esset, oblitus imperii.

36. Mentsius ex Fan petens T'si metropolim (2), eminus vidit T'si regis filium (3), et gementis more suspirans exclamavit : conditio immutat habitum, nutritio immutat figuram. Momentosa sane conditio! Illi nonne omnes hominum filii? Regii filii habitatio, vehicula, vestes, plerumque cum ceteris similes sunt, et tamen regius filius hujusmodi est : ejus conditio fecit illum

(1) Neque Kao yao nec imperator eam legem creaverat, sed aliunde, a cœlo accepta.

(2) Fan, urbs regni T'si, nunc in 東昌 præfectura.

(3) Præstantis quidem formæ.

范 Fan, apis : n. herbæ. 範, Regula, exemplar. *R.* 140.

其居使之然也、況居天下之廣居者乎、魯君之宋、呼於垤澤之門、
守者曰、此非吾君也、何其聲之似我君也、此無他、居相似也、
○孟子曰、食而弗愛、豕交之也、愛而不敬、獸畜之也、恭敬者、幣之
未將者也、恭敬而無實、君子不可虛拘、
○孟子曰、形色、天性也、惟聖人然後可以踐形、
○齊宣王欲短喪、公孫丑曰、爲朞之喪、猶愈於已乎、孟子曰、是猶
或紾其兄之臂、子謂之姑徐徐云爾、亦敎之孝弟而已矣、王子有
其母死者、其傅爲之請數月之喪、公孫丑曰、若此者何如也、曰、是
欲終之而不可得也、雖加一日、愈於已、謂夫莫之禁而弗爲者也、
○孟子曰、君子之所以敎者五、有如時雨化之者、有成德者、有達
財者、有答問者、有私淑艾者、此五者、君子之所以敎也、
○公孫丑曰、道則高矣美矣、宜若登天然、似不可及也、何不使彼
爲可幾及、而日孳孳也、孟子曰、大匠不爲拙工、改廢繩墨、羿不爲

拘 Kɪᴜ, cohibere, detinere. Kᴇᴏᴜ, obtegere, defendere : accipere.

拙 Tᴄʜᴏᴜᴏ, rudis, imperitus, stupidus.

(1) Humanitatem.

(2) Portæ nomen.

sic esse. Quanto ergo magis ille, qui insidet totius imperii amplissimum habitaculum (1)? Cum Lou princeps perveniens in Song inclamasset ad *Tumuli lacus* portam (2), custodes dixerunt : is non est noster princeps; quomodo ejus vox refert nostrum principem! Id non aliud : conditio utriusque similis erat.

37. Mentsius ait : alere et non amare, est ut porcellum tractare sapientem; amare et non venerari, est pecudis more alere illum. Veneratio, munerum præcedit oblationem (3) : si enim honor destitutus sit veritate, sapiens non poterit inanitate detineri.

38. Mentsius ait : sensus cum forma, sunt e cœlo natura (4) : at sanctus vir, nonnisi is potest perfungi sensibus (5).

39. T'si Siuen rex volebat decurtare luctum. Kong suen t'cheou ait : agere unius anni luctum, nonne adhuc præstat quam omittere totum? Mentsius ait : hoc perinde est ac si alicui detorquenti sui fratris brachium, tu diceres illi : porro sensim, pedetentim. Verum edoce hunc pietatem et observantiam, et nil amplius. Cum regis filio obtigisset ut sua mater moreretur (6), ejus præceptor pro illo rogavit aliquot mensium luctum. Kong suen t'cheou ait : hujusmodi vero quomodo? Respondit : is vellet perficere illum et non potest obtinere : licet ponatur una dies, satius erit quam abstinere. Ego loquebar de eo, quem nullus prohibeat, et tamen non agit.

40. Mentsius ait : sapiens quibus edocet modi, quinquepartiti sunt. Sunt quos velut opportuna pluvia fœcundat : sunt quorum perficit virtutem; sunt quorum provehit facultates (7) : sunt quorum respondet interrogationibus : sunt qui privatim se excolunt et componunt (8). Hujusmodi quinque sunt quibus sapiens erudit.

41. Kong suen t'cheou ait : perfectionis quidem lex sublimis est, bella est; at quippe quasi scandendi cœlum instar, videtur non posse attingi. Quidni efficies ut illis tuis sit quodammodo pervia, et sic in diem naviter satagant? Mentsius respondit : magnus artifex minime pro rudi tyrone mutat aut deponit tineam atramentariam; I minine pro rudi jaculatore mutabat

(3) 將 offerre.

(4) Sensus cum suis functionibus.

(5) Perfecte uti sensibus.

(6) Subnuba hæc erat regis, non legitima uxor.

(7) 財 idem ac 材.

(8) Audita sapientis doctrina. 艾 sonat 刈.

拙射、變其彀率、君子引而不發、躍如也、中道而立、能者從之、

○孟子曰、天下有道、以道殉身、天下無道、以身殉道、未聞以道殉乎人者也、

○公都子曰、滕更之在門也、若在所禮而不答、何也、孟子曰、挾貴而問、挾賢而問、挾長而問、挾有勳勞而問、挾故而問、皆所不答也、滕更有二焉、

○孟子曰、於不可已而已者、無所不已、於所厚者薄、無所不薄也、其進銳者、其退速、

○孟子曰、君子之於物也、愛之而弗仁、於民也、仁之而弗親、親親而仁民、仁民而愛物、

○孟子曰、知者無不知也、當務之爲急、仁者無不愛也、急親賢之爲務、堯舜之知、而不偏物、急先務也、堯舜之仁、不偏愛人、急親賢也、不能三年之喪、而緦小功之察、放飯流歠、而問無齒決、是之謂不知務、

殉 Siun, cum mortuo sepeliri : sequi, obsecundare : quærere.

銳 Joei, acuminatus : subtilis : acies.

緦 Se, tela tertiaria, cujus duæ partes sunt ex cannabe et una ex serico.

suum tendendi arcum modulum. Sapiens adducit arcum et non sagittat; res per se velut exsiliet (1) : medio virtutis consistit; qui possunt, sequentur illum.

42. Mentsius ait : si in imperio viget ordo, faciet doctrinam comitari personam; si in imperio jacet lex, faciet personam subsequi doctrinam : nunquam audivi qui fecerit doctrinam accomodari ad homines (2).

43. Kong tou tse ait : T'eng principis frater Keng cum esset in schola, videbatur ex iis esse, qui urbane excipiuntur; tu tamen nec respondisti : quare? Mentsius ait : qui nitentes honoribus interrogant, vel confisi sapientia interrogant, vel nitentes grandævitate interrogant, vel confidentes præstitis officiis interrogant, vel innixi veteri amicitia interrogant, omnibus iis non respondeo : T'eng keng habet duo priora.

44. Mentsius ait : qui ab iis, quæ nefas est omittere, abstinet, nil jam quod non omittet : qui erga eos, qui largiter tractandi, parcus est, nemo quem non tenuiter excipiet : qui progreditur nimis intente, is recedet velocius.

45. Mentsius ait : sapiens quoad bruta, habet eis affectum, sed non charitatem; quoad populum habet ei charitatem, sed non parentum amorem : amore prosequitur parentes, et charitate populum, charitate populum et affectu bruta (3).

46. Mentsius ait : prudens nihil omittit scire; at quæ debent imprimis attendi, habet imprimis sollicitudini : humanus nullum non amat; at sollicite diligere sapientes potiori habet curæ. Yao et Choen prudentes erant, nec tamen complectebantur omnia; sollicitiores erant quorum imprimis satagendum : Yao et Choen charitas non conglobatim amabat homines, sollicitior diligebat sapientes. Non agere triennalem luctum, et vero trimestrem aut quinquemestrem exacte perquirere, effuse comissari et indulgere potui, illudque tamen inquirere « non dentibus caro discinditur » id dicitur ignorare quid præcipue attendendum (4).

---

(1) Licet non doceat sagittandi modum, hunc tamen e re ipsa veluti exsilientem discipulus facile eruit.

(2) Si viget sapientia, magistratum capesset eamque propagabit; si jacet, recedet simulque jacebit; sed nunquam sapientiam accomodabit hominum arbitrio.

(3) 物 entia, modo inanimata, aut animalia, modo rationalia significare potest : hîc animalia et gignentia complectitur.

(4) 緦 exprimit vestem, quæ trimestri luctu deferebatur : 小 功 vero luctum quinquemestrem.

○孟子曰、不仁哉、梁惠王也、仁者以其所愛、及其所不愛、
不仁者以其所不愛、及其所愛、公孫丑曰、何謂也、梁惠王
以土地之故、糜爛其民而戰之、大敗、將復之、恐不能勝、故
驅其所愛子弟以殉之、是之謂以其所不愛、及其所愛也、
○孟子曰、春秋無義戰、彼善於此、則有之矣、征者、上伐下
也、敵國不相征也、
○孟子曰、盡信書、則不如無書、吾於武成、取二三策而已
矣、仁人無敵於天下、以至仁伐至不仁、而何其血之流杵
也、
○孟子曰、有人曰、我善爲陳、我善爲戰、大罪也、國君好仁、
天下無敵焉、南面而征北狄怨、東面而征西夷怨、曰、奚爲
後我、武王之伐殷也、革車三百兩、虎賁三千人、王曰、無畏、
寧爾也、非敵百姓也、若崩厥角、稽首、征之爲言正也、各欲

糜 Mi, puls. 糜, Pessumdare. *R.* 119.

爛 Lan, percoctus, putrescere: splendens.

杵 T'chou, pistillum: linteis tundendis palmula.

---

(1) Primo loco amat consanguineos, secundo populum, tertio bruta. Iste rex primo amavit terras, secundo populum, tertio filium.

PARS POSTERIOR.

1. Mentsius ait : quam inhumanus Leang Hoei rex ! Humanus per ipse quos amat, attingit ipse quæ minus amat (1) : inhumanus ab iis quæ ipse minus amat, attingit quos ipse amat. Kong suen t'cheou ait : quid significat? Leang Hoei rex ob territorii causam, pulmentares excocturus suos subditos, bello eduxit eos (2). Magna accepta clade, volens redintegrare illud, timuit ne non posset vincere. Ideo abegit quem ipse amabat juvenem filium, qui funeri prosequeretur illos. En quid significat, per quæ ipse minus amat, pervenit ad quos ipse amat.

2. Mentsius ait : Veris Autumnique chronica non habent juri conformia bella; at aliqua æquiora præ aliis, hujusmodi vero existunt. Bellare est superiorem armis castigare inferiores : æmula regna nequeunt se mutuo castigare.

3. Mentsius ait : si plena fides adhibenda libris, tunc præstabit non habere libros. Ego in capite de *Belli complemento*, excerpo duos tresve articulos tantum. Humanus vir non habet adversarium in imperio. Cum summe humanus impugnaret summe inhumanum, quomodo jam illud *sanguinem devolvisse pistilla?* (3)

